Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Biblia.

https://hdl.handle.net/1874/345207

Kast 113
Pl. C N°. 8

133. **Biblia latina.** I. Parijs, Ulr. Gering, Ma. Cranz en Mich. Friberger [1475]. 2o. 113. C. 8

Typen 2, 3. — HC 3058. — Peddie I p. 106. — Pell. 2288. — Pr. 7845. — Dateering volgens Pellechet. — Bl. 1a initiaal F op gouden grond.

In oorspr. herstelden zwijnsled. band zonder sloten.

113. C. 8

Prologus.

Epistola beati hieronymi ad paulinū p̄sbyterū de ōnibus diuine hystorie libris incipit.

Frater ambrosius tua mihi munuscula perferens. detulit simul ⁊ suauissimas lr̄as: q̄ a principio. amicitiarū fidē. ꝓbate iam fidei: et veteris amicitie noua p̄ferebant. Vera enī illa necessitudo ē. et christi glutino copulata: quā nō vtilitas rei familiaris. nō p̄sentia tantū corporū. nō subdola et palpans adulatio: sed dei timor. et diuinarū scripturarū studia ꝯciliant. Legimus in veteribus hystoriis. quosdā lustrasse ꝓuīcias. nouos adiisse ꝓpl'os. maria trāsisse: ut eos quos ex libris nouerāt: coram q̄oq̄ viderēt. Sic pitagoras memphiticos vates. sic plato egiptū. et architā tarentinū eamq̄ orā italie. que quondā magna gretia dicebat̄. laboriosissime pagrauit: vt q̄ athenis magister erat. et potēs. cuiusq̄ doctrinas achademie gignasia personabant. fieret pegrinus atq̄ discipulus: malēs aliena verecūde discē. q̄ sua impudēter ingerē. Deniq̄ cū lr̄as q̄si toto orbe fugiētes p̄seq̄tur. captus a pyrrhatis et venundatus tyranno crudelissimo paruit. ductus captiuus vinctus ⁊ seruus: tamē q̄ philosophus maior emēte se fuit. Ad tytū liuiū. lacteo eloquētie fonte manantē. de vltimis hispanie galliarūq̄ finibus. quosdā venisse nobiles legimus: ⁊ quos ad ꝯtēplationē sui romanō traxerat: vnius hominis fama p̄duxit. Habuit illa etas inauditū omībus seculis celebr̄ indūq̄ miraculū: ut vrbem tantā ingressi: aliud extra vrbē quererēt. Appollonius siue ille magus vt vulgus loquit̄. siue philosophus. ut pitagorici tradūt. intrauit p̄sas. p̄trāsiuit caucasum. albanos. scithas massagetas. opulētissima indie regna penetrauit: ⁊ ad extremū latissimo phison amne trāsmisso peruenit ad bragmanas. ut hiarcam in throno sedentē aureo et de tantali fonte potantē: inter paucos discipulos. de natura. de moribus. ac de cursu dierū ⁊ siderū audiret docentē. Inde p̄ elamitas. babilonios. chaldeos. medos. assirios. parthos. syros. phenices. arabes. palestinos. reuersus ad alexandriā. p̄rexit ad ethiopiā: vt gignosophistas et famosissimā solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbiq̄ q̄d disceret: et semp̄ ꝓficiens. semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo voluminibus philostratus.

Quid loquar de seculi hominibus. cum apl'us paulus. vas electionis. et mgr̄ gentiū. q̄ de ꝯscientia tanti in se hospitis loquebat̄ dicēs. an exp̄imentū q̄ritis eius q̄ in me loquit̄ christus: post damascum arabiāq̄ lustratā. ascēdit ierosolimā vt videret petrū. et māsit apud eū dieb⁹ q̄ndecim: Hoc enī misterio ebdomadis ⁊ ogdoadis. futurus gentiū predicator instruēdus erat. Rrusumq̄ post ānos q̄tuordecim assūpto barnaba et tyto. exposuit cū apl'is euangeliū: ne forte ī vacuū curreret aut cucurrisset. Habet nescio q̄d latētis energie. viue vocis actus: et in aures discipuli de auctoris ore trāsfusa: fortius sonat. Vnde ⁊ eschines cū rodi exularet. ⁊ legere t̄ illa demosthenis orō quā aduersus eū habuerat: mirātibus cūctis atq̄ laudātibus: suspirās ait. Quid si ip̄am audissetis bestiā. sua v̄ba resonātē?

Hec hoc dico. q̄ sit aliquid in me tale. q̄d vel possis a me audire vel velis discere: sed quo ardor tuus et discēdi studiū. etiā absq̄ nobis p̄ se ꝓbari debeat. Ingeniū docile. et sine doctore laudabile est. Nō quid inuenias: sed q̄d queras ꝯsideramus. Mollis cera et ad formandū facilis. etiā si artificis ⁊ plaste cessent manus. tn̄ virtute totū est quicq̄d esse potest. Paulus apl'us ad pedes gamalielis. legē moisi et ꝓphetas didicisse se gloriatur: vt armatus spūalibus telis. postea doceret cōfidenter. Arma enī nr̄e militie non carnalia sunt. sed potētia deo. ad destructionē munitionū et cogitatiōes destruētes. et omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiā dei: et captiuantes oēm intellectū ad obediendū christo: et parati subiugare oēm inobedientiā. Thimotheum scribit ab infantia sacris lr̄is eruditū: et hortat̄ ad studiū lectiōis: ne negligat gratiā q̄ data sit ei per impositionē manus p̄sbr̄i. Tyto p̄cipit: ut inter ceteras

TRAIECTINA ACADEMIA RHENO

virtutes eṗi·quas breuí sermone depinxit: scientiā q̊q̄ nō negligat scripturarū·Obtinentē in quit eū qui ꝑm doctrinā est fidelem sermonē: ut potens sit exhortari in doctrina sana: et cōtradicentes reuincere.

SAncta quippe rusticitas solū sibi prodest: et q̄tum edificat ex vite mento ecclesiā christi: tm̄ nocet si destruētibus nō resistat. Malachias ꝓpheta imo ꝑ malachiam dñs interrogauit sacerdotes legem. Intantū sacerdotis officiū est: interrogatū respōdere de lege. Et in deuteronomio legimus. Interroga patrē tuū et annūciabit tibi maiores tuos et dicent tibi. In psalmo q̊q̄ cēte simodecimooctauo. Cantabiles mihi erāt iustificatiōes tue: in loco pegrinatiōis mee. Et in descriptione iusti viri. cū eū arborivite dauid q̄ est in paradiso cōparet: inter ceteras virtutes hoc etiā intulit. In lege dñi volūtas eius: et in lege eius meditabit die ac nocte. Daniel in fine sacratissime visionis ait. iustos fulgere quasi stellas: et intelligētes id est doctos quasi firmamentū. Vides q̄tum inter se distant iusta rusticitas. et docta iustitia? Alij stellis: alij celo cōparant. Quanq̄ iuxta hebraicā veritatem. vtrūq̄ de eruditus possit intelligi. Ita enim apud eos legimus. Qui autē docti fuerint fulgebūt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitiā erudiunt multos: quasi stelle in ꝑpetuas eternitates. Cur dicit paulus apostolus vas electiōis? Nempe q2 vas legis et scripturarū sanctarū erat armariū. Pharisei stupēt in dñi doctrina: et mirant in petro et iohanne quō legē sciāt: cū lras nō didicerint. Quicq̄d enī alijs exercitatio. quotidiana in lege meditatio tribuere solet: illis hoc spūssanctus suggerebat. Et erant iuxta q̄ scriptum est. docibiles deo. Duodecim annos saluator impleuerat: et in templo sedens. de questionibus legis interrogans: magis docet dū prudēter interrogat. Nisi forte rusticum petrū. rusticū iohannē dicamus: quor vterq̄ dicere poterat. et si impertus sermone: nō tamē scientia. Iohānes rusticus: piscator indoctus. Et vñ illa vox obsecro: in principio erat verbū. et verbū erat apud deū. et deus erat verbū? Logos grece multa significat. Nam et verbū est. et ratio. et supputatio: et causa vnius cuiusq̄ rei. ꝑ quā sunt singula q̄ subsistūt: que vniuersa recte intelligimus in christo.

HOc doctus plato nesciuit: hoc demosthenes eloquēs ignorauit. Perdā in quit sapientiā sapientiū: et prudentiā prudentiū reprobabo. vera sapia pdet falsam sapiam: et quāq̄ stultitia p̄dicatiōis in cruce sit: tm̄ paulus sapientiā loquit inter perfectos. Sapiētiā aūt nō seculi istius q̄ destruitur. nec p̄ncipiū huius seculi: sed loquit dei sapiam in misterio absconditā: quā p̄destinauit deus ante secula. Dei sapia. christus est. Christus enī dei virtus et dei sapiētia Hec sapiētia in misterio abscondita est. de qua et nomi psalmi tytulus p̄notat. ꝑ occultus filij: in quo sunt oēs thesauri sapiētie et sciētie dei absconditi. Et q̄ in misterio absconditus erat. p̄destinatus ē ante secula: p̄destinatus aūt. i. p̄figuratus in lege et ꝓphetis. Vnde et ꝓphete appellabant videntes: quia videbāt eum quē ceteri nō videbāt. Abrahā vidit die eius: et letatus ē. Aperiebant ceh ezechiel: q̄ ppl'o peccatori clausi erāt. Reuela inquit dauid oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Lex enī spūalis est: et reuelatiōe opus est vt intelligatur: ac reuelata facie dei gloriā contemplemur. Liber in apocalipsi septē sigillis signatus ostēdit: quē si dedens homi sciēti lras vt legat: rñdebit tibi. Nō possum. Signatus est enī. Quāti hodie putāt se nosse litteras: tenēt signatū librū. nec aperire possunt. nisi ille reserauerit qui habet clauem dauid qui aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit. In actibus apl'or. sctūs eunuchus. imo sanctus vir. sic enī eū sancta scriptura cognominat: cū legeret isaiā ꝓphetā. interrogatus a philippo. putasne intelligis q̄ legis? respōdit. Quō possum: nisi aliquis me docuerit? Ego ut de me loquar interim. nec sanctior sum hoc eunucho. nec studiosior: qui de ethiopia id est de extremis finibus mūdi venit ad templū. reliquit aulā regiā: et tātus amator legis fuit diuine atq̄ scīe: ut etiā in vehiculo lras legeret sacras. et tm̄ cū libro teneret. et verba dñi in cogitatiōe

cōciperet·lingua volueret·labijs ꝑsonaret:
ignorabat eum quē in libro nesciens venera
batur· Venit philippus: ostēdit ei iesum: q̄
clausus latebat in lr̄a· O mira doctoris vir
tus· Eadē hora credidit eunuchus: bapti-
satus fidelis et sanctus· magister efficit̄ de
discipl'o: plus in deserto fonte ecc̄ie· q̄ꝫ in au
rato synagoge templo reperit·

Hec a me perstricta sunt breuiter: neq̄ꝫ
enī epistolaris angustia euagari lōgius pa
tiebat̄: vt intelligeres te in scripturis sacris
sine p̄uio et monstrāte semitā· nō posse in-
gredi· Taceo de grāmaticis: rhetoricis· phi
losophis· geometricis· dialecticis· musicis
astronomicis· astrologis· medicis· quorū
scīa mortalibus satis vel vtilissima ē: et in
tres ꝑtes scindit̄· in doctrinā· rationē· ⁊ vsū
Ad minores artes veniā: et q̄ nō tā lingua
q̄ꝫ manu admīstrant̄· Agricole· cementari
fabri metallorꝫ· lignorꝫq̄ꝫ cesores· lanarij q̄
q̄ꝫ et fullones· et ceteri q̄ variā suppellectilē
et vilia opuscula fabricant: absq̄ꝫ doctore
esse nō p̄nt qđ cupiunt· Qđ medicorꝫ est ꝓ
mittunt medici: tractāt fabrilia fabri· Sola
scripturarū ars ē: quā sibi passim om̄s vē-
dicant· Scribimus indocti: doctiq̄ꝫ poema-
ta passim· Hanc garrula anus· hāc delirus
senex· hāc sophista verbosus: hāc vniuersi
p̄sumūt· lacerant: docēt anteq̄ꝫ discūt· Alij
abducto supcilio grandia verba trutinātes
inter mulierculas de sacris lr̄is philosophā
tur· Alij discūt proh pudor a femīs· qđ vi-
ros doceant: et ne parū hoc sit· quadā faci-
litate verborꝫ· īmo audacia· edisserūt alijs:
qđ ipi nō intelligunt· Taceo de meis simili
bus: qui si forte ad scripturas sanctas post
seculares lr̄as venerint· et sermone cōposito
aures ꝓpl'i mulserint: quicq̄d dixerint: hoc
legem dei putant· Nec scire dignant̄ quid
ꝓphete· quid appl'i senserint· sed ad sensum
suū incōgrua aptāt testimonia: quasi gran
de sit· et nō viciosissimū dicendi genus· de-
prauare sentētias: et ad volūtatē suā sacrā
scripturā trahere repugnantē· Quasi nō le-
gerimus omerocentonas et virgiliocento-
nas: ac nō sic etiā et maronem sine christo
possimus dicere christianū· q̄r scripserit· iā
redit et virgo redeūt saturnia regna: iā no-
ua ꝓgenies celo dimittit̄ alto· Et patrē lo
quentē ad filiū· Nate mee vires· mea ma-
gna potētia solus· Et post verba saluatoris
in cruce· Talia ꝑstabat memorans· fixusq̄ꝫ
manebat· Puerilia sūt hec· et circulatorꝫ lu
do sil'ia· docē qđ ignores: īmo ut cū stoma
cho loquar· nec hoc quidē scire q̄ꝫ nescias·

Videlicet manifestissima ē genesis: in
qua de creatura mūdi· de exordio ge-
neris humani: de diuisione terre: de ꝯfusio
ne linguarū et gentiū· vsq̄ꝫ ad exitū scribit̄
hebreorꝫ· ¶ Patet exodus cū decē plagis:
cū decalago: cū misticis diuinisq̄ꝫ p̄ceptis·
In ꝓmptu est leuiticus liber: in quo singu-
la sacrificia īmo singule pene syllabe et ve-
stes aaron et totus ordo leuiticus spirant
celestia sacramenta· ¶ Numeri vero nōne
totius aritmetice et ꝓphetie balaam et q̄-
dragintaduarū mansionū ꝑ heremū miste
ria ꝯtinent· ¶ Deutronomiū vero scđa lex
et euangelice legis p̄figuratio: nonne sic ea
habet que priora sunt· vt noua sint omīa
de veteribus? ¶ Hucusq̄ꝫ moises: hucus-
q̄ꝫ pentateucus: q̄bus quīq̄ꝫ verbis loqui
se velle apl'us in ecc̄ia gloriat̄· ¶ Iob exē-
plar patiētie: que nō misteria suo sermone
cōplectit̄? Prosa incipit· versu labit̄: pede-
stri sermone finit̄: omnesq̄ꝫ leges dialectice
ꝓpositione· assumptiōe· ꝯfirmatione ꝯclu-
sione determinat· Singula in eo verba ple-
na sunt sensibus: et vt deceteris sileā· resur
rectionē corporꝫ sic ꝓphetat: ut nullus de
ea manifestius et cautius scripserit· Scio in
quit q̄ꝫ redemptor meus viuit: et in nouissi
mo die de terra surrecturus sum: et rursū cir
cūdabor pelle mea· et in carne mea videbo
deū: quē visurus sum ego ipse et oculi mei
ꝯspecturi sunt: et nō alius· Reposita ē hec
spes mea in sinu meo· ¶ Veniā ad iesum
naue: qui typū dn̄i nō solū in gestis, verū
etiā in nomīe p̄fert· Trāsit iordanen· ostiū
regna subuertit: diuidit terrā victori ꝓpl'o:
et ꝑ singulas vrbes· viculos· mōtes· flumi
na· torrentes· atq̄ꝫ ꝯfinia· ecc̄ie celestisq̄ꝫ ie-
rusalē sp̄ualia regna descripsit· ¶ In iudicū
libro quot p̄ncipes populi: tot figure sunt·
¶ Ruth moabitis isaie explet vaticinium
dicētis: emite agnū dn̄e dominatorē terre:

de petra deserti ad montē filie syon. ¶ Samuel in hely mortuo et in occisiōe saul veterē legē abolitā mōstrat. Porro in sadoch atq; dauid noui sacerdotij nouiq; imperij sacramēta testat̄. Malachim id ē tertius et quartus regū liber a salomone vsq; iechoniā: ⁊ a ieroboam filio nabath usq; ad osee qui ductus ē in assyrios: regnū iuda et regnū describit israhel. Si hystoriā respicias verba simplicia sūt: si in lr̄is sensum latentē inspexeris. ecc̄ie paucitas et hereticoꝝ ɔtra ecc̄iam bella narrant̄. ¶ Duodecim ꝓphete in vnius volumīs angustias coartati: multo aliud q̄ꝫ sonant in lr̄a: p̄figurāt. ¶ Osee crebro nominat effraim. samariam. io seph. iezrahel. et vxorē fornicariā et fornicatiōis filios. et adulterā cubiculo clausam mariti. multo tp̄e sedere viduā: et sub veste lugubri mariti ad se reditū p̄stolari. ¶ Iohel filius fatuel describit terrā duodecim tribuū eruca. brucho. locusta. rubigine vastāte cōsumptā: et post euersionē prioris ꝓpl'i effusum iri spiritū sanctū sup̄ seruos dei et ancillas. id ē sup̄ centūuiginti credentiū noīa: et effusum iri in cenaculo syon. Qui centūuiginti ab vno usq; ad q̄ndecim. paulatim et p̄ incremēta surgētes. q̄ndecim graduū numerū efficiūt: q̄ in psalterio mistice ɔtinent̄. ¶ Amos pastor ⁊ rusticus et ruboꝝ mora distringens paucis verbis explicari nō potest. Quis enī digne exprimat tria et quatuor scelera damasci ⁊ gaze tyri ⁊ ydumee et filioꝝ ammon et moab. et in septimo et octauo gradu iude et isrl'? Hic loquitur ad vaccas pingues q̄ sunt in samarie monte: et ruiturā domū maiorē minorēq; testatur. Ip̄se cernit fictorē locuste. et stantē dn̄m super murū litū vel adamātinū: et vncinū pomorū attrahentē supplicia pctōribus. et famē in terra: nō famē panis. nec sitim aque. sed audiēdi verbū dei. ¶ Abdias q̄ interpretat̄ seruus dn̄i p̄tonat contra edom: et sanguinē terrenūq; fr̄is q̄q; iacob sp̄ emulū. hasta p̄cutit sp̄uali. ¶ Ionas pulcherrima colūba naufragio suo passionē dn̄i p̄figurās. mūdū ad pn̄iam reuocat: ⁊ sub noīe niniue salutē gentibus nūciat. ¶ Micheas de morastim coheres christi uastationē ānū ciat filie latronis: et obsidionē ponit cōtra eā: q2 maxillā p̄cusserit iudicis isrl'. ¶ Naū ɔsolator orbis increpat ciuitatē sanguinū: et post euersionē illius loquit̄: ecce sup̄ mōtes pedes euāgelisantis et annūciātis pacē. ¶ Abacuc luctator fortis ⁊ rigidus stat super custodiā suā: et figit gradū sup̄ munitionem. ut christū in cruce ɔtemplet̄. et dicat: operuit celos gloria eius. et laudis eius plena est terra: splēdor eius vt lux erit. cornua in manibus eius: ibi abscōdita ē fortitudo eius. ¶ Sophonias speculator et archanorū dn̄i cognitor. audit clamorē a porta pisciū et eiulatū a scd̄a: et ɔtritionē a collib⁹. Indicit q̄q; vlulatum habitatoribus pile. q2 ɔticuit oīs ꝓpl'us chanaan: dispersi sunt vniuersi q̄ inuoluti erāt argēto. ¶ Aggeus festiuus ⁊ letus. q̄ seminauit in lachrymis ut in gaudio meteret. destructū templū edificat: deūq; patrē inducit loquentē: adhuc vnū modicū et ego cōmouebo celū ⁊ terrā et mare et aridā: et mouebo oēs gentes: et veniet desideratus cūctis gētibus. ¶ Zacharias memor dn̄i sui multiplex in ꝓphetia: iesum vestibus sordidis indutū. et lapidē oculoꝝ septē. cādelabrūq; aureū cū totidē lucernis q̄t oculis. duas q̄q; oliuas a sinistris lampadis cernit. et a dextris: ut post equos rufos varios nigros et albos. et dissipatas q̄drigas ex effraim. et equū de ierusalē paupem regē vaticinet̄: et p̄dicet regē sedentem super pullū filiū asine subiugalis. ¶ Malachias a p̄te. et in fine oīm ꝓphetarū de abiectione isrl'. et vocatione gentiū. nō est mihi ait volūtas in vobis dicit dn̄s exercituū: ⁊ munus nō suscipiā de manu vestra. Ab ortu enī solis usq; ad occasū magnū est nomē meū in gentibus: et in omni loco sacrificat̄ et offert̄ nomī meo oblatio mūda. ¶ Isaiam. ieremiā. ezechiel. et daniel. quis pōt vel intelligē vl' exponere? Quorū p̄mus nō ꝓphetiā videt̄ mihi texere: sz euāgeliū. Scd̄us virgā nuceā et ollā accensam a facie aq̄lonis: et pardū spoliatū suis coloribus: et q̄druplex diuersis metris nectit alphabetū. Tertius p̄ncipia ⁊ finē tātis habz obscuritatibus inuoluta: ut apud hebreos ip̄e partes cū exordio geneseos ante

annos trignta non legãtur·Quartus vero qui et extremus inter q̃tuor ꝓphetas·tpm ꝺscus·et totus mũꝺi philohistorícus lapidẽ pcios ũ ꝺe mõte sine manib⁹·et regna omĩa subuertẽtẽ claro sermone ꝓnũciat· ¶ Dauíd symonides nr̃ pindarus et alcheus flaccus q̃ catullus atq; serenus·chri stũ lyra p̃ꝺicat·et ĩ ꝺecacorꝺo psalterio ab inferis excitat resurgentẽ· ¶ Salomõ pacifícus et amabilis ꝺñi mores corrigit·naturã docet·ecclesiã iũgit et chriſtũ·sanctarumq; nuptiarũ ꝺulce canit epithalamiũ· ¶ Hester in ecclie typo ꝓpl'm liberat ꝺe piculo·et interfecto aman q̃ interpretat̃ iniq̃tas·partes cõuiuñ et ꝺiẽ celebrẽ mittit in posteros· ¶ Paralipomenon liber instrumẽti veteris epitome tantus ac talis est·vt absq; illo si quis scientiã scripturarũ sibi voluerit arrogare serꝑm inꝺeat·Per singula quippe nomina iũcturasq; verborũ·et p̃termisse ĩ regũ libris tanguñ hystorie·et innumerabiles explicanꝺ euãgelij q̃stiones· ¶ Hesꝺras et neemias·aꝺiutores vicꝫ·et ꝺesolatores a ꝺño·in vno volumine artanꝺ·instaurant templũ· muros exstruũt ciuitatis·omnisq; illa turba ꝓpli redeũntis in patriã· et ꝺescriptio sacerꝺotũ·leuitarũ·israhelis·ꝓselitorũ· ac p singulas familias muror ũ et turrũ opa ꝺiuisa· aliud in corticẽ p̃ferũt·aliud in meꝺula retinent· ¶ Cernis me scripturarũ amore raptũ·excessisse moꝺũ epl'e·et tñ nõ implesse q̃ volui· Auꝺiuimus tm̃ q̃ꝺ nosse, quiꝺ cupere ꝺebeamus·vt et nos q̃q; possimus ꝺicere·cupiuit aĩa mea ꝺesiꝺerare iustificatiões tuas in omĩ t̃pe· Ceterũ illuꝺ socratícũ implet̃ in nobis·Hoc tm̃ scio q̃ nescio ¶ Tangam et nouũ breuiter testamentũ· Matheus·marcus·lucas·et iohãnes· quadriga ꝺñi·et verũ cherubin q̃ interpretat̃ sciẽtie plenitudo p totũ corpus oculati sũt scintille emicãt·ꝺiscurrũt fulgura· pedes habent rectos·et in sublime tendentes· terga pennata et vbiq; volantia tenẽt se mutuo, sibiq; pplexa sunt·et quasi rota in rotã volumuntur·et pergũt quocũq; eos flatus spiritussancti ꝺuxerit· ¶ Paulus apl'us ad septẽ scribit eccias·octaua enĩ ad hebreos a plerisq; extra numerũ ponit̃· Thimotheũ instruit et tytũ·et philemonem, p fugitiuo famulo ꝺe p̃cat̃· sup q̃ melius tacere puto·q̃ pauca scribere· ¶ Actus apl'orũ nuꝺã quiꝺ ꝺe vident̃ sonare hystoriã·et nascẽtis eccie infantiã texere· sed si nouerimus scriptorẽ eorũ lucã esse meꝺicũ·cuius laus ẽ in euangelio·aiaꝺuertimus p̃ter oia verba illius aĩe languẽtis esse meꝺicinã· ¶ Iacobus·petrus·iohãnes·iuꝺas·septẽ epl'as ediꝺerũt tam mysticas q̃ succintas·et breues pariter et longas·breues in verbis·longas in sententiis·ut rarus sit qui nõ in earum cecurrat lectione· ¶ Apocalipsis iohãnis tot habet sacramẽta, quot verba·Parũ ꝺixi·et p mento voluminis laus oñis inferior ẽ· In verbis singulis·multiplices latent intelligentie· ¶ Oro te frater carissime inter hec viuere· ista meꝺitan·nil aliuꝺ nosse·nihilq; aliuꝺ querere·Nõne viꝺet̃ tibi iam hic in terris regni celestis habitaculũ? Nolo vt offẽꝺaris in scripturis sanctis·simplicitate et q̃si vilitate verborũ: que vel vicio interpretũ vel ꝺe inꝺustria sic ꝓlate sunt·ut rusticã cõtionẽ facilius instrueret̃· et in vna eaꝺẽq; sententia aliter ꝺoctus· aliter sentiret inꝺoctus· Nõ sum tã petulans et hebes vt hec me nosse pollicear·et eorũ fructus capere in terra quorũ raꝺices in celo fixe sunt·sz velle fateor·seꝺẽti me p̃fero·magistrũ renuens· comitẽ spõꝺeo· Petẽti ꝺatur·pulsanti aperiẽt· querẽs inuenit· Discamus in terris·quorũ sciẽtia nobis p̃seueret ĩ celo· Obuñsto manibus excapiam·et vt inepte aliquiꝺ ac ꝺe ermagore tumiꝺitate effunꝺam· quicquiꝺ queriens tetum scire conabor· [illegible]

¶ Habes hic amãtissimũ tuũ fratrẽ euse biũ·q̃ lr̃arũ tuarũ mihi gr̃am mltiplicauit· referens honestatẽ morũ tuorũ·ꝺ temptum seculi·fidẽ amicitie·amorẽ chriſti· Nã prudentiã et eloquij venustatẽ· etiã absq; illo rpa epl'a p̃ferebat· Festina queso te·et hærẽti salo nauicule funẽ magis p̃scinde q̃ solue· Nemo renũciaturus seculo bene põt vẽdere·q̃ ꝺ tempsit ut venderet·Quicquiꝺ in sumptus ꝺe tuo tulens·p lucro computa· Antiquũ ꝺictũ est· Auaro ꝺeest tã q̃ habet·q̃ q̃ nõ habet·Credẽti totus mũꝺus ꝺiuitiarũ ẽ· Infiꝺelis aũt etiã obolo inꝺiget

Sic viuamus quasi nil habentes: et omia possidētes. victus at q3 vestitus. diuine christianoꝝ sunt. Si habes in potestate rē tuā. vende: si nō habes ꝓfice. Tollēti tunicā: et pallīū relinquendū est. Nisi sez tu semp recrastinās et diē de die trahens. caute et pedetentim tuas possessiunculas vēdidens: nō habet christus vnde alat pauperes suos. Totū deo dedit: q̄ se obtulit. Apl̄i tm̄ nauē et retia reliq̄runt: vidua duo era mittit in gazophilatiū: et p̄fert cesi diuitijs. Facile otemnit oīa: q̄ se sp cogitat esse morituꝝ.

Finit epl̄a. Incipit ꝓlogus in libros moysi.

Desideriȝ mei desideratas accepi lras: quī q̄dam p̄sagio futuroꝝ. cū daniele sortitus est nomē: obsecrātis vt trāslatū in latinā linguam de hebreo sermone pentbateucū. nr̄oꝝ ambus tradere. Periculosum opus certe. et obtrectatoꝝ meoꝝ latentibus patens: q̄ me asserunt in septuaginta interpretū fugillatione nouā ꝓ veteribus cudere: ita ingeniū q̄si vinū ꝓbātes: cū ego sepissime testatus sim me ꝓ vili portione in tabernaculo dei offerre que possim: nec opes alterius alicuꝝ pauptate fedari. Quod ut audere origenis me studiū ꝓuocauit. qui editioni antique translationē theodotionis miscuit. astenco et obeloid ē stella et veru omne opus distinguens: dū aut illucescere facit q̄ minus ante fuerāt. aut superflua que3 iugulat. cōfodit: et maxime q̄ euangelistarū. et apl̄oꝝ auctoritas ꝓmulgauit. In q̄bus multa de veteri testamēto legimus. que in nr̄is codicibus nō habent: vt ē illud. Ex egipto vocaui filiū meū. Et qm̄ nazarenus vocabit. Et videbūt in quē cōpunxerūt. Et flumina de ventre eius fluent aque viue. Et q̄ nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit que p̄parauit deus diligentibus se: et multa alia que ꝓpriū sintagina desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hec scripta sunt: et cū dicere nō potuerint. de libris hebraicis ꝓferamus. Primū testimonium est in osee. scōm in ysaia. tertiū in zacharia. quartū in ꝓuerbijs. quintū eque in ysaia: q̄ multi ignorātes apocryphoꝝ deliramenta sectant: et liberas nenias libris autēticis p̄ferunt. Causas erroris nō ē meū exponere. Iudei prudenti factum dicūt esse o filio: ne ptolomeus vnius dei cultoꝝ. etiā apud hebreos duplicē diuinitatē cōprehēderet: q̄ maxime idcirco faciebāt. quia in platonis dogma cadere videbāt. Deniq3 vbicūq3 sacratū aliquid scriptura testat de p̄re et filio et spūsancto. aut aliter interpretati sunt. aut omīno tacuerūt: ut et regi satisfacerent: et archanū fidei nō vulgarēt. Et nescio quis primus auctoꝝ septuaginta cellulas alexādrie mēdacio suo extruxerit. q̄bus diuisi. eadē scriptitarent: cum ariste⁹ eiusdē ptolomei ꝓ̄ aspites. et nō multo post tempore iosephus nihil tale retulerint: sed in vna basilica cōgregatos dtuliſſe scribant nō ꝓphetasse. Aliud est enī esse vatem: aliud est esse interpretē. Ibi spiritus vētura p̄dicit: hic eruditio et verboꝝ copia ea q̄ intelligit transfert. Nisi forte putandus ē tullius economicū xenofontis. et platonis protagoꝝ. et demosthenis ꝓ thesifonte. affatus rhetorico spū transtulisse. Aut aliter de eisdē libris p septuaginta interp̄tes. aliter p apl̄os spūsanctus testimonia texuit: vt q̄ illi tacuerunt. hi scriptū esse mentiti sint. Quid igit̄? Damnamus veteres? Minime: sed post priores studia in domo dñi q̄ possumus laboramus. Illi interp̄tati sunt ante aduentū christi. et q̄ nescierūt dubijs ꝓtulerunt sentētijs: nos post passionē eius nō tam ꝓphetiā q̄ hystoriā scribimus. Aliter enī audita: aliter visa narrant. Q̄ melius intelligimus: melius et ꝓferimus. Audiatur emule: obtrectatoꝝ auscultat. Nō damno. nō cōprehendo septuaginta: sed o fidēter cunctis illis apl̄os p̄fero. Per istoꝝ os mihi christus sonat. q̄s ante ꝓphetas inter spūalia crismata positos lego: in q̄bus vltimū pene gradū inter p̄tes tenēt. Quid linquere torqueris? Quid impentoꝝ animos cōtra me excitas? Si cubi in translatiōe tibi videor errare. interroga hebreos: diuersarum vbiū magistros cōsule. Quod illi habent de christo: tui codices nō habēt. Aliud est si cōtra se postea ab apostolis vsurpata testimonia ꝓbauerint: et emendatioꝝ sunt

exemplaria latina q̃ greca: greca q̃ hebraica. Verũ hec ꝯtra inuidos. Nũc te de p̃cor de sideri karissime: ut q̃ me tantũ opus subire fecisti. et a genesi exordiũ capere. orõnibus iuues: ꝙ possim eodẽ spũ quo scripti sunt libri. in latinũ eos transferre sermonẽ.

Incipit liber Bresith. quẽ nos Genesim dicimus. Ca. j.

IN principio creauit deus celum et terrã. Terra aũt erat inanis et vacua: et tenebre erãt sup faciẽ abissi: ⁊ spũs dñi ferebat̃ sup aquas. Dixitq̃ deus. fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucẽ ꝙ esset bona: et diuisit lucẽ a tenebris: appellauitq̃ lucẽ diẽ: ⁊ tenebras noctẽ. Factũq̃ est vespe et mane dies vnus. Dixit q̃q̃ deus. Fiat firmamentũ in medio aquarũ: et diuidat aq̃s ab aquis. Et fecit deus firmamentũ: diuisitq̃ aquas q̃ erant sub firmamento ab his q̃ erãt sup firmamentũ. et factũ est ita. Vocauitq̃ deus firmamẽtũ celũ et factũ est vespe et mane dies scd̃us. Dixit vero deus. Congregent̃ aque q̃ sub celo sunt in locũ vnũ: et appareat arida. et factũ est ita. Et vocauit deus aridã terrã: cõgregationesq̃ aquarũ appellauit maria. Et vidit deus ꝙ esset bonũ: et ait. Germĩet terra herbã virentẽ ⁊ facientẽ semẽ: et lignũ pomiferũ faciens fructũ iuxta genus suũ: cuius semen in semetipso sit sup terrã. et factũ ẽ ita Et ꝓtulit terra herbã virentẽ et facientẽ semen iuxta genus suũ: lignũq̃ faciẽs fructũ et habens vnumq̃dq̃ sementẽ scd̃m speciẽ suã. Et vidit deus ꝙ essꝫ bonũ: et factũ est vespe et mane dies tertius. Dixit aũt deus. Fiant luminaria in firmamẽto celi: et diuidant diẽ ac noctẽ: et sint in signa et tpa et dies et annos: vt luceãt in firmamẽto celi. et illuminẽt terrã. et factũ est ita. Fecitq̃ deus duo luminaria magna: lumĩare maius vt p̃esset diei. et luminare minus vt p̃esset nocti: et stellas. Et posuit eas in firmamẽto celi ut lucerẽt sup terrã: et p̃essent diei ac nocti: et diuiderẽt lucẽ ac tenebras. Et vidit deus ꝙ esset bonũ: et factũ est vespe et mane dies quartus. Dixit etiã deus. Producant aque reptile anime viuẽtis ⁊ volatile sup terrã: sub firmamẽto celi. Creauitq̃ deus cete grandia: et omnẽ aĩam viuentẽ atq̃ motabilẽ quã ꝓduxerãt aque in species suas: et om̃e volatile scd̃m genus suũ. Et vidit deus ꝙ esset bonũ: bñdixitq̃ eis dicens. Crescite ⁊ multiplicamini: et replete aquas maris: auesq̃ mltiplicent̃ sup terrã. Et factũ est vespere et mane dies quĩtus. Dixit q̃q̃ deus. Producat terra aĩam viuẽtẽ in genere suo: iumẽta ⁊ reptilia. et bestias terre scd̃m species suas. Factũq̃ est ita. Et fecit deus bestias t̃re iuxta spẽs suas: iumẽta et om̃e reptile terre in genere suo. Et vidit deus ꝙ essꝫ bonũ: et ait. Faciamus hominẽ ad imaginẽ ⁊ silitudinẽ nr̃am: et p̃sit piscibus maris. et volatilibus celi et bestijs vniuerseq̃ terre: omniq̃ reptili q̃d mouet̃ in terra. Et creauit deus hoĩem ad imaginẽ et silitudinẽ suã: ad imaginẽ dei creauit illũ: masculũ ⁊ feminã creauit eos. Bñdixitq̃ illis deus: et ait. Crescite et multiplicamĩ. et replete terrã. et subicite eã: ⁊ dñamini piscibus maris. et volatilibus celi: et vniuersis animantibus q̃ mouent̃ sup terrã. Dixitq̃ deus. Ecce dedi vobis oẽm herbã afferentẽ semen sup terrã. et vniuersa ligna q̃ hñt in semeip̃is sementẽ generis sui: ut sint vobis in escã et cunctis animãtibus terre. omniq̃ volucri celi et vniuersis q̃ mouent̃ in terra et in quibus est aĩa viuẽs: ut habeant ad vescendũ. et factũ est ita. Viditq̃ deus cũcta que fecerat: et erãt valde bona. et factũ est vespere et mane dies sextus. Ca. ij.

1 IGitur pfecti sunt celi ⁊ terra: et omis ornatus eorũ. Cõpleuitq̃ deus die septimo opus suũ q̃d fecerat: ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso opere q̃d patrarat. Et benedixit diei septimo: et sanctificauit illũ: q̃ in ip̃o cessauerat ab omĩ ope suo q̃d creauit deus ut faceret. Iste sunt generationes celi et terre, q̃n create sunt ĩ die quo fecit deus celũ ⁊ terrã: et om̃e virgultũ agri anteq̃ oriretur in terra: omnẽq̃ herbã regiõis priusq̃ germinaret. Nõ enĩ pluerat dñs deus sup terrã: ⁊ homo nõ erat qui operaret̃ terram. Sed fons ascendebat de terra: irrigãs vniuersam supficiẽ terre. Formauit igitur

dominus deus hominē de limo terre: et inspirauit in faciem eius spiraculū vite: et factus est homo in aiam viuentē. Plantauerat aūt dñs deus paradisum voluptatis a p̄n cipio: in quo posuit hominē quē formauerat. Produxitq; dñs deus de humo oīne lignū pulchrum visu. et ad vescendū suaue: lignū etiā vite in medio paradisi: lignumq; scientie boni ⁊ mali. Et fluuius egrediebat de loco voluptatis ad irrigandū paradisum: qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni phison. Ipse est q̄ circuit oēm terrā euilath. vbi nascit aurū: et aurū terre illius optimū est. Ibiq; inuenit bdelliū: et lapis onichinus. Et nomen fluuij scōi gyon Ipse est qui circuit omnē terram ethiopie. Nomē vero fluminis tertij tygris. Ipse vadit cōtra assyrios. Fluuius autē quartus. Ipse est eufrates. Tulit ergo dñs deus hominē. et posuit eū in paradisum voluptatis: vt operaret et custodiret illū: precepitq; ei dicēs. Ex omni ligno paradisi comede: de ligno aūt scientie boni et mali ne comedas. In quacūq; enī die comederis ex eo: morte morieris. Dixit quoq; dñs deus. Non ē bonū hominē esse solū: faciamus ei adiutoriū simile sibi. Formatis igit dñs deus de humo cunctis animātibus terre. et vniuersis volatilibus celi: adduxit ea ad adā: vt videret quid vocaret ea. Omne enī q̄d vocauit adam anime viuētis: ipm est nomen eius. Appellauitq; adam nominibus suis cūcta animātia: et vniuersa volatilia celi: et oēs bestias terre. Ade vero nō inueniebatur adiutor similis eius. Immisitq; dñs deus soporē in adam. Cumq; obdormisset: tulit vnam de costis eius: et repleuit carnē p̄ ea. Et edificauit dñs deus costam quā tulerat de adam in mulierē: et adduxit eā ad adam. Dixitq; adā. Hoc nūc os de ossibus meis: ⁊ caro de carne mea. Hec vocabit virago: quīa de viro sumpta ē. Quā obrem relinquet homo patrē suū ⁊ matrē: et adherebit vxori sue: et erūt duo in carne vna. Erat autē vterq; nudus adam scz et vxor eius: et nō erubescebant. Ca. iij.

Sed et serpēs erat callidior cūctis animantibus terre: que fecerat dñs deus

Qui dixit ad mulierē. Cur precepit vobis deus vt nō comederetis ex omi ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu ligni que sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni q̄ est in medio paradisi p̄cepit nobis deus ne comederemus. et ne tangeremus illud: ne forte moriamur. Dixit autē serpens ad mulierē. Nequaq; morte moriemini. Scit enī deus q̄ in quocūq; die comederitis ex eo. aperient oculi vri: et eritis sicut dii scientes bonū et malū. Vidit igitur mulier q̄ bonū esset lignū ad vescendū. et pulchrū oculis. aspectuq; delectabile: et tulit de fructu illius et comedit: dedit q; viro suo. Qui comedit: et aperti sunt oculi amborū. Cūq; cognouissent se esse nudos. cōsuerūt folia ficus: et fecerūt sibi perizomata Et cū audissent vocē dñi dei deambulātis in paradiso. ad aurā post meridiē: abscōdit se adam et vxor eius a facie dñi dei in medio ligni paradisi. Vocauitq; dñs deus adā: et dixit ei. Vbi es? Qui ait. Vocē tuā dīne audiui in paradiso: et timui eo q̄ nudus essem: et abscondi me. Cui dixit dñs. Quis enī indicauit tibi q̄ nudus esses: nisi q̄ ex ligno de quo p̄ceperā tibi ne comederes comedisti? Dixitq; adā. Mulier quā dedisti mihi socia. dedit mihi de ligno: et comedi. Et dixit dñs deus ad mulierē. Quare hoc fecisti? Que rndit. Serpēs decepit me: et comedi. Et ait dñs ad serpentē. Quia fecisti hoc: maledictus es inter oīa animātia. et bestias terre. Super pectus tuū gradiens: et terrā comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponā inter te ⁊ mulierē: et semē tuū et semē illius. Ipsa conteret caput tuū: et tu insidiabis calcaneo eius. Mulieri q̄q; dixit. Multiplicabo erūnas tuas. et conceptus tuos. In dolore paries filios tuos: et sub viri potāte eris: et ipe dñabitur tui. Ade vero dixit. Quia audisti vocē vxoris tue. et comedisti de ligno ex quo p̄ceperā tibi ne comederes: maledicta terra in ope tuo. In laboribus comedes ex ea: cūctis diebus vite tue. Spinas et tribulos germinabit tibi: et comedes herbas terre. In sudore vultus tui vescēris pane tuo: donec reuertaris in terrā de q̄ sumptus es: q̄ pulvis es. et i pulverē

reuerteris. Et vocauit adam nomē vxoris
sue eua: eo q̄ mater esset cūctorū viuentiū
Fecit q̄q̄ dn̄s deus ade et vxori eius tuni
cas pelliceas: ⁊ induit eos. Et ait. Ecce adā
q̄si vnus ex nobis factus est sciēs bonū et
malū. Nūc g̊ ne forte mittat manū suā. et
sumat etiā de ligno vite. et comedat: et vi
uat in eternū: emisit eū dn̄s deus de paradiso
voluptatis: ut oparet̄ terrā de q̄ sumptus ē
Eiecitq̄ adā: et collocauit ante paradisum
voluptatis cherubin. et flāmeū gladiū at-
q̄ versatilē: ad custodiendā viā ligni vite.

Cognouit vero adam euā ¶ Ca. iiij.
vxorē suā: que ꝯcepit et pepit cayn.
dicēs. Possedi hoīem p deū. Rursumq̄ pe
perit fr̄em eius abel. Fuit aūt abel pastor
ouiū: et cayn agricola. Factū est aūt post
multos dies: ut offerret cayn de fructibus
terre munera dn̄o. Abel quoq̄ obtulit de p̄
mogenitis gregis sui: et de adipibus eorū.
Et respexit dn̄s ad abel. et ad munera eius
ad cayn aūt et ad munera illius nō respe-
xit. Iratusq̄ est cayn vehemēter: et cōcidit
vultus eius. Dixitq̄ dn̄s ad eum. Quare
iratus es? et cur ꝯcidit facies tua? Nonne si
bene egeris, recipies? Sin autē, male: statim
in foribus peccatū tuū aderit. Sz sub te erit
appetitus eius. et tu dn̄aberis illius. Dixit-
q̄ cayn ad abel fratrē suū. Egrediamur fo
ras. Cūq̄ essent in agro. ꝯsurrexit cayn ad
uersus fr̄em suū abel: et interfecit eū. Et ait
dn̄s ad cayn. Vbi ē abel frater tuus? Qui
rn̄dit. nescio. Nunquid custos fratris mei
sum ego? Dixitq̄ ad eū. Quid fecisti? Vox
sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.
Nūc igit̄ maledictus eris sup terrā: q̄ ape
ruit os suū. et suscepit sanguinē fr̄is tui de
manu tua. Cū opatus fueris eā: non dabit
tibi fructus suos. Vagus et ꝓfugus eris su
per terrā. Dixitq̄ cayn ad dn̄m. Maior est
iniquitas mea: q̄ vt veniam merear. Ecce
eijcis me hodie a facie t̄re: et a facie tua ab
scondar: et ero vagus et ꝓfugus in terra.
Omnis igit̄ qui inuenerit me, occidet me.
Dixitq̄ ei dn̄s. Nequaq̄ ita fiet: sed omīs
qui occiderit cayn, septuplū punie t̄. Posu-
itq̄ dn̄s in cayn signū: ut nō interficeret eū
omīs qui inuenisset eū. Egressusq̄ cayn a

facie dn̄i habitauit ꝓfugus in terra: ad ori
entalem plagā eden. Cognouit autē cayn
vxorē suā: que cōcepit et peperit enoch. Et
edificauit ciuitatē: et vocauit nomen eius
ex nomine filij sui enoch. Porro enoch ge-
nuit yrad. Et yrad genuit mauiael: et ma
uiael genuit mathusael. Et mathusael ge
nuit lameth. qui accepit duas vxores. No
men vni ada: et nomē alteri sella. Genuit-
q̄ ada iabel. qui fuit pater habitātiū in tē-
torijs. atq̄ pastorū: et nomen fratris eius
tubal. Ipse fuit pater canentiū cythara ⁊ or
gano. Sella q̄q̄ genuit tubalcayn: qui fuit
malleator. et faber. in cuncta opa eris et fer
ri. Soror vero tubalcayn. noemenia. Dixit
q̄ lameth vxoribus suis ade ⁊ selle. Audi
te vocē meā vxores lameth: auscultate ser-
monē meū. Quoniā occidi virū in vulnus
meū: et adolescētem in liuorē meū. Septu-
plum vltio dabit̄ de cayn: de lameth vero
septuagesies septies. Cognouit q̄q̄ adhuc
adam vxorē suā et peperit filiū: vocauitq̄
nomen eius seth dicens. Posuit mihi deus
semē aliud ꝓ abel: quē occidit cayn. Sed
et seth natus est filius: quē vocauit enos.
Iste cepit inuocare nomen dn̄i. ¶ Ca. v.

Hic est liber generatiōis adam: in die
qua creauit deus hoīem. Ad simili-
tudinē dei fecit illū: masculū et feminā crea
uit eos. et bn̄dixit illis: et vocauit nomē eo
rū adam in die qua creati sunt. Vixit autē
adā centūtriginta annis: et genuit filiū ad
imaginē et sil'itudinē suā: uocauitq̄ nomē
eius seth. Et facti sunt dies adā postq̄ ge-
nuit seth octingēti āni: genuitq̄ filios et fi-
lias. Et factū est om̄e tp̄s q̄d vixit adam
anni nōgentitriginta: et mortuus est. Vixit
q̄q̄ seth centūquīq̄ annis: et genuit enos.
Vixitq̄ seth postq̄ genuit enos octingētis-
septē annis: genuitq̄ filios ⁊ filias. Et facti
sunt omēs dies seth nongētorūduodecim
annorū: et mortuus ē. Vixit vero enos no-
naginta annis: et genuit caynan. Post cu-
ius ortū vixit octingentisquīdecim annis:
et genuit filios et filias. Factiq̄ sunt om̄es
dies enos nōgentiquīq̄ anni: et mortuus
est. Vixit q̄q̄ caynan septuaginta ānis: et
genuit malalehel. Et vixit caynan postq̄

genuit malalehel octingentis quadraginta annis: genuitq; filios et filias. Et facti sunt oēs dies cay nan nongētidecem anni: et mortuus ē. Vixit aūt malalehel sexaginta q̄nq; annis: et genuit iared. Et vixit malalehel postq̄ genuit iared octingētis triginta annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies malalehel octingētinonaginta quinq; anni: et mortuus ē. Vixitq; iared cētū sexagintaduobus ānis: et genuit enoch. Et vixit iared postq̄ genuit enoch octingētis annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies iared nongētisexagintaduo anni: et mortuus ē. Porro enoch vixit sexaginta q̄nq; ānis: et genuit mathusalam. Et ambulauit enoch cum deo. Et vixit enoch postq̄ genuit mathusalā trecentis annis: et genuit filios ⁊ filias. Et facti sunt oēs dies enoch trecētisexaginta quinq; āni: ambulauitq; cū deo et nō apparuit: q2 tulit eū deus. Vixit q̄q; mathusalā centūoctogintaseptē annis: et genuit lameth. Et vixit mathusalam postq̄ genuit lameth septingētis octoginta duobus ānis: et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies mathusale nongētisexaginta nouē āni: et mortuus ē. Vixit aūt lameth centū octoginta duobus annis et genuit filiū: vocauitq; nomē eius noe dicens. Iste cōsolabit nos ab opibus et laboribus manuū nr̄arum in terra: cui maledixit dōs. Vixitq; lameth postq̄ genuit noe q̄ngentis nonaginta quinq; annis: et genuit filios et filias. Et facti sunt oēs dies lameth septingētiseptuagintaseptē anni: et mortuus est. Noe vero cū q̄ngentor essz annor genuit sem. et cham. et iaphet. ¶ Ca. vj.

QVnq; cepissent homines multiplicari sup terrā. et filias procreassent: videntes filij dei filias hoim q essent pulchre: acceperūt sibi vxores ex omibus quas elegerant. Dixitq; deus. nō pmanebit spūs meus in hoie ineternū: q2 caro ē. Erūtq; dies illius centū viginti ānor. Gigātes aūt erāt sup terrā in diebus illis. Postq̄ enī ingressi sunt filij dei ad filias hoim. illeq; genuerūt: isti sunt potentes a seculo: vir famosi. Videns aūt deus q multa malicia hoim essz in terra: ⁊ cūcta cogitatio cordis intēta essz ad malū omni tpe: penituit eū q hoiem fecisset in terra. Et pcauēs in futurū. et tactus dolore cordis intrinsecus: delebo inquit hominē quē creaui a facie terre. ab hoie vsq; ad animātia: a reptili vsq; ad volucres cel. Penitet enī me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiā cora dño. He sunt generatiōes noe. Noe vir iustus atq; pfectus fuit in generationibus suis: cū deo ambulauit: et genuit tres filios. sem. cham. et iaphet. Corrupta ē aut ē terra cora dño: et repleta ē iniquitate. Cūq; vidisset deus terrā esse coruptā. omis quippe caro corruperat viā suā super terrā: dixit ad noe. Finis vniuerse carnis venit cora me. Repleta ē terra iniquitate a facie eor: et ego disperdā eos cū terra. Fac tibi archā de lignis leuigatis. Mansiūculas in archa facies: ⁊ bitumie linies intrinsecus et extrinsecus: et sic facies eā. Trecētor cubitor erit lōgitudo arche: q̄nquaginta cubitorū latitudo: et triginta cubitorū altitudo illius. Fenestrā in archa facies: et in cubito cōsūmabis sūmitatē eius. Ostiū aūt arche pones ex latē deorsum. Cenacula ⁊ tristega facies in ea. Ecce ego adducā aq̄s diluuij sup terrā. ut interficiā oēm carnē in qua spiritus vite ē subter celū: et vniuersa q̄ in tra sunt consument. Ponāq; fedus meū tecū: et ingrediens archā tu et filij tui. vxor tua. et vxores filior tuor tecū: ⁊ ex cūctis animātibus vniuerse carnis bina induces in archam. ut viuāt tecū masculini sexus et feminini. De volucrib⁹ iuxta genus suū: et de iumentis in genere suo. et ex omi reptili terre. scōm genus suū: binā de oībus ingredient tecū. ut possint viuere. Tolles igit tecū ex oībus escis q̄ māci pnt: et cōportabis apud te: et erūt tam tibi q̄z illis in escā. Fecit igit noe omia que pcepat illi deus. ¶ Ca. vij.

DIxitq; dōs ad eū. Ingredere tu et omis domus tua in archā. Te enī vidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mūdis tolles septena et septena. masculū et feminā: de animātibus vero immūdis duo ⁊ duo. masculū et feminā: sed de volatilibus cel septena ⁊ septena. masculū et feminā. vt saluet semen sup faciē vniuerse terre. Adhuc enī et post

dolor x officit deus quod fecit Genesis
significabit nox a domino

dies septē ego pluā sup terrā quadraginta diebus et q̄draginta noctibus: et delebo omnē substantiā quā feci de sup ficie terre. Fecit ergo noe oīa que mādauerat ei dñs Eratq; sexcentor annor: qñ diluuij aque inundauerunt sup terrā. Et ingressus ē noe et filij eius. vxor eius. et vxores filior eius cū eo in archam: ꝓpter aquas diluuij. De animātibus q̄q; mūdis et immūdis. et de volucribus et ex omni q̄ mouet sup terrā. duo a duo ingressi sunt ad noe in archā masculus et femina: sicut p̄ceperat dñs noe. Cumq; transissent septē dies: aque diluuij inundauerūt sup terrā. Anno sexcentesimo vite noe mēse scō septimodecimo die mēsis. rupti sunt oēs fontes abyssi magne: et catharacte celi aperte sunt. et facta ē pluuia sup terrā q̄draginta diebus et quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus ē noe. et sem. et cham. et iaphet filij eius vxor illius. et vxores filiorū eius cū eis in archā: ipi et oē animal scōm genus suū. vniuersaq; iumēta in genere suo. et omne q̄ mouet sup terrā in genere suo: cunctūq; volatile scōm genus suū. Vniuerse aues omnesq; volucres ingressi sunt ad noe in archam: bina et bina ex omni carne in qua erat spūs vite. Et que ingressa sunt. masculus et femina ex omni carne introierūt: sicut p̄ceperat ei deus: et inclusit eū dñs deforis. Factūq; est diluuiū quadraginta diebus sup terrā: et multiplicate sunt aque: & eleuauerunt archā in sublime a terra. Vehementer eni inundauerūt: et omnia repleuerūt in superficie terre. Porro archa ferebatur super aquas: et aque p̄ualuerūt nimis sup terrā. opertiq; sunt oēs montes excelsi sub vniuerso celo. Quindecim cubitis altior fuit aq̄ sup montes quos operuerat. Cōsumptaq; est omis caro que mouebat sup terrā: volucrū, animantiū, bestiarū, omniūq; reptilium que reptat sup terrā. Vniuersi hominēs et cūcta in quibus spiraculū vite est in terra: mortua sunt. Et deleuit deus omnem substantiā que erat sup terrā ab homine vsq; ad pecus. tam reptile q̄ volucres celi: et deleta sunt de terra. Remansit aūt solus noe: et q̄ cū eo erāt in archa. Optinuerūt aque terrā centū q̄nquaginta diebus. Ca. viij.

Recordatus aūt dñs noe cunctorūq; animantiū. et omium iumentorū q̄ erant cū eo in archa. adduxit spūtū sup terrā: et immimute sunt aque. et clausi sunt fontes abyssi & catharacte celi: et ꝓhibite sūt pluuie de celo. Reuersiq; sunt aque de tra. euntes et redeūtes: et ceperūt minui. post centū q̄nq̄ginta dies. Requieuitq; archa mense septimo. vicesimo septimo die mēsis sup mōtes armenie. At vero aque ibāt & decrescebāt usq; ad decimū mēsem. Decimo eni mense p̄ma die mēsis apparuerūt cacumia mōtiū. Cūq; trāsissent q̄draginta dies. aperiens noe fenestrā arche quā fecerat dimisit corui: q̄ egrediebat: et non reuertebat donec siccarent aque sup terrā. Emisit q̄q; columbā post eū: ut videret si iā cessassent aq̄ sup facie terre. Que cū nō inuenisset vbi requiesceret pes eius: reuersa est ad eū in archam. Aque eni erāt sup vniuersam terrā. Extendit manū suā: & apprehēsam intulit in archā. Expectatis autē vltra septē diebus alijs: rursum dimisit columbā ex archa. At illa venit ad eū ad vesperā: portans ramū olive virētibus foliis i ore suo. Intellexit g noe q̄ cessassent aque super terrā. Expectauitq; nihilominus septē alios dies: et emisit columbā: que nō est reuersa vltra ad eū. Igit sexcētesimo p̄mo anno p̄mo mense. p̄ma die mēsis imminute sunt aq̄ sup terrā. Et aperiēs noe tectū arche aspexit: vidit q̄q; exsiccata essz sup ficies terre. Mēse scō. septimo et vicesimo die mēsis arefacta ē terra. Locutus est aūt dñs ad noe dicens. Egredere de archa tu. et vxor tua. filij tui. et vxores filior tuor tecū: cūcta animātia q̄ sunt apud te. ex omi carne tā in volatilibus q̄z in bestijs & vniuersis reptilibus q̄ reptāt sup terrā. educ tecū: et egredimini sup terrā. Crescite et multiplicamini sup eam. Egressus est ergo noe et filij eius. et vxor illius. et vxores filior eius cū eo: sed et oīa animantia. iumenta et reptilia que reptāt sup terram. scōm genus suū. egressa sunt de archa. Edificauit aūt noe altare dño: & tollēs de cunctis pecoribus et volucribus mūdis obtulit holocausta super altare. Odoratusq;

primū altare edificauit noe domino et holocausta obtulit de cūctis animantibus

est dñs odorē suauitatis: et ait ad eū. Ne
quaq̄ vltra maledicā terre ꝓpter homies.
Sensus enim et cogitatio humani cordis in
malū prona sunt ab adolescētia sua. Non
igitur vltra ꝑcutiam omnē animā viuentē
sicut feci. Cunctis diebus terre. semētis et
messis. frigus et estus. estas ⁊ hyemps. nox
Bet dies nō requiescent. ¶ Ca. ix.
Benedixitq̄ deus noe: et filijs eius: et
dixit ad eos. Crescite ⁊ multiplicamini. et re
plete terrā: et terror vester ac tremor sit sup
cūcta animalia terre: et sup oīs volucres
celi cū vniuersis que mouent̄ sup terram.
Oīes pisces maris manui vr̄e traditi sūt:
et omne qd̄ mouet̄ et viuit. erit vobis in
cibum. Quasi olera virētia tradidi vobis
omia: excepto q̄ carnē cū sanguine nō co-
medetis. Sanguinē enī aīarū vestrarū. req̄-
ram de manu cūctarū bestiarū: et de manu
hominis. De manu viri et de manu fratris
eius requirā aīam hoīs. Quicūq̄ effuderit
humanū sanguinē: fundet̄ sanguis illius.
Ad imaginē dei quippe factus ē hō. Vos
aūt crescite et multiplicamini: et ingredimī
sup terrā: et implete eā. Hec q̄q̄ dixit deus
ad noe: et ad filios eius cū eo. Ecce ego sta
tuā pactū meū vobiscū. et cū semine vestro
post vos: et ad omnē aīam viuentē q̄ est
vobiscū. tam in volucribus q̄ in iumentis,
et pecudibus terre. cunctisq̄ q̄ egressa sunt
de archa: et vniuersis bestijs terre. Statuā
pactū meū vobiscū: et nequaq̄ vltra inter-
ficietur omnis caro aquis diluuij: neq̄ erit
deinceps diluuiū dissipans omnē terram.
Dixitq̄ deus. Hoc est signū federis quod
do inter me et vos: et ad omnē aīam viuē
tem que est vobiscū in generatiōes sempi-
ternas. Arcū meū ponā in nubibus celi: et
erit signū federis inter me ⁊ inter terrā. Cū-
q̄ obduxero nubibus celū apparebit arcus
meus in nubib⁹: et recordabor federis mei
qd̄ pepigi vobiscū. et cū omni aīa viuente
que carnem vegetat: et nō erūt vltra aque
diluuij ad delendū vniuersam carnē. Erit-
q̄ arcus meus in nubibus: et videbo illum
et recordabor federis sempiterni: qd̄ pactū
est inter deū ⁊ omnē aīam viuentē vniuer
se carnis que est sup terrā. Dixitq̄ dñs ad
noe. Hoc est signū federis quod ꝯstitui in-
ter me et omnē carnē sup terrā. Erāt ergo
filij noe q̄ egressi sunt de archa: sem. cham.
et iaphet. Porro cham ipe ē pater chanaan
Tres isti filij sunt noe: et ab his dissemina
tū est oīe genus hoīm sup vniuersam ter
ram. Cepitq̄ noe vir agricola exercere ter-
rā: et plātauit vineā. Bibēsq̄ vinū inebria
tus ē: et nudatus iacuit in tabernaculo suo.
Qd̄ cū vidisset cham pater chanaan. verē-
da scz patris sui esse nudata: nūciauit duo-
bus fratribus suis foras. At vero sem et ia
phet. palliū imposuerūt humeris suis: et in-
cedētes retrorsum: operuerūt verēda pr̄is
sui. Faciesq̄ eorꝫ auerse erāt: et pr̄is virilia
nō viderūt. Euigilans aūt noe ex vino: cū
didicisset q̄ fecerat ei filius suus minor. ait.
Maledictus chanaan puer: seruus ſ̄uorꝫ
erit fr̄ibus suis. Dixitq̄. Bn̄dictus dñs de
us sem: sit chanaā seruus eius. Dilatet de-
us iaphet. et habitet in tabernaculis sem: sit
q̄ chanaan seruus eius. Vixit aūt noe post
diluuiū trecētis quinq̄ginta ānis: et impleti
sunt oēs dies eius nōgentorū q̄nquaginta
Hannorꝫ. et mortuus est. ¶ Ca. x.
HE sunt generationes filiorꝫ noe: sem
cham. ⁊ iaphet. Natiq̄ sunt eis filij post di
luuiū. Filij iaphet: gomer. ⁊ magog. et ma
dai. et iauan. et thubal. et mosoch ⁊ thyras
Porro filij gomer: assenem. et riphat. et tho
gorma. Filij aūt iauan: helisa et tharsis. ce
thim ⁊ dodanim. Ab his diuise sunt insule
gentiū in regiōibus suis: vnusquisq̄ scd̄m
linguā suā ⁊ familias suas ī natiōibus suis
Filij aūt cham: chus ⁊ mesraim et phut et
chanaā. Filij at̄ chus: saba ⁊ euila. et saba
tha et regina et sabathata. Filij regina: sa-
ba et dadan. Porro chus genuit nemroth.
Ipe cepit eē potēs in terra: et erat robustus
venator corā dño. Ab hoc exiuit ꝓuerbiū
Quasi nemroth robustus venator coram
dño. Fuit aūt p̄ncipiū regni eius babilon.
et arach. et achat. ⁊ chalāne: in t̄ra sennaar
De terra illa egressus est assur: et edificauit
niniuen. et plateas ciuitatis ⁊ chale: resen q̄
q̄ inter niniuen ⁊ chale. Hec ē ciuitas ma-
gna. At vero mesraim genuit ludim. et ana
mim. et laabim. et neptuim. ⁊ phetrusim. et

ceſſuim: de quibus egreſſi ſunt philiſtijm· et capturim· Chanaan aũt genuit ſydonẽ ꝑmogenitũ ſuũ: et hæũ·et iebuſeũ·ꝛamoꝛreũ· et gerſeũ·et eueũ· et arachеũ·cyneũ·et aradiũ: ſamarithen·et amathеũ· Et p hos diſſeminati ſunt ꝑpl'i chananeoꝛũ· Factiq; ſunt termini chanaã veniẽtibus a ſydone ieraram vſq; gazam: donec ingrediaris ſodomam·et gomoꝛrã·et adamã·et ſeboim uſq; leſa· Hi ſũt filij cham in cognatiõibus et linguis·et generatiõibus·terriſq; et gẽtibus ſuis· De ſem q̊q; nati ſunt pr̃es oim filioꝝ heber: fr̃e iaphet maioꝛe· Filij ſem: helam·et aſſur·et arphaxat· lud·ꝛaram· Filij arã: bus·et hul·et gether·et meſ· At vero arphaxat genuit ſale: de q̊ oꝛtus eſt heber· Natiq; ſũt heber filij duo· Nomẽ vni phaleg·eo q; in diebus eius diuiſa ſit terra: et nomẽ fr̃is eius iectan· Qui iectan genuit elmodad·et ſaleph·et aſarmoth·iare·ꝛadoꝛam·et iazal·et ꝺeda·et hebal·et abimahel·ſaba·et iophir·et eiula·et iobab· Oĩs iſti filij iectan· Et facta ẽ habitatio eoꝝ· de meſſa pgẽtibus uſq; ſephar montẽ oꝛiẽtalẽ· Iſti ſunt filij ſem: ſcõm cognatiões et linguas·ꝛ regiões in gẽtibus ſuis· He familie noe: iuxta ꝑpl'os et natiões ſuaſ· Ab his diuiſe ſunt gẽtes in tra poſt diluuiũ· ¶ Ca·xj·

ERat aũt terra labij vnius et ſermonum eoꝛundẽ· Cũq; ꝑficiſcerent de oꝛiente·inuenerũt campũ in terra ſennar·et habitauerũt in eo· Dixitq; alter ad ꝓximũ ſuũ· Venite faciamus lateres: ꝛcoquamus eos igni· Habuerũtq; lateres ꝓ ſaxis: et bitumen ꝓ cemẽto: et dixerũt· Venite·faciamus nobis ciuitatẽ·et turrẽ cuius culmẽ ꝑtingat vſq; ad celũ: et celebꝛemus nomen noſtrũ anteq; diuidamur in vniuerſas terras· Deſcendit autẽ dñs vt videret ciuitatem·et turrẽ quam edificabãt filij adam: et dixit· Ecce vnus ẽ poꝑulus: et vnũ eſt labiũ oĩbus· Ceperuntq; hoc facere: nec deſiſtent a cogitatiõibus ſuis donec eas opẽpleãt· Venite igit̃· deſcẽdamus et ꝺ fundamus ibi linguã eoꝝ: ut nõ audiat vnuſquiſq; vocẽ ꝓximi ſui· Atq; ita diuiſit eos dñs ex illo loco in vniuerſas terras: et ceſſauerunt edificare ciuitatẽ· Et idcirco vocatũ eſt nomen loci illius babel: q; ibi cõfuſum eſt labiũ vniuerſe terre· Et inde diſpſit eos dñs ſup faciẽ cũctarũ regionũ· He ſunt generatiões ſem· Sem erat centũ ãnoꝝ q̃n genuit arphaxat: biẽnio poſt diluuiũ· Vixitq; ſem poſtq̃ genuit arphaxat q̃ngentis ãnis: et genuit filios et filias· Poꝛro arphaxat vixit triginta q̃nq; annis: et genuit ſale· Vixit q; arphaxat poſtq̃ genuit ſale trecentis tribus ãnis: et genuit filios et filias· Sale q̊q; vixit triginta ãnis: et genuit heber· Vixitq; ſale poſtq̃ genuit heber q̃dringentis tribus annis: et genuit filios et filias· Vixit autẽ heber triginta q̃tuoꝛ ãnis: et genuit phalech Et vixit heber poſtq̃ genuit phalech quadringentis triginta annis: et genuit filios et filias· Vixit quoq; phalech triginta annis: et genuit reu· Vixitq; phalech poſtq̃ genuit reu ducentis nouẽ annis: et genuit filios et filias· Vixit aũt reu triginta q̃nq; annis: et genuit ſaruch· Vixit q̊q; reu poſtq̃ genuit ſaruch ducẽtis ſeptẽ annis: et genuit filios et filias· Vixit aũt ſaruch triginta ãnis: et genuit nachoꝛ· Vixitq; ſaruch poſtq̃ genuit nachoꝛ ducẽtis annis: et genuit filios et filias· Vixit aũt nachoꝛ viginti nouẽ annis: et genuit thare· Vixitq; nachoꝛ poſtq̃ genuit thare centũ decẽ et nouẽ annis: et genuit filios·ꝛ filias· Vixitq; thare ſeptuaginta annis: et genuit abꝛam·et nachoꝛ·et arã· He ſunt aũt generationes thare· Thare genuit abꝛam·nachoꝛ·et aram· Poꝛro arã genuit loth· Moꝛtuuſq; eſt aram ante thare patrẽ ſuũ: in terra natiuitatis ſue·in hur chaldeoꝝ· Duxerũt aũt abꝛam·et nachoꝛ vxoꝛes· Nomen vxoꝛis abꝛã: ſarai· Et nomẽ vxoris nachoꝛ: melcha filia arã patris melche et pr̃is iſche· Erat aũt ſarai ſterilis: nec habebat filios· Tulit itaq; thare abꝛã filiũ ſuũ et loth filiũ aram filiũ filij ſui: et ſarai nurũ ſuã: vxoꝛẽ abꝛam filij ſui: et eduxit eos de hur chaldeoꝝ ut irent in terrã chanaã· Veneruntq; vſq; aram: et habitauerũt ibi· Et facti ſunt dies thare ducentoꝝ quĩq; annorum: et moꝛtuus eſt in arã· ¶ Ca·xij·

DIxit aũt dñs ad abꝛam· Egredere de terra tua et de cognatione tua· et de domo patris tui: et veni in terrã quã mõſtrauero

tibi·Faciáq; te in gentē magnā:et bñdicā tibi·et magnificabo nomē tuū:erisq; bñdictus·Bñdicā bñdicentibus tibi:et maledicā maledicētibus tibi:atq; in te bñdicētur vniuerse cognatiões terre·Egressus ē itaq; abram sic̄ p̄cepat ei dñs:et iuit cū eo loth· Septuagintaquiq; annoꝝ erat abram:cū egrederet̄ de aram·Tulitq; sarai vxorē suam·et loth filium frīs sui·vniuersamq; substantiā quā possederāt:et aīas quas fecerant aram:et egressi sunt vt irent in terram chanaā·Cumq; venissent in eam:p trāsiuit abrā terrā vsq; ad locū sychem:et vsq; ad cōuallem illustrē·Chananeus aūt tūc erat in terra·Apparuit dñs abrā:et dixit ei·Semini tuo dabo terrā hāc·Qui edificauit ibi altare domino qui apparuerat ei:et inuocauit ibi nomē eius·Et inde trāsgrediens ad montē qui erat de tra orientē bethel·tetēdit ibi tabernaculū suū:ab occidēte habens bethel:et ab oriēte hay·Edificauit q̄q; ibi altare dño:et inuocauit nomē eius·Perexitq; abram vadēs:et vltra ꝑgrediēs ad meridiē·Facta est aūt fames in terra·Descenditq; abram in egiptū:ut peregrinaret̄ ibi· Preualuerat enī fames in terra·Cumq; ꝑpe esset vt ingrederet̄ egiptū:dixit sarai vxori sue·Noui q̄ pulchra sis mulier:et q̄ cū viderint te egiptii·dicturi sūt vxor illius ē:et interficient me·et te reseruabūt·Dic ergo obsecro te·q̄ soror mea sis·vt bene sit mihi ꝑpter te:et viuat anima mea ob gratiā tui·Cū itaq; ingressus esset abram egiptū: viderūt egiptii mulierē q̄ esset pulchra nimis·et nunciauerūt principes pharaoni:et laudauerūt eā apud illū·Et sublata ē mulier in domū pharaonis:abram vero bene vsi sunt ꝑpter illā·Fuerūtq; ei oues·et boues·et asini·et serui·et famule:et asine·et cameli·Flagellauit autē dñs pharaonē plagis maximis·et domū eius:ꝑpter sarai vxorem abrā·Vocauitq; pharao abrā:et dixit ei·Quidnam est hoc quod fecisti mihi? Quare nō indicasti mihi q̄ vxor tua esset? Quamobcausam dixisti esse sororē tuā:ut tollerē mihi eā in vxorē? Nunc igit̄ ecce cōiunx tua:accipe eā et vade·Precepitq; pharao sup abram viris:et deduxerunt eum et vxorē eius:et oīa que habebat. ¶ Ca·xiij·

Ascendit ergo abram de egipto:ipe et vxor eius· et omnia que habebat·et loth cū eo:ad australē plagā·Erat aūt diues valde in possessione aum et argēti· Reuersusq; est piter quo venerat a mendie in bethel·usq; ad locū vbi prius fixerat tabernaculū inter bethel·et hay·in loco altaris q̄ fecerat prius:et inuocauit ibi nomen dñi· Sed et loth qui erat cū abrā·fuerūt greges ouiū et armēta·et tabernacula:nec poterat eos capere terra vt habitarent simul· Erat quippe substātia eoꝝ multa:et nequibant habitare cōmuniter· Vñ facta ē rixa inter pastores gregū abram et loth· Eo aūt tpe chananeus et pherezeus habitabant in illa terra· Dixit ergo abrā ad loth· Ne queso sit iurgiū inter me et te:et inter pastores meos et pastores tuos·Fratres enī sumus·Ecce vniuersa terra coram te ē:recede a me obsecro·Si ad sinistrā ieris:ego dexterā tenebo·si tu dexterā elegeris:ego ad sinistrā pgā·Eleuatis itaq; loth oculis·vidit omnē circa regionē iordanis·q̄ vniuersa irrigabat̄·anteq; subuerteret dñs sodomā et gomorrā·sicut paradisus dñi:et sic̄ egiptus veniētibus in segor·Elegitq; sibi loth regionē circa iordanen:et recessit ab oriente·Diuisiq; sūt alterutrū a frē suo· Abrā habitauit in terra chanaā·Loth vero moratus est in opidis q̄ erāt circa iordanen:et habitauit in sodomis· Homines aūt sodomite pessimi erāt:et peccatores coram dño nimis·Dixitq; dñs ad abram:postq; diuisus ē ab eo loth·Leua oculos tuos in directū et vide a loco in quo nūc es:ad aquilonē et meridiem·ad orientē et occidentē· Omnē terrā quā aspicis:tibi dabo et semini tuo usq; in sempiternū· Faciāq; semen tuū sicut puluerē terre·Si q̄s pōt hoīm numerare puluerē terre:semē q̄q; tuū numerare poterit·Surge & ambula terrā·in lōgitudine et in latitudine sua:q; tibi daturus sū eā·Mouēs igit̄ tabernaculū suū abrā· venit et habitauit iuxta cōuallē mambre:q̄ ē in hebron· Edificauitq; ibi altare dño. ¶ Ca·xiiij·

Actū est autē in illo tēpore vt amraphel rex sennaar·et arioch rex ponti et

chodorlaomor rex elamitarū et thadal rex gentiū. inirent bellū cōtra basa regem sodomorꝝ: et ɔtra bersa regem gomorre. et ɔtra sennaar regē adame. et cōtra semeber regē seboym. cōtraqꝫ regem bale: ip̄a est segor. Omnes hi cōuenerunt in vallem siluestrē: que nūc est mare salis. Duodecim enī annis seruierant chodorlaomor: et tertiodecimo anno recesserūt ab eo. Igit̄ quartodecimo anno. venit chodorlaomor et reges q̄ erāt cū eo ⁊ ꝑcusserūt raphaym ī astaroth. et in carnaym. et zuzim cū eis: etenī in sabe cariathaym. et chorreos in montibus seyr. usqꝫ ad campestria pharan: que est in solitudine. Reuersiqꝫ sunt et venerūt vsqꝫ ad fontē mesphat. ip̄a est cades: et ꝑcusserūt oēm regionē amalechitarū. et amorreorū q̄ habitabāt ī asasonthamar. Et egressi sunt rex sodomorꝝ. et rex gomorre. rexqꝫ adame. et rex seboym. necnō et rex bale q̄ est segor. et direxerūt aciē ɔtra eos in valle siluestri: scilicꝫ aduersus chodorlaomor regem elamitarū. et thadal regem gētium. et amraphel regē sennaar. et arioch regē ponti quatuor reges aduersus quīqꝫ. Vallis aūt siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaqꝫ rex sodomorū et rex gomorre. terga verterūt. ceciderūtqꝫ ibi: et qui remāserant. fugerūt ad montē. Tulerunt aūt omnem substantiā sodomorꝝ. et gomorreorꝝ et vniuersa que ad cibū pertinent: et abierunt. necnon et loth et substantiā eius. filiū fratris abram: qui habitabat in sodomis. Et ecce vnus qui euaserat. nunciauit abrā hebreo: qui habitabat in cōualle mambre amorrei. fratris eschol. et fr̄is aner. Hi enī pepigerant fedus cum abram. Quod cum audisset abram. captū vicꝫ loth fratrē suū numerauit expeditos vernaculos suos trecentosdecē et octo: et ꝑsecutus est eos vsqꝫ dan. Et diuisis socijs: irruit super eos nocte. Percussitqꝫ eos et ꝑsecutus ē vsqꝫ soba et phenicen: q̄ est ad leuā damasci. Reduxitqꝫ omnē substantiā: et loth fratem suum cum substantia illius: mulieres quoqꝫ et populū. Egressus est aūt rex sodomorꝝ in occursum eius. postq̄ꝫ reuersus est a cede chodorlaomor. et regū qui cū eo erant: in valle sabe que est vallis regis. At vero melchisedech rex salem. ꝓferens panem et vinū: erat enī sacerdos dei altissimi: benedixit ei: et ait. Benedictus abram deo excelso. qui creauit celū et terrā: et bn̄dictus deus excelsus: quo ꝓtegente hostes in manibus tuis traditi sunt. Et dedit ei decimas ex omībus. Dixit aūt rex sodomorū ad abrā. Da mihi aīas: cetera tolle tibi. Qui respondit ei. Leuo manū meā ad dn̄m deum excelsum. possessorē celi et terre: q̄ a filo subtegminis vsqꝫ ad corrigiā calige nō accipiā ex omībus q̄ tua sunt. ne dicas. ego ditaui abrā: exceptis his q̄ comederūt iuuenes. et ꝑtibus virorꝝ qui venerūt mecū. aner. eschol. et mābre. Ipsi accipiēt ꝑtes suas. ¶ Ca. xv.

HIs itaqꝫ trāsactis: factus ē sermo dn̄i ad abrā ꝑuisionē dicēs. Noli timere abrā. Ego protector tuus: et merces tua magna nimis. Dixitqꝫ abram. Dn̄e deus quid dabis mihi? Ego vadā absqꝫ liberis et filius ꝓcuratoris domus mee: iste damascus elyezer. Addiditqꝫ abram. Mihi aūt nō dedisti semē: et ecce vernaculus meus. heres meus erit. Statimqꝫ ſmo dn̄i factus est ad eū dicēs. Nō erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo: ip̄m habebis heredē. Eduxitqꝫ eū foras: et ait illi. Suspice celū: et numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuū. Credidit abram deo: et reputatū est illi ad iustitiā. Dixitqꝫ ad eū. Ego dn̄s q̄ eduxi te de hur chaldeorū: vt darē tibi terrā istā et possideres eā. At ille ait. Dn̄e deus: vnde scire possum q̄ possessurus sim eam? Et respōdit dn̄s. Sume inquit mihi vaccā triennē ⁊ caprā trimam: et arietē annorꝝ triū: turturē quoqꝫ et colūbā. Qui tollens vniuersa hec diuisit ea ꝑ mediū: et vtrasqꝫ ꝑtes ɔtra se altrinsecus posuit. Aues aūt nō diuisit. Descēderūtqꝫ volucres sup cadauera: et abigebat eas abrā Cūqꝫ sol occūberet. sopor irruit sup abrā: et horror magnus ⁊ tenebrosus inuasit eū. Dictūqꝫ est ad eū. Scito p̄no scens. q̄ peregrinū futurū sit semē tuū in terra nō sua: et subijciēt eos seruituti: et affligent quadringentis annis. Verūtamē gentē cui seruituri sunt ego iudicabo: et post hec egredientur

cū magna substantia. Tu aūt ibis ad p̄res
tuos in pace sepultus ī senectute bona. Ge
neratiōe aūt quarta reuertent̄ huc. Nec dū
enī cō plete sunt iniq̄tates amorreorꝝ: vsqꝫ
ad p̄ñs tps. Cū ergo occubuisset sol. facta
est caligo tenebrosa: ⁊ apparuit clibanus fu
mans: et lāpas ignis trāsiens inter diuisio-
nes illas. In die illo pepigit dñs fedus cū
abram dicēs. Semini tuo dabo terrā hāc: a
fluuio egipti vsqꝫ ad fluuiū magnū eufra-
ten: cineos. et cinezeos. cethmoneos. et ethe
os. et ferezeos: raphaim q̄qꝫ et amorreos:
chananeos. et gergeseos. et iebuseos.
Igitur sarai vxor abram nō Ca. xvj.
genuerat sibi liberos: sed habēs ancil
lā egiptiā no īe agar. dixit marito suo. Ec-
ce ꝯclusit me dñs ne parerem: ingredere ad
ancillā meā: si forte saltē ex illa suscipiā fi-
lios. Cunqꝫ ille acquiesceret deprecāti: tulit
agar egiptiā ancillā suā. post annos decem
quā habitare ceperant in terra chanaan: et
dedit eā viro suo vxorē. Qui ingressus est
ad eam. At illa ꝯcepisse se vidēs: despexit
dñam suā. Dixitqꝫ sarai ad abram. inique
agis cōtra me. Ego dedi ancillā meā in si-
nū tuū: que videns q̄ ꝯcepit. despectui me
habet. Iudicet dñs inter me et te. Cui respō
dit abram. Ecce ait ancilla tua ī manu tua
est: vtere ea vt libet. Affligente igit̄ eā sa-
rai: fugā inijt. Cunqꝫ inuenisset eā angelus
dñi iuxta fontē aque in solitudine que ē in
via sur in deserto: dixit ad illā. Agar ancil
la sarai. vnde venis? et quo vadis? Que re
spōdit. A facie sarai domine mee ego fugio
Dixitqꝫ ei angelus dñi. Reuertere ad do-
minā tuā: et humiliare sub manu illius. Et
rursum. Multiplicans inquit multiplicabo
semen tuū: et nō numerabit̄ p̄ multitudine
Ac deinceps: ecce ait ꝯcepisti. ⁊ paries filiū
vocabisqꝫ nomen eius ysmahel: eo q̄ au
dierit dñs afflictionē tuā. hic erit ferus hō.
Manus eius cōtra om̄es: et manus oīm
ꝯtra eū: et e regiōe vniuersorꝝ fratrū suorꝝ
figet tabernacula. Vocauit aūt agar nomē
domini qui loquebat̄ ad eam: tu deus qui
vidisti me. Dixit enī. Profecto hic vidi po
steriora vidētis me. Propterea appellauit
puteū illū: puteū viuentis et videntis me.
Ipse ē inter cades et barad. Peperitqꝫ agar
abre filiū: qui vocauit nomē eius ysmahel
Octoginta et sex annorꝝ erat abram. quā-
do peperit ei agar ysmahelē. Ca. xvij.
Postq̄ꝫ vero nonaginta et nouē anno
rū esse ceperat: apparuit ei deus. Dixit
qꝫ ad eū. Ego dñs omīpotēs. Ambula co
rā me: et esto p̄fectus. Ponāqꝫ fedus meū
inter me et te: et multiplicabo te vehemēter
nimis. Cecidit abram ꝓnus in faciē. Dixit-
qꝫ ei deus. Ego sum: et ponā pactū meū te-
cum: erisqꝫ pater multarū gentiū. Nec vltra
vocabit̄ nomē tuū abram. sed appellaberis
abraham: q2 pater multarū gentiū ꝯstitui
te. Faciāqꝫ te crescē vehemētissime et ponā
te in gentibus. regesqꝫ ex te egredient̄: et sta
tuā pactū meū inter me et te et inter semen
tuū post te ī generatiōibus suis federe sem-
piterno: ut sim deus tuus. et semīs tui post
te. Daboqꝫ tibi ⁊ semini tuo post te terrā pe
regrinatiōis tue. omnē terrā chanaā. in pos
sessionē eternā: eroqꝫ deus eorꝝ. Dixit iterū
deus ad abrahā. Et tu ergo custodies pa-
ctū meū: et semen tuū post te in generatiōi-
bus suis. Hoc est pactū meū q̄d ob serua-
bitis inter me et vos et semen tuū post te.
Circūcidet̄ ex vobis om̄e masculinū: et cir
cūcidetis carnē p̄pucij vestri: ut sit in signū
federis inter me et vos. Infans octo dierū
circūcidet̄ in vobis. Om̄e masculinū in ge-
nerationibus vr̄is. tam vernaculus q̄ꝫ em-
ptitius circūcidet̄: et quicūqꝫ fuerit de stirpe
vestra. Eritqꝫ pactū meū in carne vestra in
fedus eternū. Masculus cuius p̄pucij caro
circūcisa nō fuerit. delebit̄ anima illa de po-
pulo suo: quia pactū meū irritū fecit. Dixit
quoqꝫ deus ad abraham. Sarai vxorē tuā
nō vocabis sarai: sed saram. Et bn̄dicā ei:
et ex illa dabo tibi filiū cui bn̄dicturus sum
Eritqꝫ in natiōes: et reges ꝓpl'orꝝ orient̄ ex
eo. Cecidit abrahā in faciē suā: ⁊ risit in cor
de suo dicēs. Putasne centenario nascetur
filius: et sara nonagenaria pariet? Dixitqꝫ
ad deū. Vtinā ysmahel viuat corā te. Et
ait deus ad abrahā. Sara vxor tua pariet
tibi filiū: vocabisqꝫ nomē eius isaac. Et cō
stituā pactū meū illi ī fedus sempiternū: et
semini eius post eum. Sup ysmahel quoqꝫ

exaudiui te. Ecce benedicā ei: et augebo et multiplicabo eū valde. Duodecim duces generabit: et faciā illū crescere in gentē magnā. Pactū vero meū statuā ad isaac. quē pariet tibi sara tpe isto: in āno altero. Cūq; finitus esset sermo loquentis cū eo: ascendit deus ab abrahā. Tulit aūt abrahā ysmahel filiū suū. et oēs vernaculos domus sue. vniuersos q̄s emerat: ec cunctos mares ex omībus viris domus sue: et circūcidit carnē p̄pucij eoꝝ. statim in ip̄a die sicut p̄cepat ei deus. Abrahā nonaginta et nouē erat annorū. qn̄ circūcidit carnē p̄pucij sui: ⁊ ysmahel filius suus tredecim annos impleuerat: tpe circūcisionis sue. Eadē die circūcisus ē abrahā. et ysmahel filius eius. et oēs viri domus illius: tā vernaculi q̄ emptitij et ali enigene pariter circūcisi sunt. ¶ Ca. xviij.

APparuit aūt ei dn̄s in ꝯualle mābre: sedenti in ostio tabernaculi sui in ip̄o feruore diei. Cūq; eleuassz oculos: apparuerunt ei tres viri stātes ꝓpter eū. Quos cū vidisset. cucurrit in occursum eorū de ostio tabernaculi sui: et adorauit in terra: et dixit. Dn̄e si inueni gratiā in oculis tuis. ne trāseas seruū tuū: sz afferā pauxillū aque. ⁊ lauētur pedes vr̄i: et requiescite sub arbore. Ponāq; bucellā panis: et ꝯfortet̄ cor vestrū: postea trāsibitis. Idcirco enī declinastis ad seruū vr̄m. Qui dixerūt fac vt locutus es. Festinauit abrahā in tabernaculū ad sarā dixiq; ei. Accelera: tria sata simile cōmisce et fac subcinericios panes. Ip se vero ad armentū cucurrit: et tulit inde vitulum tenerrimū et optimū: deditq; puero. Qui festinauit: et coxit illū. Tulit quoq; butirū ⁊ lac. et vitulū quē coxerat: et posuit corā eis. Ip se vero stabat iuxta eos sub arbore. Cūq; comedissent: dixerūt ad eū. Vbi est sara vxor tua? Ille rn̄dit. Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Reuertens veniā ad te tempore isto. vita comite: et habebit filiū sara vxor tua. Quo audito sara: risit post ostiū tabernaculi. Erant aūt ambo senes. ꝓuecteq; etatis: et desierāt sare fieri muliebria. Que risit occulte dicēs. Postq̄ ꝯsenui et dn̄s meus vetulus est: voluptati operā dabo? Dixit aūt dn̄s ad abrahā. Quare risit sara vxor tua dicens: num vero paritura sum anus? Nūquid deo quicq̄ est difficile? Iuxta cōdictū reuertar ad te hoc eodē tpe. vita comite: et habebit sara filiū. Negauit sara dicens. nō risi: timore pterrita. Dn̄s aūt. nō est inquit ita: sed risisti. Cum ergo surrexissent inde viri. direxerunt oculos ꝯtra sodomā: et abraham simul gradiebat̄: deducēs eos. Dixitq; dominus. Num celare potero abraham que gesturus sum. cū futurus sit in gentem magnā ac robustissimā: et benedicēde sint in eo om̄es nationes terre? Scio enī q̄ p̄cepturus sit filijs suis. et domui sue post se. ut custodiāt viā dn̄i: et faciant iudiciū et iustitiā: vt adducat dn̄s ꝓpter abrahā oīa que locutus est ad eum. Dixit itaq; dominus. Clamor sodomoꝝ et gomorreorum multiplicatus est: et peccatū eoꝝ aggrauatū est nimis. Descendā et videbo: utrū clamorē qui venit ad me ope cōpleuerint. an nō est ita: ut sciam. Cōuerterūtq; se inde: et abierūt sodomā. Abrahā vero adhuc stabat corā dn̄o: et appropinquans ait. Nunquid pdes iustū cū impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate: pibunt simul: et nō parces loco illi ꝓpter q̄nq̄ginta iustos. si fuerint in eo? Absit a te. ut rē hanc facias: et occidas iustū cum impio: fiatq; iustus sicut impius. Non est hoc tuū: qui iudicas omnē terram. Nequaq̄ facies iudiciū hoc Dixitq; dn̄s ad eū. Si inuenero sodomis quīquaginta iustos in medio ciuitatis dimittā omī loco ꝓpter eos. Rn̄dit abrahā: et ait. Quia semel cepi: loquar ad dominū meū cū sim puluis et cinis. Quid si minus q̄nquaginta iustis quinq; fuerint: delebis ꝓpter q̄draginta q̄nq; vniuersam vrbē? Et ait. Non delebo si inuenero ibi q̄draginta q̄nq;. Rursumq; locutus ē ad eū. Si aūt q̄draginta inuēti fuerint q̄d facies? Ait. Nō pcutiā ꝓpter quadraginta. Ne queso inq̄t indigneris dn̄e si loquar. Quid si ibi inuēti fuerint triginta? Respondit. Nō faciā: si inuenero ibi triginta. Quia semel ait cepi: loquar ad dominū meū. Quid si ibi inuēti fuerint viginti? Ait. Non interficiam ꝓpter viginti. Obsecro inquit ne irascaris domine: si loquar adhuc semel. Quid si inuenti

fuerunt ibi dece? Dixit nō delebo ꝓpter decē
Ab ꝯt dñs postq̄ cessauit loqui ad abrahā
et ille reuersus est in locū suū. ¶ Ca. xix.
Venerūtq; duo angeli sodomā vesꝑe
sedēte loth in foribus ciuitatis. Quī
cū vidisset eos surrexit. et iuit obuiam eis:
adorauitq; ꝓnus in terrā: et dixit. Obsecro
dñi. declinate i domū pueri vr̄i: et manete
ibi. Lauate pedes vr̄os: et mane ꝓficisce-
mini in viā vestrā. Qui dixerūt. Minime:
sed in platea manebim⁹. Cōpulit illos opi
do ut diuerterēt ad eum. Ingressiq; domū
eius fecit diuinū: et coxit azima: ⁊ comede
rūt. Prius aūt q̄ irent cubitū: viri ciuitatis
vallauerūt domū illius. a puero vsq; ad se
nem: omis ꝑplus simul. Vocauerūtq; loth
et dixerūt ei. Vbi sunt viri q̄ introierūt ad
te nocte? Educ illos huc: ut cognoscamus
eos. Egressus ad eos loth. post tergū accu
dens ostiū ait. Nolite queso ffres mei: noli-
te malū hoc facere. Habeo duas filias: que
necdū cognouerūt virū. Educā eas ad vos
et abutemini eis sicut vobis placuerit: dū-
modo vnis istis nihil mali faciatis: q̄ in-
gressi sunt sub vmbra culminis mei. At illi
dixerūt. Recede illuc. Et rursus. Ingressus
es in quiūt ut aduena: nūquid vt iudices?
Te ergo ipsum magis q̄ hos affligemus.
vimq; faciebant loth vehemētissime. Iāq;
ꝓpe erat ut effringerēt fores: et ecce miserūt
manū viri. et introduxerūt ad se loth. clau-
seruntq; ostiū: et eos q̄ foris erāt ꝑcusserūt
cecitate. a minimo vsq; ad maximū: ita vt
ostiū inuenire nō possent. Dixerunt aūt ad
loth. Habes hic quēpiam tuoꝝ generum.
aut filios aut filias? Omēs q̄ tui sunt educ
de vrbe hac. Delebimus enī locum istū: eo
q̄ increuerit clamor eorū corā domino: qui
misit nos ut perdamus illos. Egressus itaq;
loth. locutus est ad generos suos: q̄ acce-
ptur erāt filias eius: et dixit. Surgite ⁊ egre
dimini de loco isto: q̄ delebit dñs ciuitatē
hanc. et visus est eis quasi ludens loqui.
Cunq; esset mane: cogebant eū angeli di-
centes. Surge. tolle vxorē tuā. et duas fili-
as quas habes: ne et tu ꝑiter pereas in sce
lere ciuitatis. Dissimulante illo. apprehēde
runt manū eius et manū vxoris ac duarū
filiarū eius. eo q̄ parceret dñs illi: eduxerūt
q̄; eū et posuerūt extra ciuitatē: ibiq; locuti
sunt ad eū dicētes. Salua animā tuā. Noli
respicere post tergū. nec stes in oī loco cir-
ca regionē: sed in mōte saluū te fac: ne ⁊ tu
simul pereas. Dixitq; loth ad eos. Queso
dñe mi: q̄ inuenit seruus tuus gratiā coram
te. et magnificasti gloriā ⁊ misericordiā tu-
am quā fecisti mecū ut saluares aiam meā
nec possum in mōte saluari: ne forte apre-
hendat me malū et moriar. Est ciuitas hic
iuxta. ad quā possū fugere parua: et salua-
bor in ea. Nūquid nō modica est. et viuet
aīa mea? Dixitq; ad eū. Ecce etiā i hoc su
scepi ꝑces tuas: ut nō subuertā vrbem ꝓ q̄
locutus es. Festina et saluare ibi: q̄ nō po
tero facere quicq̄ donec ingrediaris illuc.
Idcirco vocatū ē nomē vrbis illius segor.
Sol egressus ē sup terrā: et loth ingressus ē
segor. Igit̄ dñs pluit sup sodomā ⁊ gomor
rā sulphur et ignē a dño de celo: et subuer
tit ciuitates has. et oēm circa regionē: vni
uersos habitatores vrbiū. et cūcta terre vi
rentia. Respiciensq; vxor eius post se versa
est in statuā salis. Abraham aūt diligēs
mane. vbi steterat ꝓius cū dño: intuitus est
sodomā et gomorrā. et vniuersam terrā re
gionis illius. Vidit q; ascendentē fauillam
de terra: q̄si fornacis fumū. Cū enī subuer-
teret dñs ciuitates regionis illius. recor-
datus est abrahe: et liberauit loth. de subuer
sione vrbiū in q̄bus habitauerat. Ascen-
dit q; loth de segor. et mānsit in mōte: due q̄
q; filie eius cū eo. Timuerat enī manere in
segor. Et mansit in spelūca ipse et due filie
eius cū eo. Dixitq; maior ad minorē. Pa-
ter noster senex est et nullus virorū remānsit
in terra: q̄ possit ingredi ad nos iuxta mo-
dū vniuerse terre. Veni inebriemus eū vī-
no. dormiamusq; cū eo: ut seruare possimus ex
patre nostro semē. Dederūt itaq; patri suo
bibere vinū nocte illa. Et ingressa est ma-
ior: dormiuitq; cū patre. At ille non sensit:
nec q̄n accubuit filia. nec quando surrexit.
Altera quoq; die dixit maior ad minorē.
Ecce dormiui hri cū patre meo. Demus ei
bibere vinū etiā hac nocte ⁊ dormies cū eo
vt saluemus semē de p̄re nr̄o. Dederuntq;

etiam et illa nocte patri suo bibere vinum. Ingressaq; minor filia dormiuit cum eo. Et nec quidē tunc sensit quādo cubuerit: vel quādo illa surrexit. Conceperūt ergo due filie loth de patre suo. Peperitq; maior filiū: et vocauit nomen eius moab. Ipse ē pater moabitarū vsq; in p̄sentē diē. Minor q̄q; pepert filium: et vocauit nomen eius ammon: id est filius populi mei: Ipse est pater ammonitarum vsq; hodie. Ca.xx.

ORtus est inde abraham in terrā australem. habitauit inter cades et sur: et peregrinatus ē in geraris. Dixitq; de sara vxore sua: soror mea ē. Misit ergo abimelech rex gerare: et tulit eā. Venit autē deus ad abimelech per somniū nocte: et ait illi. En morieris ꝓpter mulierē quā tulisti. Habet enī virū. Abimelech vero nō tetigerat eā. Et ait. Dñe: num gentē ignorantē. et iustā interficies? Nonne ipe dixit mihi soror mea ē. et ipsa ait frater meus est? In simplicitate cordis mei ⁊ mūdicia manuū mearū feci hoc. Dixitq; ad eū deus. Et ego scio q̄ simplici corde fecēis: et ideo custodiui te ne peccares in me: et nō dimisi ut tangeres eā. Nunc ergo redde viro suo vxorē: et orabit ꝓ te q̄ ꝓpheta est: et vives. Si aūt nolueris reddere: scito q̄ morte morieris tu et oīa q̄ tua sunt. Statimq; de nocte surgēs abimelech. vocauit oēs seruos suos: et locutus est vniuersa verba hec in auribus eorū. Timueruntq; oēs viri valde. Vocauit aūt abimelech etiā abraham: et dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te. q̄ induxisti sup me ⁊ sup regnū meū pctm̄ grāde? Que nō debuisti facere: fecisti nobis. Rursusq; expostulās ait. Quid vidisti ut hoc faceres? Rndit abraham. cogitaui mecū dicēs Forsitā nō ē timor dei in loco isto: et interficiēt me ꝓpter vxorē meā. Alias aūt et vere soror mea ē: filia p̄tris mei. et nō filia matris mee: et duxi eam in vxorē. Postq; aūt eduxit me deus de domo p̄tris mei: dixi ad eā. Hāc misericordiā facies mecū. In oī loco ad quē ingrediemur: dices q̄ frr tuus sim. Tulit igit abimelech oues et boues et seruos et ācillas: et dedit abraham. Reddiditq; illi saram vxorē suā: ⁊ ait. Terra coram vobis ē: ubicūq; tibi placuerit habita. Sare aūt dixit. Ecce mille argēteos dedi fratri tuo. Hoc erit tibi in velamē oculor̄ ad oēs q̄ tecū sunt: et q̄cunq; p̄texens memento te de p̄hensam. Orante aūt abraham. sanauit deus abimelech et vxorē. ācillasq; eius: et peperūt. Cōcluserat enī dñs omnē vuluā domus abimelech: ꝓpt̄ saram vxorē abraha.

VIsitauit aūt dñs saram Ca.xxi. sicut ꝓmiserat: et impleuit q̄ locutus ē. Concepitq; et peperit filiū in senectute sua: tpe quo p̄dixerat ei deus. Vocauitq; abraham nomē filij sui quē genuit ei sara. isaac Et circūcidit eū octauo die. sicut p̄ceperat ei deus: cū esset centū annor̄. Hac q̄ppe eta te p̄ns. natus est isaac. Dixitq; sara. Risū fecit mihi deus: et quicūq; audierit corrnde bit mihi. Rursumq; ait. Quis auditurus crederet abrahā. q̄ sara lactaret filiū: quē peperit ei iam senem? Creuit igit puer: et ablactatus ē. Fecitq; abraha grāde cōuiuiū in die ablactatiōis eius. Cūq; vidisset sara filiū agar egptie. ludentē cū isaac filio suo: dixit ad abraham. Eīce ācillā hāc ⁊ filiū ei? Non enī erit heres filius ancille: cum filio meo isaac. Dure accepit hoc abraham ꝓ filio suo. Cui dixit deus. Non tibi videatur asperū sup puero ⁊ sup ancilla tua. Omia q̄ dixerit tibi sara. audi vocē eius: q̄ in isaac vocabit̄ tibi semē. Sed et filiū ancille faciā in gentē magnā: q̄ semen tuū est. Surrexit itaq; abraham mane: et tollens panē. et vtrē a que. imposuit scapule eius. tradiditq; puerū: et dimisit eā. Que cū abiisset: errabat in solitudine bersabee. Cumq; consumpta esset aqua in utre: abiecit puerū sub ter vnā arborem. q̄ ibi erat: et abiit. Seditq; e regione ꝓcul: q̄si tum pōt arcus iacere. Dixit enī. Nō videbo morientē puerū. Et sedens contra: leuauit vocē suā ⁊ fleuit. Exaudiuit aūt deus vocē pueri. Vocauitq; angelus dñi agar de celo dicēs. Quid agis agar Noli timē. Exaudiuit enī dñs vocē pueri: de loco in quo ē. Surge et tolle puerū. et tene manū illius: q̄ in gentē magnā faciam eū. Aperuitq; oculos eius deus. Que vidēs puteū aq̄. abiit ⁊ impleuit utrē: deditq; puero bibere: et fuit cū eo. q̄ creuit et morat̄us

est in solitudine: factusq; ē iuuenis sagitta-
rius. Habitauitq; in deserto pharan. Et ac
cepit illi mater sua vxorem de terra egipti.
Eodē tpe dixit abimelech ⁊ phicol p̄nceps
exercitus eius ad abrahā. Deus tecū est in
vniuersis q̄ agis. Iura ergo p dn̄m. ne no-
ceas mihi. et posteris meis stirpiq; mee: sz
iuxta misericordiā quā feci tibi: facies mihi
et terre in qua versatus es aduena. Dixitq;
abraham. ego iurabo. Et increpauit abime
lech ꝓpter puteū aque: quē vi abstulerant
serui eius. Rn̄ditq; abimelech. Nesciui q̄s
fecerit hāc rē. Sed et tu nō indicasti mihi: et
ego nō audiui p̄ter hodie. Tulit itaq; abra
ham. oues. et boues: et dedit abimelech.
Percusserūtq; ambo fedus. Et statuit abra
ham septē agnas gregis seorsum. Cui di-
xit abimelech. Quid sibi volūt septē agne
iste: quas stare fecisti seorsum? At ille. Se
ptem inquit agnas accipies de manu mea
vt sint mihi in testimoniū: qm̄ ego fodi pu
teū istū. Idcirco vocatus est locus ille bersa
bee. q2 ibi vterq; iurauit: et inierūt fedus ꝓ
puteo iuramēti. Surrexit aūt abimelech. et
phicol p̄nceps exercitus eius: reuersiq; sunt
in terrā palestinorū. Abraham vero plan-
tauit nemus in bersabee. et inuocauit ibi no
men dn̄i dei eterni: et fuit colonus terre pa
lestinorū diebus multis. ¶ Ca. xxij.
Que postq̄ gesta sunt. temptauit deus
abrahā: et dixit ad eū. Abraham abrahā
Ille respōdit. Assum. Ait illi. Tolle filiū tu-
um vnigenitū quē diligis isaac: et vade in
terrā visionis: atq; ibi offeres eū in olocau
stū: sup vnū montiū quē mōstrauero tibi.
Igit̄ abrahā de nocte ꝯsurgens. strauit asi-
nū suū: ducens secū duos iuuenes. et isaac
filiū suū. Cūq; ꝯcidisset ligna in olocaustū:
abijt ad locū quē p̄cepat ei deus. Die aūt
tertio. eleuatis oculis vidit locum ꝓcul: di-
xitq; ad pueros suos. Expectate hic cū asi
no: ego et puer illuc vsq; ꝓperantes: postq̄
adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit
q̄q; ligna olocausti: et imposuit sup isaac fi
liū suū. Ip̄e vero portabat in manibus ignē
et gladiū. Cūq; duo pgerēt simul: dixit isa
ac pr̄i suo. Pater mi. At ille respōdit. Quid
vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi est
victima olocausti? Dixit autē abraham.
Deus ꝓuidebit sibi victimā olocausti fili
mi. Pergebāt ergo pariter: et venerūt ad lo-
cū quē ostēderat ei deus. In quo edificauit
altare: et desup ligna cōposuit. Cūq; colli-
gasset isaac filiū suū: posuit eū in altare su-
per struē lignorū: extēditq; manū ⁊ arripuit
gladiū: ut immolaret filiū suū. Et ecce ange
lus dn̄i de celo clamauit dicēs. Abraham
abrahā. Qui respondit. Assum. Dixitq; ei.
Nō extendas manū tuā super puerū: neq;
facias illi quicq̄. Nūc cognoui ꝙ timeas
dominū: et nō pepercisti vnigenito filio tuo
ꝓpter me. Leuauit abrahā oculos suos: vi
ditq; post tergū arietē inter vepres. herentē
cornibus. Quē assumēs: obtulit olocaustū
ꝓ filio: appellauitq; nomen loci illius: dn̄s
videt. Vnde vsq; hodie dicitur: in monte
dn̄s videbit. Vocauit aūt angelus domini
abraham scd̄o de celo dicens. Per memet-
ip̄m iuraui dicit dn̄s: q2 fecisti hāc rem. et
nō pepcisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. bn̄
dicam tibi: et multiplicabo semen tuū sicut
stellas celi: et velut arenā q̄ est in litore ma
ris. Possidebit semē tuū portas inimicorū
suorū: et bn̄dicent̄ in semine tuo oēs gētes
terre: quia obedisti voci mee. Reuersus est
abrahā ad pueros suos: abieruntq; bersa-
bee simul: et habitauit ibi. His ita gestis
nūciatū est abrahā. ꝙ melcha q̄q; genuissz
filios nachor fratri suo: hus p̄mogenitū. et
bum fr̄em eius. et chamuel patrē syrorū. et
caseth. et azau. pheldas quoq; et yedlaf. et
batuhel: de q̄ nata ē rebecca. Octo istos ge-
nuit melcha: nachor fr̄i abrahā. Cōcubina
vero illius noīe roma. pepit thabee. et ga-
on: et thaas. et maacha. ¶ Ca. xxiij.
Dixit aūt sara centūuigintisep tē annis
et mortua ē in ciuitate arbee. que ē hebron
in terra chanaan. Venitq; abrahā vt plan-
geret et fleret eā. Cūq; surrexisset ab officio
funeris: locutus ē ad filios heth dicēs. Ad-
uena sum et pegrinus apud vos: date mi-
hi ius sepulchri vobiscū. ut sepeliā mortuū
meū. Rn̄derūt filij heth dicētes. Audi nos
dn̄e. Princeps dei es apud nos: in electis se
pulchris nr̄is sepeli mortuū tuū: nullusq; te
ꝓhibere potent: quin in monumento eius

sepelias mortuū tuū. Surrexit abraham et adorauit ꝓpl'm terre: filios videlicet heth. Dixitq; ad eos. Si placet anime vr̄e vt sepeliā mortuū meū. audite me: et intercedite ꝓ me apud ephron filiū seor: vt det mihi spelūcā duplicē quā habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat eā mihi coram vobis in possessionē sepulchri. Habitabat aūt ephron in medio filiorū heth. Rn̄ditq; ephron ad abrahā: cunctis audientibus q̄ ingrediebant̄ portā ciuitatis illius dicens. Nequaq̄ ita fiet dn̄e mi: sed tu magis ausculta qd̄ loquor. Agrū trado tibi et spelūcā q̄ in eo est: pn̄tibus filijs ꝓpl'i mei. Sepeli mortuū tuū. Adorauit abrahā corā dn̄o et populo terre: et locutus est ad ephron: circūstāte plebe eius. Queso vt audias me. Dabo pecuniā ꝓ agro: suscipe eā: et sic sepeliā mortuū meū in agro. Rn̄ditq; ephrō. Dn̄e mi audi me. Terrā quā postulas q̄dringentos siclos argēti valet. Istud ē p̄ciū inter me et te? Sed quantū est hoc? Sepeli mortuū tuū. Quod cū audisset abrahā appendit pecuniā quā ephron postulauerat audiētibus filijs heth q̄dringētos siclos argenti: ꝓbate monete publice. Cōfirmatus est ager quondā ephronis. in quo erat spelunca duplex respiciens mambre. tā ipse q̄ spelūca: et om̄es arbores eius in cūctis terminis eius ꝑ circuitū abrahe in possessionē videntibus filijs heth: et cunctis q̄ intrabāt portā ciuitatis illi⁹. Atq; ita sepeliuit abraham sarā vxorē suā. in spelūca agri duplicique respiciebat mambre: hec est ebron. in terra chanaan. Et confirmatus est ager. et antrū qd̄ erat in eo. abrahe in possessionē monumenti. a filijs heth. ¶ Ca. xxiiij.

ERat aūt abrahā senex dierūq; multorꝝ: et dn̄s in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad seruū seniorē domus sue q̄ preerat omibus q̄ habebat. Pone manū tuā subter femur meū. ut adiurē te ꝑ deū celi et terre. ut nō accipias vxorē filio meo de filiabus chananeorꝝ. inter q̄s habito: sꝫ ad terram et cognationē meā ꝓficiscaris: et inde accipias vxorē filio meo ysaac. Rn̄dit seruus. Si noluerit mulier venire mecū in terram hanc: nūquid reducē debeo filiū tuū ad locū de quo tu egressus es? Dixitq; abraham. Caue ne qn̄ reducas filiū meum illuc Dn̄s celi et terre q̄ tulit me de domo patris mei. et de terra natiuitatis mee. q̄ locutus ē mihi. et iurauit mihi dicēs. semini tuo dabo terrā hāc: ipe mittet angelū suū corā te. et accipies inde vxorē filio meo. Sin autē mulier noluerit sequi te. nō teneberis iuramēto: filiū tm̄ meū ne reducas illuc. Posuit ergo ꝑuus manū sub femore abrahā dn̄i sui et iurauit illi sup ꝑmone hoc. Tulitq; decē camelos de grege dn̄i sui et abijt. ex oībus bonis eius portās secū: ꝓfectusq; prexit in mesopotamiā. ad vrbem nachor. Cūq; camelos fecissꝫ accumbere extra opidū. iuxta puteū aque. vespere. eo tpe quo solēt mulieres egredi ad hauriendā aquā: orauit dominū dicēs. Dn̄e deus dn̄i mei abrahā. occurre obsecro mihi hodie: ⁊ fac miſericordiā cū dn̄o meo abraham. Ecce ego sto prope fontē aque: ⁊ filie habitatorꝝ huius ciuitatis egredient̄ ad hauriendā aquā. Igit̄ puella cui dixero. inclina ydriā tuā vt bibā. et illa rn̄derit bibe. quin et camelis tuis dabo potū: ipsa ē quā p̄parasti seruo tuo isaac: et ꝑ hoc intelligā. q̄ feceris misericordiā cum dn̄o meo abraham. Necdū intra se verba cōpleuerat: et ecce rebecca egrediebat̄ filia bathuel filij melche vxoris nachor fratris abrahā. hn̄s ydriā in scapula sua: puella decora nimis. virgoq; pulcherrima. et incognita viro. Descēderat aūt ad fontē et impleuerat ydriā aqua: ac reuertebat̄. Occurritq; ei ꝑuus et ait. Pauxillū aque mihi ad bibendū p̄be de ydria tua. Que rn̄dit. Bibe dn̄e mi. Celenterq; deposuit ydriā sup vlnā suā: et dedit ei potū. Cūq; ille bibisset. adiecit. Quin ⁊ camelis tuis hauriā aquā: donec cūcti bibāt. Effundēsq; ydriā in canalib⁹ recurrit ad puteū vt hauriret aquā: et haustā oībus camelis dedit. Ipse aūt cōtemplabat̄ eā tacitus: scire volens vtrū ꝓsperū iter suū fecissꝫ deus an nō. Postq̄ aūt biberūt cameli ꝓtulit vir in aures aureas. appendētes siclos duos: et armillas totidē pondo siclorꝝ decem. Dixitq; ad eam. Cuius es filia? Indica mihi. Est in domo patris tui locus ad manendū? Que respōdit.

Filia sum bathuelis filij nachor: quē pepe
rit ei melcha. Et addidit dicens. Palearum
quoqꝫ et feni plurimū ē apud nos: et locus
spaciosus ē ad manendū. Inclinauit se ho-
mo. et adorauit dn̄m dicēs. Bn̄dictus dn̄s
deus dn̄i mei abrahā. q̄ nō abstulit miseri-
cordiā et veritatē suā a dn̄o meo: et recto
itinere me ꝑduxit in domū fratris dn̄i mei.
Cucurrit itaqꝫ puella: et nūciauit in domū
mr̄is sue omīa q̄ audierat. Habebat aūt re
becca fratrē noīe laban. Qui festinus egres
sus ē ad hoīem vbi erat fons. Cūqꝫ vidis-
set inaures. et armillas ī manibus sororis
sue. et audisset cūcta verba referētis hec lo-
cutus ē mihi hō: venit ad virū q̄ stabat iu-
xta camelos. et ꝓpe fontē aque: dixitqꝫ ad
eū. Ingredere bn̄dicte dn̄i. Cur foris stas?
p̄parauī domū et locū camelis tuis. Et intro
duxit eū in hospiciū. ac destrauit camelos:
deditqꝫ paleas et fenū. et aquā ad lauādos
pedes camelorꝫ: et virorꝫ q̄ venerāt cū eo.
Et appositus ē in ꝯspectu eius panis. Qui
ait. Nō comedā donec loquar sermones
meos. Rn̄dit ei. loquere. At ille: seruus inq̄t
abrahā sum. Et dn̄s bn̄dixit dn̄o meo val
de et magnificatus ē: et dedit ei oues. et bo-
ues. argentū et aurū seruos ⁊ ancillas. came
los et asinos. Et pepit sara vxor dn̄i mei fi-
liū dn̄o meo ī senectute sua: deditqꝫ illi oīa
que habuerat. Et adiurauit me dn̄s meus
dicēs. Nō accipies vxorē filio meo de filia
bus chananeorū. in quorū terra habito: sꝫ
ad domū pr̄is mei ꝑges: et de cognatione
mea. accipies vxorē filio meo. Ego vero rn̄
di dn̄o meo. Quid si noluerit venire mecū
mulier? Dn̄s ait in cuius ꝯspectu ambulo.
mittet angelū suū tecū. et diriget viā tuā:
accipiesqꝫ vxorem filio meo de cognatione
mea: et de domo patris mei. Innocēs eris a
maledictione mea: cū veneris ad ꝓximos
meos et nō dederint tibi. Veni g° hodie ad
fontē aque ⁊ dixi. Dn̄e deus dn̄i mei abra
ham. si direxisti viam meā in q̄ nūc ambu
lo. ecce sto iuxta fontē aque: et v̄go q̄ egre
dietur ad hauriendā aquā. audiēit a me. da
mihi pauxillū aque ad bibēdum de ydria
tua. et dixerit mihi. et tu bibe ⁊ camelis tuis
hauriā: ipa ē mulier quā p̄parauit dn̄s filio
dn̄i mei. Cunqꝫ hec tacitus mecū voluerē.
apparuit rebecca veniēs cū ydria quā por-
tabat in scapula: descēditqꝫ ad fontem: et
hausit aquā. Et aio ad eā. Da mihi paulu
lū bibere. Que festinans deposuit ydriā de
humero: et dixit mihi. Et tu bibe: et came-
lis tuis tribuā potū. Bibi: et adaquauit ca
melos. Interrogauiqꝫ eā et dixi. Cuius es
filia? Que respōdit. Filia bathuelis sum. fi-
lij nachor: quē peperit ei melcha. Suspendi
itaqꝫ inaures ad ornādum faciem eius: et
armillas posui in manibus eius. Pronusqꝫ
adorauī dn̄m: benedicēs dn̄o deo dn̄i mei
abrahā q̄ ꝑduxit me recto itinere: ut sume
rem filiā fr̄is dn̄i mei filio eius. Quā obrem
si facitis misericordiā et veritatē cū domino
meo. indicate mihi: sinautē aliud placet. et
hoc dicite mihi: ut vadam ad dexterā siue
ad sinistrā. Rn̄derūt laban et bathuel. A
dn̄o egressus est sermo. Non possumus ex-
tra placitū eius quicqꝫ aliud loqui tecum.
En rebecca corā te est: tolle eā et ꝓficiscere
et sit vxor filij dn̄i tui: sicut locutus est dn̄s.
Quod cum audisset puer abrahā: ꝓcidēs
adorauit in terra dn̄m. Prolatisqꝫ vasis ar
genteis et aureis. ac vestibus: dedit ea re-
becce ꝓmunere. Fratribus q°qꝫ eius et mr̄i
dona obtulit. Initoqꝫ cōuiuio: vescētes pa
riter ⁊ bibētes māserūt ibi. Surgēs aūt ma
ne locutus ē puer. Dimittite me: ut vadā
ad dn̄m meū. Rn̄derūt fr̄es eius et mater.
Maneat puella saltē decē dies apud nos:
et postea ꝓficiscet̄. Nolite ait me retinere:
qꝛ dn̄s direxit viā meā. Dimittite me: ut
ꝑgā ad dn̄m meū. Et dixerunt. Vocemus
puellā: et queramus ip̄ius voluntatē. Cū-
qꝫ vocata venisset: sciscitati sunt. Vis ire cū
homīe isto? Que ait. Vadā. Dimiserūt er-
go eam. et nutricē illius: seruūqꝫ abrahā et
comites eius: imp̄cantes ꝓspera sorori sue
atqꝫ dicentes. Soror nostra es. Crescas in
mille milia: et possideat semen tuū portas
inimicorꝫ suorꝫ. Igit̄ rebecca ⁊ puelle illius.
ascensis camelis secute sunt virū: qui festi-
nus reuertebat̄ ad dn̄m suū. Eo aūt tpe de-
ambulabat isaac ꝑ viā q̄ ducit ad puteū:
cuius nomen ē viuētis ⁊ vidētis. Habita
bat enī in t̄ra australi: et egressus fuerat ad

meditandū in agro inclinata iā die. Cunq3 eleuasset oculos: vidit camelos venientes ꝓcul. Rebecca quoq3 ꝯspecto isaac descēdit de camelo: et ait ad puerū. Quis est ille hō q̄ venit ꝑ agrū in occursū nobis? Dixitq3 ei. Ipse est dn̄s meus. At illa tollēs cito palliū suū cooperuit se. Seruus aūt cuncta q̄ gesserat narrauit dn̄o suo isaac. Qui introduxit eā in tabernaculū sare matris sue et accepit eā vxorē: et intantū dilexit eam: ut dolorē qui ex morte matris eius accide-

rat temperaret. ¶ Ca. xxv.

Abrahā vero aliā duxit vxorē nomīe cethurā: que pepit ei zamrā. et iexan. ⁊ madan. et madian. et iesboch. et sue. Iexan q̄q3 genuit saba. et dadan. Filij dadan fuerunt assurim et lathusim et laomim. At vero ex madian ortus ē epha. et opher. et enoch. et abida. et heldaa. Om̄es hi filij cethure. Deditq3 abrahā cūcta q̄ possederat isaac: filijs aūt ꝯcubinarū largitus ē munera: et sepauit eos ab isaac filio suo dū adhuc ipe viueret ad plagā orientalē. Fuerūt aūt dies vite abrahe centūseptuaginta quinq3 āni: et deficiēs mortuus ē in senectute bona. ꝓuecteq3 etatis. et plenus dierū: cōgregatusq3 ē ad ꝓpl'm suū. Et sepelierunt eū isaac et ysmahel filij sui i spelūca duplici. que sita ē in agro ephron. filij seor ethei. e regiōe mambre: quā emerat a filijs heth. Ibi sepultus ē ipe et sara vxor ei⁹. Et post obitū eius bn̄dixit deus isaac filio eius. qui habitabat iuxta puteū noīe viuētis et videntis. He sunt generationes ysmahel filij abrahe quē peperit ei agar egiptia famula sare: et hec noīa filioꝝ eius in vocabulis et generationibus suis. Primogenitus ysmahelis nabaioth: deinde cedar. et abdehel. et mabsan. masma q̄q3 et duma. et massa. adad. et thema. et ithur. et naphis. et cedma. Isti sunt filij ysmahel: et hec noīa ꝑ castella et opida eoꝝ. duodecim p̄ncipes tribuū suarū. Et fc̄i sunt āni vite ysmahelis centūtriginta septē: deficiēsq3 mortu⁹ est: et appositus ad ꝓpl'm. Habitauit aūt ab eiula vsq3 sur: q̄ respicit egiptū introeūtib⁹ assyros. Corā cunctis fr̄ibus suis obijt. He quoq3 sunt generationes isaac filij abrahā

Abraham genuit isaac. Qui cū q̄draginta essz ānoꝝ: duxit vxorē rebeccā. filiā bathuelis syri. de mesopotamia. sororem laban. Deprecatusq3 ē isaac dn̄m ꝓ vxore sua: eo q̄ essz sterilis. Qui exaudiuit eum et dedit ꝯceptū rebecce: sed collidebant̄ in vtero eorū ꝑuuli. Que ait. Si sic mihi futurū erat: quid nc̄ce fuit ꝯcipe? Perrexitq3 vt ꝯsuleret dn̄m. Qui rn̄dens ait. Due gentes sunt in vtero tuo. et duo ꝓpl'i ex ventre tuo diuidētur: ꝓpl'usq3 ꝓpl'm superabit: et maior seruiet minori. Iam tps pariendi aduenerat: et ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui p̄mus egressus ē, rufus erat. et totus in morem pellis hispidus: vocatūq3 est nomen eius esau. Protinus alter egrediens. plantā fratris tenebat maū: ⁊ idcirco appellauit eū iacob. Sexagenarius erat isaac qn̄ nati sūt paruuli. Quibus adultis. factus ē esau virgnarus venandi. et hō agricola: iacob autē vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat esau eo q̄ de venationibus illius vesceretur: et rebecca diligebat iacob. Coxit aūt iacob pulmentū. Ad quē cū venisset esau de agro lassus ait. Da mihi de coctione hac rufa: quia opido lassus sum. Quā obcausā vocatū ē nomē eius edom. Cui dixit iacob. Vende mihi p̄mogenita tua. Ille rn̄dit. En morior. Quid mihi proderunt primogenita? Ait iacob. Iura ergo mihi. Iurauit ei esau. et vendidit primogenita: et sic accepto pane et lentis edulio comedit et bibit et abijt: paruipendēs q̄ primogenita vendidisset. ¶ Ca. xxvi.

Orta aūt fame sup terrā post eā sterilitatē q̄ acciderat in dieb⁹ abrahā: abijt isaac ad abimelech regē palestinoꝝ. in gerara. Apparuitq3 ei dn̄s et ait. Ne descendas in egiptū: sz quiesce i terra quē dixero tibi et pegrinare in ea: eroq3 tecū et bn̄dicā tibi Tibi eni et semini tuo dabo vniuersas regiones has. cōplens iuramentū q̄d spopōdi abrahā patri tuo: et multiplicabo semen tuū sic stellas celi. Daboq3 posteris tuis vniuersas regiōes has: et bn̄dicent̄ in semine tuo oēs gētes terre: eo q̄ obedient abrahā voci mee. et custodient p̄cepta mea: et mādata mea ⁊ cerimonias. legesq3 seruauerit

Manſit itaq; iſaac in geraris. Qui cū inter
rogaret̃ a viris loci illius ſup vxore ſua. rñ
dit. Soror mea eſt. Timuerat enī ɔfiteri q̄
ſibi eſſet ſociata cōiugio: reputās ne forte
interficerēt eū ꝓpter illius pulchritudinem.
Cūq; ꝑtranſiſſent dies plurimi ⁊ ibidē mo
raret̃: ꝓſpiciēs abimelech rex paleſtinorū
ꝑ feneſtrā. vidit eū iocantē cū rebecca vxo
re ſua: et accerſito eo ait. Perſpicuū ē q̄ vx-
or tua ſit. Cur mētitus es eā ſororē tuā eſſe
Rñdit. Timui ne morerer ꝓpter eā. Dixit
q; abimelech. Quare impoſuiſti nobis? Po
tuit coire quiſpiā de ꝓpl'o cū vxore tua: et in
duxeras ſup nos grāde peccatū. Precepitq;
omni ꝓpl'o dicēs. Qui tetigerit hoīs huius
vxorē: morte morietur. Seuit aūt iſaac in ter
ra illa: et inuenit in ipo āno centuplū. Bene
dixitq; ei deus. et locupletatus eſt homo: et
ibat ꝓficiēs atq; ſuccreſcēs. donec magnus
vehemēter effectus eſt: habuitq; poſſeſſio-
nes ouiū et armentorū et familie plurimū.
Ob hoc inuidentes ei paleſtini. om̄es pute
os quos foderāt ſerui patris illius abrahā.
illo tpe obſtruxerūt implentes humo: intan
tum vt ipe abimelech diceret ad iſaac. Re
cede a nobis: qm̄ potētior nobis factus es
valde. Et ille diſcedens ut veniret ad tor-
rentem gerare habitaretq; ibi: rurſum fodit
alios puteos. quos foderāt ſerui patris ſui
abraham: et quos illo mortuo olim obſtru
xerant philiſtijm. Appellauitq; eos eiſdem
nominibus quibus ante pater vocauerat.
Foderuntq; in torrente: et repererunt aquā
viuam. Sed et ibi iurgiū fuit paſtorū gera-
re. aduerſus paſtores iſaac dicentiū. No-
ſtra eſt aqua. Quamobrē nomen putei ex
eo qđ acciderat vocauit calumniā. Fode-
runt aūt et aliū: et ꝓ illo q̄q; rixati ſunt: ap-
pellauitq; eū inimicitias. Pro fectus inde fo
dit aliū puteū: ꝓ quo nō ɔtenderunt. Itaq;
vocauit nomen eius latitudo. dicēs. Nunc
dilatauit nos dñs: ⁊ fecit creſcere ſup terrā
Aſcendit autē ex illo loco in berſabee: vbi
apparuit ei dñs in ipa nocte dicēs. Ego ſum
deus abrahā patris tui. Noli timere: q2 ego
tecū ſum. Benedicā tibi et multiplicabo ſe-
men tuū: ꝓpter ſeruū meū abraham. Itaq;
edificauit ibi altare dño: et inuocato noīe
dñi extendit tabernaculū: precepitq; ſeruis
ſuis ut foderēt puteū. Ad quē locū cū ve-
niſſz de geraris abimelech et ochozath ami
ci illius. et phicol dux militū: locutus ē iſa-
ac. Quid veniſtis ad me hoīem quem odi
ſtis: et expuliſtis a vobis? Qui rñderunt.
Vidimus tecū eſſe dñm: et idcirco nos dixi
mus. Sit iuramentū inter nos. et ineamus
fedus. ut nō facias nobis quicq̄ mali: ſicut
et nos nihil tuorū attingimus. nec fecimus
qđ te lederet: ſed cū pace dimiſimus auctū
bñdictione dñi. Fecit ergo eis cōuiuiū. Et
poſt cibū et potū ſurgētes mane. iurauerūt
ſibi mutuo: dimiſitq; eos iſaac pacifice i lo-
cū ſuū. Ecce aūt venerūt in ipo die ſerui iſa
ac: annūciantes ei de puteo quē foderant.
atq; dicentes. Inuenimus aquā. Vnde ap-
pellauit eū abundantiā: et nomē vrbis im
poſitū ē berſabee. uſq; in p̄ſentē diē. Eſau
vero quadragenarius duxit vxores duas
iudith filiam been ethei. et baſemath filiam
elon eiuſdē loci: que ambe offenderāt ani-
mū iſaac et rebecce. ¶ Ca. xxvij.

Senuit aūt iſaac. et caligauerunt oculi
eius. et videre nō poterat: vocauitq; eſau
filiū ſuū maiorē: et dixit ei. Fili mi. Qui rñ
dit. aſſum. Cui pater. Vides inquit q̄ ſenu
erim: et ignorē diē mortis mee. Sume ar-
ma tua. et pharetrā et arcum: et egredere fo
ras. Cunq; venatu aliq̄d apprehēderis. fac
mihi inde pulmentū ſicut velle me noſti: et
affer ut comedā: et benedicat tibi aīa mea
anteq̄ moriar. Qđ cum audiſſet rebecca. et
ille abijſſz in agrū ut iuſſionē p̄ris impleret
dixit filio ſuo iacob. Audiui patrem tuū lo
quentē cū eſau fr̄e tuo: et dicētem ei. Affer
mihi de venatiōe tua. et fac cibos vt come
dā: et benedicā tibi corā dño anteq̄ mori-
ar. Nūc ergo fili mi acquieſce ɔſilijs meis:
et pergens ad gregē affer mihi duos edos
optimos. ut faciā ex eis eſcas patri tuo. qui
bus libenter veſcat̃: quas cū intuleris et co-
mederit. bñdicat tibi priuſq̄ moriat̃. Cui
ille rñdit. Noſti q̄ eſau frater meus hō pi-
loſus ſit: ⁊ ego lenis. Si attrectauerit me p̄r
meus et ſenſerit. timeo ne putet ſibi voluiſ-
ſe me illudere: et inducat ſup me maledicti
onē ꝓ benedictione. Ad quē mater: in me

sit ait ista maledictio fili mi: tantū audi vo
cem meā. et pgens affer q̄ dixi. Abijt et at
tulit: deditq; matri. Parauit illa cibos sicut
velle nouerat patrē illius: et vestibus esau
valde bonis. quas apud se habebat domi
induit eū. pelliculasq; edoꝝ circūdedit ma
nibus: ⁊ colli nuda ꝓtexit. Deditq; pulmē
tum: et panes quos coxerat tradidit. Qui-
bus illatis dixit. Pater mi. At ille respōdit.
Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; iacob.
Ego sum p̄mogenitus tuus esau. Feci tibi
sic p̄cepisti mihi. Surge sede et comede de
venatiōe mea. ut bn̄dicat mihi anima tua.
Rursumq; isaac ad filiū suū. Quō inq̄t tā
cito inuenire potuisti fili mi? Qui rn̄dit. Vo
luntas dei fuit: ut cito occurreret mihi quod
volebā. Dixitq; isaac. Accede ad me vt tā
gam te fili mi: et probē vtrū tu sis filius me
us esau: an nō. Accessit ille ad patrē: et pal
pato eo. dixit isaac. Vox quidē. vox iacob
est: sed manus. manus sunt esau. Et nō co
gnouit eum: qꝛ pilose manus similitudinē
maioris exp̄sserant. Bn̄dicens ergo illi. ait
Tu es filius meus esau? Rn̄dit. Ego sum
At ille affer inquit mihi cibos de venatiōe
tua fili mi: vt bn̄dicat tibi aīa mea. Quos
cū oblatos comedisset: obtulit ei etiā vinū.
q̄ hausto: dixit ad eū. Accede ad me: et da
mihi osculū fili mi. Accessit: et osculatus ē
eum. Statimq; vt sensit vestimentoꝝ eius
fragrantiā benedicēs illi ait. Ecce odor filij
mei. sicut odor agri pleni: cui benedixit dn̄s
Det tibi deus de rore celi. et de pinguedine
terre abundātiā frumēti. vini et olei: et ser-
uiant tibi ꝓpl̄i: et adorēt te tribus. Esto do
minus fratrū tuoꝝ: et incuruent̄ ante te filij
matris tue. Qui maledixerit tibi. sit ille ma
ledictus: et q̄ bn̄dixerit. bn̄dictionibus re-
pleatur. Vix isaac sermonem impleuerat: et
egresso iacob foras. venit esau: coctosq; de
venatione cibos intulit patri dicēs. Surge
pater mi. et come de venatiōe filij tui: ut be-
nedicat mihi anima tua. Dixitq; illi isaac.
Quis enī es tu? Qui rn̄dit. Ego sum filius
tuus p̄mogenitus esau. Expauit isaac stu-
pore vehemēti: et vltra q̄ credi pōt āmirās
ait. Quis igit̄ ille est q̄ dudū captā venati-
onem attulit mihi: et comedi ex omnibus

prius q̄ tu venires? Benedixiq; ei: et erit be
nedictus. Auditis esau ꝑmonibus p̄ris. ir-
rugijt clamore magno: ⁊ ꝯsternatus ait. Be
nedic etiā et mihi pater mi. Qui ait. Venit
germanus tuus fraudulenter: et accepit bn̄
dictionē tuā. At ille subiūxit. Iuste vocatū
est nomē eius iacob. Supplantauit enī me.
en altera vice. Primogenita mea an̄ tulit:
et nūc scdo surripuit bn̄dictionē meā. Rur
sumq; ad patrē: nūquid nō reseruasti ait et
mihi bn̄dictionē? Rn̄dit isaac. Dn̄m tuū
illū ꝯstitui: et om̄s fratres suos ꝑuituti eius
subiugaui. Frumēto et vino et oleo stabi
liui eū: et tibi post hec fili mi. ultra q̄d faciā
Cui esau. Num vnā inquit tm̄ bn̄dictiōz
habes pater? Mihi q̄q; obsecro ut benedi
cas. Cūq; eiulatu magno fleret: motus isa
ac dixit ad eū. In pinguedine terre ⁊ in rore
celi desup erit bn̄dictio tua. Viues in gla-
dio: et fratri tuo seruies: tempusq; veniet cū
excutias et soluas iugū eius de ceruicibus
tuis. Oderat ergo semp esau iacob: ꝓ bene
dictione qua bn̄dixerat ei pater. Dixitq; in
corde suo. Veniēt dies luctus p̄ris mei: et
occidā iacob fratrē meū. Nūciata sunt hec
rebecce. Que mittēs et vocās iacob filiū su
um: dixit ad eum. Ecce esau frater tuus mi
natur ut occidat te. Nūc ergo fili audi vocē
meā: et ꝯsurgēs fuge ad laban fratrē meū
in aran: habitabisq; cū eo dies paucos. do
nec requiescat furor fratris tui. et cessz indi
gnatio eius: obliuiscat̄q; eoꝝ que fecisti in
eum: postea mittā. et adducā te inde huc.
Cur vtroq; orbabor filio in vno die? Di-
xitq; rebecca ad isaac. Tedet me vite mee
ꝓpter filias heth. Si acceperit iacob vxorē
de stirpe huius terre. nolo viuere.

Ca. xxviij.

Vocauit itaq; isaac ia
cob. et bn̄dixit eū: p̄cepitq; ei dicens
Noli accipe cōiugē de genere chanaan: sz
vade. et ꝓficiscē in mesopotamiā syrie. ad
domū bath uel patris matris tue: et accipe
tibi inde vxorē de filiab⁹ laban auūculi tui
Deus aūt omīpotens benedicat tibi. et cre
scere te faciat atq; multiplicet vt sis in tur-
bas ꝓpl̄oꝝ: et det tibi bn̄dictiones abrahe
et semini tuo post te: ut possideas terrā pere
grinationis tue. quā pollicitus est auo tuo.

Cunq; dimisisset eū isaac. ꝓfectus ꝑuenit
in mesopotamiā syrie: ad labā filiū bathu
el syri. fratrē rebecce matris sue. Vidēs aūt
esau q̄ bn̄dixisset pater suus iacob. et misis
set eū in mesopotamiā syrie. ut inde vxorē
duceret: et q̄ post bn̄dictionē p̄cepissz ei di
cens. nō accipies vxorē de filiabus chana-
an: q̊dq; obediēs iacob ꝑentibus suis. isset
in syriā: ꝓbans q̊q; q̄ nō libēter aspiceret
filias chanaā pr̄ suus: iuit ad ysmahelē. et
duxit vxorē. absq; his q̄s prius habebat.
melech filiā ysmahel filij abrahā sororē na
baioth. Igit̄ egressus iacob de bersabee. ꝑge
bat aran. Cūq; venisset ad quendā locū. et
vellet in eo req̄escere post solis occubitū. tu
lit de lapidib⁹ q̄ iacebāt: ⁊ supponēs capiti
suo. dormiuit in eodē loco. Viditq; in som
nis scalā stantē sup terrā. et cacumen illius
tangēs celū: angelos q̊q; dei ascēdentes et
descendētes ꝑ eā: et dn̄m innixū scale di-
centē sibi. Ego sum dn̄s deus abrahā pr̄is
tui: et deus isaac. Terrā in qua dormis tibi
dabo et semini tuo: eritq; semen tuū q̄si pul
uis terre. Dilataberis ad orientē et occidē-
tē. et septētrionē et meridiē: et bn̄dicent̄ in
te ⁊ in semīe tuo cūcte tribus terre. Et ero cu
stos tuus quocūq; ꝑrexeris: et reducā te in
terrā hāc: nec dimittā nisi cōpleuero vniuer
sa q̄ dixi. Cūq; euigilasset iacob de somno.
ait. Vere dn̄s est in loco isto: et ego nescie-
bā. Pauēsq;: q̄ terribilis est inq̄t locus iste.
Non est hic aliud nisi domus dei: et porta
celi. Surgens ergo iacob mane. tulit lapidē
quē supposuerat capiti suo. et erexit in ty tu
lū: fundēs oleū desup. Appellauitq; nomē
vrbis bethel: q̄ prius luza vocabat̄. Vouit
etiā votū dicens. Si fuerit dn̄s mecū. et cu-
stodierit me in via ꝑ quā ego ābulo. et de
derit mihi panē ad vescēdū. ⁊ vestim̄tū ad
induēdū. reuersusq; fuero ꝓspere ad domū
pr̄is mei: erit mihi dn̄s in deū. et lapis iste
quē erexi in ty tulū. vocabit̄ domus dei: cū-
ctorūq; q̄ dederis mihi decimas offerā tibi

Ca. xxix.

Profectus ergo iacob ve
nit in terrā orientalē: et vidit puteum
in agro: tres q̊q; greges ouiū accubātes iu
xta eū. Nā ex illo adaq̄bant̄ pecora: et os
eius grādi lapide claudebat̄. Mosq; erat:
vt cūctis ouibus cōgregatis deuoluerēt la
pidē: et refectis gregibus rursū sup os pu-
tei ponerent. Dixitq; ad pastores. Fr̄es vn̄
estis? Qui rn̄derūt. de aran. Quos interro-
gans: nunq̄d ait nostis laban filiū nachor?
Dixerūt. nouimus. Sanusne est inq̄t? Va-
let inquiūt: et ecce rachel filia eius venit cū
grege suo. Dixitq; iacob. Adhuc multū di
ei sup est: nec ē tps vt reducant̄ ad caulas
greges. Date an̄ potū ouibus: et sic eas ad
pastū reducite. Qui rn̄derūt. nō possumus.
donec oīa pecora ꝯgregent̄: et amoueam⁹
lapidē de ore putei ut adaquemus greges.
Adhuc loq̄bant̄: ⁊ ecce rachel veniebat cū
ouibus patris sui. Nā gregē ip̄a pascebat.
Quā cū vidissz iacob. ⁊ sciret ꝯsobrinā suā
ouesq; laban auūculi sui: amouit lapidē q̊
puteus claudebat̄: et adaq̄to grege oscula
tus est eā. Et eleuata voce fleuit: et indica-
uit ei q̄ frat̄ essz pr̄is sui: et filius rebecce. At
illa festinās nūciauit pr̄i suo. Qui cū audis
set venisse iacob filium sororis sue. occurrit
obuiā ei: ꝯplexusq; eū. et ī oscula ruēs: du-
xit in domū suā. Auditis aūt causis itineris
rn̄dit. Os meū es: et caro mea. Et postq̄ im
pleti sunt dies mēsis vnius: dixit ei. Nū q2
frater meus es gratis seruies mihi? Dic q̄d
mercedis accipias. Habebat vero duas fili
as. Nomē maioris lya: minor vero appel
labat̄ rachel. Sed lya lippis erat oculis: ra-
chel decora facie ⁊ venusto aspectu: quā di
ligens iacob ait. Seruiam tibi ꝓ rachel filia
tua minore septē ānis. Rn̄dit laban. Meli-
us est ut tibi eā dem q̄ alteri viro. Mane
apud me. Seruiuit g̊ iacob pro rachel septē
annis: et videbant̄ illi pauci dies pre amo
ris magnitudine. Dixitq; ad labā. Da mi-
hi vxorē meā. q2 iam tps expletū est: ut in
grediar ad illā. Qui vocatis multis amico
rū turbis ad cōuiuiū. fecit nuptias: et vespe
lyam filiā suā introduxit ad eū: dans ancil
lā filie zelphā noīe. Ad quā cū ex more ia
cob fuisset ingressus. facto mane vidit lyā:
et dixit ad socerū suū. Quid ē quod facere
voluisti? Nōne ꝓ rachel seruiui tibi? Qua
re impo suisti mihi? Rn̄dit laban. Non est
in loco nostro ꝯsuetudinis: ut minores ante
tradamus ad nuptias. Imple ebdomadā

dierū huius copule: et hanc q̄q̄ dabo tibi. ꝓ ope quo ſeruituus es mihi ſeptē annis alijs. Acq̄euit placito: et ebdomada tranſacta rachel duxit vxorē. Cui pr̄ ſeruā balā tradiderat. Tandēq̄ potitus optatis nuptiis. amorē ſequētis prioris pretulit: ſeruiens apud eū ſeptē ānis alijs. Videns aūt dñs q̄ deſpiceret lyā. aperuit vuluā eius: ſterilis p manēte. Que ceptū genuit filiū vocauitq̄ nomē eius ruben dicens. Vidit dñs humilitatē meā. Nūc amabit me vir meus. Rurſūq̄ cepit: et pepit filiū et ait. Qm̄ audiuit me dñs hr̄i otēptui: dedit et ē iſtū mihi. Vocauitq̄ nomē eius ſymeon. Cōceptq̄ tertio et genuit aliū filiū: dixitq̄ Nūc q̄q̄ copulabit̄ mihi maritus meus: eo q̄ pepim ei tres filios. Et idcirco appellauit nomē eius leui. Quarto cepit: et peperit filiū et ait. Modo cōfiteor dño. Et ob hoc vocauit eū iudā. Ceſſauitq̄ parere.

Videns aūt rachel q̄ infecūda eſſet. inuidit ſorori ſue: et ait marito ſuo. Da mihi liberos: alioquī morior. Cui iratus rndit iacob. Num ꝓ deo ego ſum. qui priuauit te fructu ventris tui? At illa. habeo inquit famulā balam: ingredere ad illā vt pariat ſup genua mea: et habeā ex illa filios. Deditq̄ illi balam in cōiugū Que ingreſſo ad ſe viro: cepit et peperit filium. Dixitq̄ rachel. Iudicauit mihi dñs: et exaudiuit vocē meā dans mihi filiū. Et idcirco appellauit nomē eius dan. Rurſumq̄ bala cepiēs peperit alterū: ꝓ quo ait rachel Cōparauit me dñs cū ſorore mea: et inualui. Vocauitq̄ eū neptalim. Sentiēs lya q̄ parere deſiſſet: zelpham ancillā ſuā marito tradidit. Qua poſt ceptū edente filiū dixit Feliciter. Et idcirco vocauit nomen eius gad. Pepert quoq̄ zelpha alterum: dixitq̄ lya. Hoc ꝓ beatitudine mea. Beatā quippe me dicent omnes mulieres. Propterea appellauit eum aſer. Egreſſus autē ruben tpe meſſis inuenit in agrō repent mādragoras: quas matri lye detulit. Dixitq̄ rachel. Da mihi partē de mādragoris filij tui. Illa reſpondit. Parū ne tibi videt̄ q̄ priueris maritum mihi: niſi etiā mandragoras filii mei tuleris? Ait rachel. Dormiat tecū hac nocte ꝓ mandragoris filij tui. Redeuntiq̄ ad veſperā iacob de agro: egreſſa eſt in occurſum eius lya. et ait. Ad me inquit intrabis: q̄ mercede cōduxi te ꝓ mandragoris filij mei. Dormiuitq̄ cū ea nocte illa: et exaudiuit deus p̄ces eius. Cōceptq̄ et peperit filiū quintū: et ait. Dedit deus mercedē mihi: q̄ dedi ancillā meā viro meo. Appellauitq̄ nomē eius yſachar. Rurſum lya cōcipiens peperit ſextū filiū: et ait. Ditauit me deus dote bona. Etiam hac vice mecū erit maritus meus: eo q̄ genuerim ei ſex filios. Et idcirco appellauit nomē eius zabulon. Poſt quē peperit filiā noīe dinam. Recordatuſq̄ dñs rachelis. exaudiuit eā: et aperuit vuluā eius: q̄ cepit et peperit filiū dicēs Abſtulit deus opprobriū meū. Et vocauit nomē illius ioſeph dicēs. Addat mihi dominus alterū. Nato aūt ioſeph: dixit iacob ſocero ſuo. Dimitte me: ut reuertar in patriam meā et ad terrā meā. Da mihi vxores et liberos meos ꝓ q̄bus ſeruiui tibi. ut abeam. Tu vero noſti ſeruitutē qua ſeruiui tibi Ait ei labā. Inueniā gratiā in oſpectu tuo. Experimēto didici: q̄ benedixerit mihi deus ꝓpter te. Cōſtitue mercedē tuā quā dem tibi. At ille rndit. Tu noſti quō ſeruierim tibi: et quāta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua. Modicū habuiſti anteq̄ venirē ad te. et nunc diues effectus es: benedixitq̄ tibi deus ad introitū meū. Iuſtū eſt igit̄ vt aliq̄n ꝓuideā domui mee. Dixitq̄ laban. Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo: ſz ſi feceris q̄ poſtulo: iterū paſcā et cuſtodiā pecora tua. Gira oēs greges tuos. et ſepara cūctas oues varias et ſparſo vellere. et q̄dcunq̄ fuluū et maculoſū varīq̄ fuerit. tā in ouibus q̄ in capris. erit merces mea. Rndebitq̄ mihi cras iuſtitia mea. q̄n placiti tempus aduenerit coram te: et oīa q̄ non fuerint varia et maculoſa et fulua. tā in ouibus q̄ in capris. furti me arguent. Dixitq̄ labā. Gratū habeo q̄ petis. Et ſepauit in die illa capras. et oues. et hircos. et arietes. varios et maculoſos. Cunctū aūt gregem vnicolorem. id eſt albi et nigri velleris. tradidit in manu filiorū ſuorū: et poſuit ſpaciū itineris inter ſe et generū trium dierum: qui

Capitū XVI. Bazai vxor abram nō peperat ſibi liberos. ſi tñ ancillaz non ſuggerat q̄ dedit marito ſua q̄ pepert. filios y ſua ſterilis

pascebat reliquos greges eius. Tollēs ergo
iacob virgas populeas virides et amigda
linas. et ex platanis: ex pte decorticauit eas
Detractisq; corticibus. in his que spoliata
fuerāt candor apparuit: illa vero q̄ integra
fuerūt virida pmāserūt: atq; in hūc modū
color effectus ē varius. Posuitq; eas in cā-
nalibus. vbi effundebat̄ aqua: ut cū venis
sent greges ad bibendū. ante oculos habe-
rent virgas: et in aspectu earū ꝯciperēt. Fa
ctūq; est ut in ipo calore coitus. oues intue
rent̄ virgas: et parerēt maculosa ⁊ varia. et
diuerso colore respersa. Diuisitq; gregē ia
cob: et posuit virgas i cānalibus añ oculos
arietū. Erāt aūt alba et nigra queq; laban
cetera vero iacob: se patis inter se gregibus.
Igit̄ qñ p̄mo tpe ascendebant̄ oues pone-
bat iacob virgas in cānalibus aquarū. añ
oculos arietū ⁊ ouiū. ut in earū ꝯtemplatio
ne ꝯciperēt: q̄ndo vero serotina admissura
erat. et ꝯceptus extremus: nō ponebat eas.
Factaq; sunt ea q̄ erant serotina. laban: et
que p̄mi tpis iacob. Ditatusq; ē homo vl-
tra modū: et habuit greges multos: ancil-
las et seruos. camelos et asinos. ¶ Ca. xxxj.

Postq̄ aūt audiuit verba filioꝝ laban
dicentiū. tulit iacob omīa que fuerūt
p̄ris nr̄i. et de illius facultate ditatus. factus
est inclitus: animaduertit q̄q; faciē laban.
q̄ nō essz erga se sicut heri et nudiustertius
maxime dicente sibi dño reuertere in terrā
patrū tuorū. et ad generationē tuā eroq; te
cū: misit et vocauit rachel et lyam in agrū
ubi pascebat greges: dixitq; eis. Video fa-
ciē patris vr̄i: q̄ nō sit erga me sicut heri et
nudiustertius. Deus autē p̄ris mei fuit me-
cū: et ipe nostis q̄ totis viribus meis seruie
rim p̄ri vr̄o. Sz et pater vr̄ circūuenit me. et
mutauit mercedē meā decē vicibus: et tñ
nō dimisit eū deus ut noceret mihi. Si quā
do dixit varie erūt mercedes tue. pariebant
om̄es oues varios fetus: quādo vero ecō-
trario ait. alba queq; accipies ꝓ mercede:
om̄es greges alba pepererūt. Tulitq; deus
substantiā patris vr̄i: et dedit mihi. Postq̄
eni cōceptus ouiū tēpus aduenerat. leuaui
oculos meos: et vidi in somnis ascendētes
mares super feminas. varios et maculosos
et diuersoꝝ colorum. Dixitq; angelus dñi
ad me in somnis. Iacob. Et ego rñdi. assum
Qui ait. Leua oculos tuos. et vide vniuer
sos masculos ascēdētes sup femīas. varios
maculosos atq; respersos. Vidi eni oīa q̄
fecit tibi labā. Ego sum deus bethel. ubi vn
xisti lapidē: et votū vouisti mihi. Nunc g̊
surge et egredere de terra hac: reuertēs in ter
rā natiuitatis tue. Rñderūtq; rachel et lya
Nūquid habemus residui quicq̄ in facul-
tatibus. et hereditate domus patris nostri?
Nōne quasi alienas reputauit nos. et ven
didit: comeditq; p̄ciū nostrū? Sed deus tu-
lit opes patris nr̄i: et eas tradidit nobis ac
filijs nr̄is. Vnde omīa que p̄cepit tibi dñs
fac. Surrexit autē iacob et impositis liberis
ac cōiugibus suis sup camelos abijt: tulit-
q; oēm substantiā suā et greges. et quicq̄d
in mesopotamia acquisierat: pergēs ad isa
ac patrē suū in terra chanaan. Eo tpe ierat
laban ad tondēdas oues: et rachel furata
est ydola patris sui. Noluitq; iacob ꝯfiteri
socero suo q̄ fugeret. Cūq; abijsset tam ipe
q̄ oīa que iuris sui erāt: et amne trāsmisso
pgeret ꝯtra montē galaad: nūciatū est la-
ban die tertio q̄ fugeret iacob. Qui assum
ptis fratribus suis. psecutus est eū diebus
septē: et comp̄hendit eū in monte galaad.
Viditq; in somnis dicentē sibi dñm. Caue
ne quicq̄ aspere loquaris cōtra iacob. Iāq;
iacob extenderat in mōte tabernaculū. Cū
q; ille ꝯsecutus fuisset eū cū fratribus suis:
in eodē monte galaad fixit tentoriū. Et di
xit ad iacob. Quare ita egisti: ut clā me abi
geres filias meas q̄si captiuas gladio? Cur
ignorāte me fugere voluisti. nec indicare mi
hi: ut ꝓsequerer te cū gaudio. et canticis. et
timpanis. et citharis? Nō es passus ut oscu
larer filios meos et filias. Stulte opatus es
Et nunc quidē valet manus mea reddere
tibi malū: sed deus p̄ris tui. heri dixit mihi.
Caue ne loquaris ꝯtra iacob quicq̄ duri-
us. Esto. Ad tuos ire cupiebas: et desideno
erat tibi domus patris tui. Cur furātus es
deos meos? Rñdit iacob. Qđ inscio te ꝓfe
ctus sum: timui ne violenter auferres filias
tuas. Qđ autē furti me arguis: apud quē-
cunq; inueneris deos tuos: necetur corā fra-

tribus nostris. Scrutare quicq̃d tuoꝝ apud me inueneris aufer. Hec dicens ignorabat qꝫ rachel furata essz ydola. Ingressus itaqꝫ laban tabernaculũ iacob et lye et vtriusqꝫ famule: nõ inuenit. Cũqꝫ intrasset tentoriũ rachelis: illa festinãs abscõdit ydola subter stramẽta cameli ⁊ sedit desup: scrutãtiqꝫ omne tentoriũ et nihil inuenienti: ait. Ne iratscatur dñs meus qꝫ coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinẽ feminarũ nũc accidit mihi. Sic deluса sollicitudo querẽtis est. Tumensqꝫ iacob. cũ iurgio ait. Quã ob culpã meã et ob qđ peccatũ meũ sic exarsisti post me. et scrutatus es oẽm suppellectilẽ meã? Quid inueneris de cũcta substãtia domus tue? Pone hic coram fratribus meis. et fratribus tuis: et iudicent inter me et te. Idcirco viginti ãnis fui tecũ: oues tue et capre steriles nõ fuerũt. arietes gregis tui nõ comedi: nec captũ a bestia ostẽdi tibi. Ego damnũ omne reddebã. Quicq̃d furtim peribat a me exigebas: die noctuqꝫ estu vrgebar ⁊ gelu: fugiebatqꝫ somnus ab oculis meis. Sicqꝫ p viginti annos in domo tua seruiui tibi: quatuordecim pro filiabus: et sex ꝑ gregibus tuis. Immutasti qꝫ mercedẽ meã decẽ vicibus. Nisi deus pris mei abraha. et timor isaac affuisset mihi: forsitã mõ nudũ me dimisisses. Afflictionẽ meã et laborẽ manuũ mearũ respexit dñs: et arguit te heri. Rñdit ei laban. Filie mee et filij et greges tui ⁊ omia q̃ cernis mea sunt. Quid possum facere filijs ⁊ nepotibus meis? Veni ergo et ineamus fedus: ut sit testimoniũ inter me ⁊ te. Tulit itaqꝫ iacob lapidẽ: et erexit illũ in tytulũ. Dixitqꝫ frãtibus suis. Afferte lapides. Qui cõgregãtes fecerũt tumulũ: comederũtqꝫ sup eũ. Quem vocauit laban tumulum testis: et iacob aceruũ testimonij vterqꝫ iuxta ꝓprietatẽ lingue sue. Dixitqꝫ laban. Tumulus iste testis erit inter me ⁊ te hodie. Et idcirco appellatũ ẽ nomẽ eius galaad: id ẽ tumulus testis. Et adiecit laban. Intueat et iudicet dñs inter nos qñ recesserimus a nobis: si afflixeris filias meas: et si introduxeris alias vxores sup eas. Nullus sermonis nr̃i testis est absqꝫ deo: q̃ ꝑsens respicit. Dixitqꝫ rursus ad iacob. En tumulus hic et lapis quẽ erexi inter me et te testis erit. Tumulus inqꝫ iste et lapis sint in testimoniũ: si aut ego trãsiero illum. pgens ad te: aut tu ꝑ terueris malũ mihi cogitans. Deus abraha et deus nachor iudicet inter nos: deus patris eorũ. Iurauit ergo iacob per timorẽ ꝑris sui isaac: immolatisqꝫ victimis in monte vocauit fratres suos vt ederẽt panem. Quibus cũ comedissent mãserũt ibi. Laban vero de nocte consurgens. osculatus est filios et filias suas: et benedixit illis: reuersusqꝫ est in locum suũ.

Ca. xxxij.

Iacob aũt abijt in itinere q̃ cepat: fuerũtqꝫ ei obuiã angeli dei. Quos cũ vidisset ait. Castra dei sunt hec. Et appellauit nomẽ loci illius manaim: id ẽ castra. Misit aũt et nũcios añ se ad esau fratrẽ suũ. in tra seyr. in regiõe edom: ꝑcepitqꝫ eis dicẽs. Sic loquimini dño meo esau. Hec dic̃ fr̃ tuus iacob Apud labã pegrinatus sum: et fui vsqꝫ in ꝑsentẽ die. Habeo boues ⁊ asinos. et oues et seruos et ancillas: mittoqꝫ nũc legationẽ ad dñm meũ: ut inueniã gratiã in cõspectu tuo. Reuersiqꝫ sunt nũcij ad iacob dicẽtes. Venimus ad esau fratrẽ tuũ et ecce ꝓperat in occursum tuũ cũ q̃dringẽtis viris. Timuit iacob valde: ⁊ ꝑterritus diuisit ꝑ m q̃ secũ erat: greges qꝫ ⁊ oues ⁊ boues ⁊ camelos. in duas turmas dicẽs. Si venerit esau ad vnã turmã et ꝑcusserit eã: alia turma q̃ reliq̃ est saluabit̃. Dixitqꝫ iacob. Deus patris mei abraha. et deus ꝑris mei isaac. dñe q̃ dixisti mihi. reuertere in terrã tuã ⁊ in locũ natiuitatis tue. et bñfaciã tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis: et veritate tua quã explesti seruo tuo. In baculo meo trãsiui iordanẽ istũ: ⁊ nũc cũ duabꝰ turmis regredior Erue me de manu fr̃is mei esau. qr valde eũ timeo: ne forte veniẽs percutiat matrẽ cũ filijs. Tu locutus es qꝫ benefaceres mihi: et dilatares semẽ meũ sicut arenã maris: que ꝓmultitudine numerari nõ pot̃. Cũqꝫ dormisset ibi nocte illa. seposuit de his q̃ habebat munera esau fratri suo. capras ducẽtas. hircos viginti. oues ducẽtas. et arietes viginti: camelos fetas cũ pullis suis triginta: vaccas quadraginta. et thauros viginti: asinas viginti. et pullos earũ decem. Et

misit p manus seruoꝝ suoꝝ singulos seoꝝ sum greges: dixitq; pueris suis. Antecedite me: et sit spacū inter gregē et gregē. Et p̄cepit p̄or dicēs. Si obuiū habueris fratrem meū esau. et interrogauerit te cuius es. aut quo vadis. aut cuius sūt ista que sequeris respōdebis. Serui tui iacob. Munera misit dño suo esau: ipe q̄q; post nos venit. Similiter dedit mādata scdo et tertio: et cūctis q̄ sequebant greges: dicēs. His dē verbis loquimini ad esau cū inueneritis eū: et addetis. Ipse q̄q; seruus tuus iacob. iter nr̄m insequit. Dixit enī. Placabo illū muneribus que p̄cedunt: et postea videbo illū. Forsitā ꝓpiciabit mihi. Precesserūt itaq; munera ante eū: ipe vero māsit nocte illa in castris. Cumq; mature surrexisset tulit duas vxores suas. et totidē famulas cū vndecim filijs: et transiuit vadū iaboch. Traductisq; omnibus q̄ ad se ptinebant. māsit solus: et ecce vir luctabat cū eo vsq; mane. Quī cū videret q̄ eū superare nō posset: tetigit neruū femoris eius: et statim emarcuit. Dixitq; ad eū. Dimitte me. Iam enī ascendit aurora. Rndit. Nō dimittā te: nisi bndixeris mihi. Ait ergo. Quod est nomē tibi? Rndit iacob. At ille: nequaq; inquit iacob appellabitur nomen tuū: sed isrl. Quoniā si ortus deū fortis fuisti: q̄ tomagis ortus homines p̄ualebis? Interrogauit eū iacob. Dic mihi quo appellaris noie. Rndit. Cur queris nomē meū q̄d ē mirabile? Et bndixit ei in eodē loco. Vocauitq; iacob nomē loci illius phanuel dicēs. Vidi dñm facie ad faciē et salua facta ē aīa mea. Ortusq; ē ei statim sol: postq; trāsgressus est phanuel. Ipse vero claudicabat pede. Quā obcausam nō comedūt neruū filij israhel. qui emarcuit in femore iacob vsq; in p̄sentē diem: eo q̄ tetigerit neruū femoris eius: et obstupuerit.

¶ Leuans aūt iacob oculos. vidit venientē esau: et cū eo quadringētos viros. Dimisitq; filios lye et rachel ambarū q; famulaꝝ. et posuit vtrā q; ancillā. et liberos earū in ordine: lyam vero et filios eius in scdo loco: rachel aūt et ioseph nouissimos. Et ipe ꝓgredies adorauit pronus in terrā septies: donec appropinquaret frater eius. Currens itaq; esau obuiā fratri suo. amplexatus est eum: stringensq; collū eius et oscula fleuit. leuatisq; oculis vidit mlieres et puulos earū. et ait. Quid sibi volunt isti: et si ad te ptineant? Rndit. Paruuli sunt: q̄s donauit mihi deus seruo tuo. Et appropinquātes ancille et filij earū incuruati sunt. Accessit q̄q; lya cū pueris suis: et cū sil'iter adorassent: extremi ioseph et rachel adorauerūt. Dixitq; esau. Que nā sunt iste turme quas obuiā habui. Rndit. Vt inuenirē gratiā coram dño meo. At ille ait. habeo plurima frater mi: sint tua tibi. Dixitq; iacob. Noli ita obsecro: sed si inueni gratiā in oculis tuis: accipe munuscula de manibus meis. Sic enī vidi faciē tuā quasi viderim vultū dei. Esto mihi ꝓpicius: et suscipe bndictionē quā attuli tibi: et quā donauit mihi deus. tribuens oia. Vix fratre opellēte suscipiēs ait. Gradiamur simul: eroq; socius itineris tui. Dixitq; iacob. Nosti dñe mi q̄ puulos habeā teneros. et oues et boues fetas mecū: q̄s si plus in ambulando fecero laborare: morientur vna die cūcti greges. Precedat dñs meus ante seruū suū: et ego sequar paulatim vestigia eius sic videro puulos meos posse: donec veniā ad dñm meum in seyr. Rndit esau. Oro te: ut de ꝑpl'o qui mecū ē. saltē socij remaneāt vie tue. Nō est inquit necesse: hoc vno tm̄ indigeo: ut inueniā gratiā in ospectu tuo dñe mi. Reuersus est itaq; illo die esau itinere q̄ venerat in seyr. Et iacob venit in sochot: ubi edificata domo et fixis tētoriis. appellauit nomē loci illius sochot id est tabernacula. Transiuitq; in salē vrbē sichimoꝝ. q̄ est i terra chanaan. postq; reuersus est de mesopotamia syrie. et habitauit iuxta oppidū: emitq; partē agri in q̄ fixerat tabernacula. a filijs emor p̄ris sichem centū agnis: et erecto ibi altari. inuocauit super illud fortissimū deū israhel. Ca. xxxiiij.

¶ Gressa ē aūt dina filia lye. ut videret mulieres regiōis illius. Quā cū vidisset sichem filius emor euei. ꝑnceps terre illius adamauit eā. et rapuit: et dormiuit cū illa: vi oppримēs virginē. Et cōglutinata ē aīa eius cū ea: tristēq; delinuit blandicijs:

et pergens ad emor patrē suū. accipe inquit
mihi puellā hanc ꝯiugē. Qđ cū audissz ia-
cob absentibus filijs ⁊ in pastu pecoꝝ occu
patis: siluit donec redirēt. Egresso aūt emor
patre sichem. ut loqueret̄ ad iacob. ecce filij
eius veniebāt de agro: auditoqz qđ accide
rat: irati sunt valde. eo ꝙ fedā rem opatus
esset in israhel: et violata filia iacob. rē illici
tā ꝑpetrassz. Locutus ē itaqz emor ad eos.
Sichem filij mei adhesit aīa filie vr̄e. Date
eā illi vxorē: et iūgamus vicissim cōnubia.
Filias vestras tradite nobis: et filias nr̄as
accipite: et habitate nobiscū. Tera in pote-
state vr̄a est: exercete. negociamini. et possi-
dete eā. Sed ⁊ sichem ad patrē et fr̄es eius
ait. Inueniā gratiā corā vobis: et quecūqz
statueritis dabo. Augete dotem. et munera
postulate: et libenter tribuam qđ petieritis:
tantū date mihi puellā hāc vxorē. Rn̄de-
runt filij iacob sichem et patri eius in dolo:
seuientes ob stuprū sororis. Nō possumus
facere qđ petitis: nec dare sororē nostrā ho
mini incircūciso: qđ illicitum ⁊ nephariū est
apud nos. Sed in hoc valebimus federari
Si volueritis esse similes nostri. et circumci
datur in vobis omnis masculini sexus: tūc
dabimus. et accipiemus mutuo filias vr̄as
ac nr̄as. et habitabimus vobiscū: erimusqz
vnus ꝓpl'us. Si aūt circūcidi nolueritis: tol-
lemus filiā nr̄am et recedemus. Placuit ob
latio eoꝝ emor et sichem filio eius: nec di-
stulit adolescēs qui statim qđ petebat̄ ex-
pleret. Amabat enī puellā valde: et erat in
clitus in omī domo patris sui. Ingressiqz por
tā vrbis locuti sunt ad ꝓpl'm. Viri isti paci
fici sunt: et volūt habitare nobiscū. Nego-
cientur in terra et exerceāt eā: que spaciosa
et lata cultoribus indiget. Filias eoꝝ acci
piemus vxores: et nostras illis dabimus.
Vnū est quo differt̄ tm̄ bonū. Si circūcida
mus masculos nostros. ritum gentis imitā-
tes: et substātia eoꝝ et pecora et cūcta que
possident nr̄a erūt. Tantū in hoc acquiesca
mus: et habitātes simul. vnum efficiamus
ꝓpl'm. Assensiqz sunt om̄es: circūcisis cūctis
maribus. Et ecce die tertio qn̄ grauissimus
vulnerū dolor ē. arreptis duo filij iacob. si-
meon et leui fr̄es dine gladijs. ingressi sunt
vrbem ꝯfidenter: interfectisqz omībus ma
sculis. emor et sichem pariter necauerūt. tol
lentes dinā de domo sichē: sororē suā. Qui
bus egressis. irruerūt super occisos ceteri filij
iacob. et depopulati sunt vrbem in vltionē
stupri: oues eoꝝ ⁊ armēta. et asinos cūcta
qz vastātes q̄ in domibus et in agris erāt:
paruulos q̄qz eoꝝ et vxores duxerūt capti
uas. Quibus ꝑpetratis audacter: iacob di
xit ad simeō et leui. Turbastis me: et odio-
sum fecistis me chananeis ⁊ pherezeis habi
tatoribus terre huius. Nos pauci sumus:
illi ꝯgregati ꝑcutiēt me: et delebor ego et do
mus mea. Rn̄derūt. Nunq̄d ut scorto ab-
uti debuere sorore nostra. ¶ Ca. xxxv.
INterea locutus ē deus ad iacob. Sur
ge. et ascēde bethel. et habita ibi: facqz al-
tare dn̄o q̄ apparuit tibi: qn̄ fugiebas esau
fratrē tuū. Iacob vero cōuocata omī domo
sua ait. Abijcite deos alienos qui in medio
vr̄i sunt. et mūdamini: ac mutate vestimē-
ta vr̄a. Surgite. et ascēdamus in bethel. vt
faciamus ibi altare dn̄o. q̄ exaudiuit me in
die tribulatiōis mee: et socius fuit itineris
mei. Dederūt ergo ei oēs deos alienos q̄s
habebāt: et inaures q̄ erāt in auribus eoꝝ.
At ille infodit eas subter therebintū: q̄ est
post vrbē sichem. Cūqz ꝓfecti essent. terror
dei inuasit omnes ꝑ circuitū ciuitates: et nō
sūt ausi ꝑsequi recedētes. Venit igit̄ iacob
luzam q̄ est in terra chanaā cognomēto be
thel: ipe ⁊ oīs ꝓpl'us cū eo. Edificauitqz ibi
altare: et appellauit nomē loci illius. domus
dei. Ibi enī apparuit ei deus: cū fugeret fra-
trē suū. Eodē tpe mortua ē debbora nutrix
rebecce: et sepulta ē ad radices bethel sub-
ter quercū: vocatūqz est nomen loci illius.
quercus fletus. Apparuit aūt iterū deus ia-
cob. postqz reuersus ē de mesopotamia syrie
et venit in bethel: bn̄dixitqz ei dicēs. Nō vo
cabens vltra iacob: sz israhel erit nomē tuū
Et appellauit eū isr̄l. Dixitqz ei. Ego deus
omīpotens. Cresce et multiplicare: gētes et
ꝓpl'i nationū ex te erūt. Reges de lūbis tuis
egredient̄: terrāqz quā dedi abrahā et isa-
ac. dabo tibi et semini tuo post te. Et recessit
ab eo. Ille vero erexit tytulū lapideū. in lo
co quo locutus fuerat ei deus: libans su ꝑ eū

libamina. et effundēs oleū: vocāsq; nomē
loci illius bethel. Egressus aūt inde. venit
verno tpe ad terrā q̄ ducit effratham. In q̄
cū parturiret rachel: ob difficultatē ptus pe-
riclitari cepit. Dixitq; ei obstetrix. Noli ti-
mere: q2 et hūc habebis filiū. Egrediente
aūt anima p̄ dolore. et imminēte iam mor-
te. vocauit nomē filij sui bennoni: id ē fili-
us doloris mei. Pater vero appellauit eum
beniamin: id ē filius dextre. Mortua est g̊
rachel et sepulta ē in via q̄ ducit effrathā:
hec est bethleem. Erexitq; iacob titulū sup
sepulchrū eius. Hic ē titulus monumēti ra
chel. vsq; in p̄ntē diem. Egressus inde. fixit
tabernaculū trās turrē gregis. Cūq; habita
ret in illa regiōe: abijt ruben. et dormiuit cū
bala cōcubina patris sui. Q̄d illū mīme la-
tuit. Erant autē filij iacob duodecim. Filij
lye: primogenitus ruben: et simeon. et leui
iudas et ysachar. et zabulon. Filij rachel:
ioseph ⁊ beniamin. Filij bale ancille rache-
lis: dan ⁊ neptalim. Filij zelphe ancilla lye
gad et aser. Hi sunt filij iacob: q̄ nati sūt ei
in mesopotamia syrie. Venit etiā ad isaac
patrē suū in mambre ciuitatē arbee. hec est
ebron: in q̄ peregrinatus ē abrahā et isaac.
Et cōpleti sunt dies isaac centūoctoginta
annorū: ꝯsumptusq; etate mortuus est: et
appositus est ppl'o suo. senex et plenus die-
rum: et sepelierūt eum esau et iacob filij sui.

HE aūt sunt generatio ¶ Ca. xxxvj.
nes esau: ip̄e est edom. Esau accepit
vxorē de filiabus chanaan. ada filiā elom
ethei: et oolibama filiā ane filij sebeon euei.
Basemath q̊q; filiā ismahel sororē naba-
ioth. Peperit aūt ada eliphā. Basemath ge
nuit rahuel. Oolibama genuit iehus. et ihe
lon. et chore. Hi filij esau: q̄ nati sunt ei in
terra chanaan. Tulit aūt esau vxores suas
et filios ⁊ filias. et omnē aīam domus sue.
et substātiā et pecora. et cūcta q̄ hr̄e pote-
rat in terra chanaan. et abijt in alterā regio
nē: recessitq; a fratre suo iacob. Diuites enī
erant valde: et sil' habitare nō poterāt: nec
sustinebat eos terra pegrinatiōis eorū pre
multitudine gregū. Habitauitq; esau ī mō
te seyr: ip̄e est edom. He aūt sunt generati
ones esau p̄ris edom in monte seyr: et hec
noīa filiorꝝ eius. Eliphā filius ada: uxoris
esau. Rahuel q̊q; filius basemath vxoris
eius. Fuerūtq; eliphā filij: theman. omar.
sephua. et gathan. et cenem. et chore. Erat
aūt thamna ꝯcubina eliphā filij esau: q̄ pe-
perit ei amalech. Hi sunt filij ada. vxoris
esau. Filij aūt rahuel: naath ⁊ zara. semma
et meza. Hi filij basemath. vxoris esau.
Isti q̊q; erāt filij oolibama filie ane filij sebe
on. uxoris esau. q̊s genuit ei iehus et ihelō
et chore. Hi duces filiorꝝ esau. Filij eliphā
primogeniti esau: dux theman. dux omar.
dux sephua. dux cenē. dux chore. dux ga-
than. dux amalech. Hi filij eliphā in terra
edom: et hi filij ade. Hi q̊q; filij rahuel. fi
lij esau. Dux naath. dux zara. dux semma
dux meza. Hi autē duces rahuel: in terra
edom. Isti filij basemath. vxoris esau. Hi
aūt filij oolibama vxoris esau. Dux iehus
dux ihelon. dux chore. Hi duces oolibā-
ma filie ane. uxoris esau. Isti sunt filij esau
et hi duces eorꝝ: ipse ē edom. Isti sunt filij
seyr horrei hītatoris terre: lothan. et sobal
et sebeon. et anan. et dison. et eser. et disan.
Hi duces horrei. filij seyr: in terra edō. Fa
cti sunt at̄ filij lothan: horrei et emā. Erat
aūt soror lothā. thamna. Et isti filij sobal:
aluhan et maneeth. et ebal. sephi et onan.
Et hi filij sebeō: achia ⁊ anan. Iste ē anan.
qui inuenit aq̄s calidas ī solitudine. cū pa-
sceret asinas sebeō p̄ris sui. Habuitq; filiū
disan: et filiā oolibama. Et isti filij disan:
abdā. et iesban. et iethran ⁊ charā. Hi q̊q;
filij eser: balaanan. et zeuan. et achan. Ha
buit aūt filios disan: hus. et aran. Hi du-
ces horreorꝝ. Dux lothan. dux sobal. dux
sebeon. dux ana. dux dison. dux eser. dux
disan. Isti duces horreorꝝ: q̄ im pauerūt in
terra seyr. Reges aūt q̄ regnauerūt in ter-
ra edom. anteq̄ haberēt regē filij isrl': fuerūt
hi. Balach filius beor: nomēq; vrbis eius
denaba. Mortuus ē aūt balach: et regna-
uit ꝓ eo iobab filius zare de hosra. Cunq;
mortuus esset iobab: regnauit ꝓ eo husan.
de t̄ra themanorꝝ. Hoc q̊q; mortuo: regna-
uit ꝓ eo adad filius badadi. q̄ pcussit ma-
dian in regione moab: et nomē vrbis eius
auith. Cūq; mortuus esset adad. regnauit

ꝓ eo ſemla de maſerecha. Hoc q̄q̄ mortuo: regnauit ꝙ eo ſaul de fluuio rooboth. Cūq̄ hic obiſſ: ſucceſſit in regnū balanā filius achobor. Iſto q̄q̄ mortuo regnauit ꝙ eo adad: nomēq̄ vrbis eius phou. Et appellabat uxor eius meezabel filia matreth: filie mizaab. Hec g̃ noīa ducū eſau in cognationib⁹. et locis. et vocabulis ſuis. dux thamna. dux aluba. dux ietheth. dux oolibama. dux ela. dux phinon. dux cenē. dux themā. dux mabſar. dux mabdibel. dux hirā. Hi duces edom habitātes in ſra imperij ſui: ipſe ē eſau pr̃ ydumeor̃. Habitauit aūt iacob in terra chanaan. in q̃ pater ſuus pegrinatus eſt: et he ſunt generatiōes eiuſ.

IOſeph cū ſedecim eſſ Ca·xxxvij· ānor̃: paſcebat gregē cū fr̃ibus ſuis. adhuc puer. Et erat cū filiis bale et zelphe uxorū pr̃is ſui: accuſauitq̄ fr̃es ſuos apud patrē crimie peſſimo. Iſrahel aūt diligebat ioſeph ſup oēs filios: eo q̄ in ſenectute genuiſſet eū. Fecitq̄ ei tunicā polimitā. Videntes aūt fr̃es eius. q̄ a pr̃e plus cunctis filiis amaret̃. oderāt eū: nec poterāt ei quicq̄ pacifice loquí. Accidit q̄q̄. vt viſum ſomniū referret fr̃ibus ſuis: q̄ cauſa maior̃ odiī ſeminariū fuit. Dixitq̄ ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomniū meū q̄d vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: et ecce ſurgere manipulū meū. et ſtare: vbi oſq̄ manipulos circūſtātes adorare manipulū meū. Rīderunt fr̃es eius. Numq̄d rex nr̃ ens: aut ſubiacemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſomniorū atq̄ ſmonū: inuidie et odiī fomitē miniſtrauit. Aliud q̄q̄ vidit ſomniū: q̄d narrans fr̃ibus ait. Vidi per ſomniū ecce ſol et luna. et ſtellas vndecim adorare me. q̄d cū pr̃i ſuo et fr̃ibus retuliſſet: increpauit eū pr̃ ſuus. et dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū q̄d vidiſti? Num ego et mater tua et fr̃es tui adorabimuſ te ſup terrā? Inuidebāt ei igit̃ fratres ſui: pater vero rē tacitus cōſiderabat Cūq̄ fr̃es illius in paſcēdis gregibus pr̃is morarent̃ in ſichem: dixit ad eum iſrl̃. Fratres tui paſcūt oues in ſichimis: veni mittā te ad eos. Quo rīdente pr̃ſto ſum: ait. Vade et vide ſi cūcta ꝙſpera ſint erga fratres tuos. et pecora: et renūcia mihi quid agat̃.

Miſſus de valle hebron: venit in ſichem. Inuenitq̄ eū vir errantē in agro: et interrogauit q̄d quereret. At ille rīdit. Fr̃es meos quero. Indica mihi: ubi paſcāt greges. Dixitq̄ ei vir. Receſſerūt de loco iſto. Audiui aūt eos dicentes. Eamus in dothaim. Perrexit itaq̄ ioſeph poſt fr̃es ſuos: et inuenit eos in dothaim. Qui cū vidiſſent eū ꝙul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerūt illū occidere: et mutuo loquebant̃. Ecce ſomniator venit. Venite occidamus eum. et mittamus in ciſternā veterē: dicemuſq̄ fera peſſima deuorauit eum: et tūc apparebit q̄d illi ꝙſint ſomnia ſua. Audiens aūt hec ruben nitebat̃ liberare eū de manibus eor̃: et dicebat. Nō interficiamus aiam eius. nec effundamus ſanguinē: ſed ꝙiacte eū in ciſternā veterē q̄ eſt in ſolitudine: manuſq̄ vr̃as ſeruate innoxias. Hoc aūt dicebat volens eripere de manibus eor̃: et reddere pr̃i ſuo Cōteſtim igit̃ vt venit ad fr̃es ſuos. nudauerūt eū tunica talari. et polimita: miſerūtq̄ eū in ciſternā veterē: q̄ nō habebat aquā Et ſedentes vt comederent panē. viderunt ysmahelitas viatores venire de galaad: et camelos eorū portātes aromata et reſinā. et ſtacten in egiptū. Dixit ergo iudas fratribus ſuis. Quid nobis ꝙdeſt ſi occiderimus fratrē nr̃m: et celauerim⁹ ſanguinē ipius? Melius eſt ut venūdet̃ ysmahelitis: et manus nr̃e nō polluant̃. Frater enī et caro nr̃a eſt. Acquieuerūt fr̃es ſermonibus illius et p̃tereūtibus madianitis negociatoribus extrahētes eū de ciſterna vēdiderūt eū ysmahelitis viginti argēteis: q̄ duxerūt eū in egiptū. Reuerſuſq̄ ruben ad ciſternā nō inuenit puerū: et ſciſſis veſtibus. ꝓgēs ad fratres ſuos ait. Puer nō cōparet: et ego q̄ bor̃? Tulerūt aūt tunicā eius. et in ſanguinē edi quē occiderāt tinxerūt: mittētes qui ferrēt ad patrē et dicerēt. Hāc inuenimus: vide vtrū tunica filiī tui ſit an nō. Quā cū cognouiſſet pr̃ ait. Tunica filiī mei ē. fera peſſima comedit eū: beſtia deuorauit ioſeph. Sciſſiſq̄ veſtibus indutus eſt cilicio: lugens filiū ſuū multo tpe. Cōgregatis aūt cūctis liberis eius ut lenirēt dolorē patris: noluit conſolationē accipere: ſed ait. Deſcendā ad filiū

meum lugens in infernū. Et illo pseuerāte in fletu: madianite vendiderunt ioseph in egipto phutifari eunucho pharaonis magistro militum. ¶ Ca. xxxviij.

EOdem tpe descendēs iudas a fratribus suis diuertit ad virū odollamiten noie hiram: viditq; ibi filiā hois chananei. vocabulo sue. Et accepta vxore ingressus ē ad eā. Que cepit et peperit filiū: et vocauit nomē eius her. Rursūq; cepto fetu: natū filiū vocauit onan. Tertiū q̄q; pepent quē appellauit sela. Quo nato: parere vltra cessauit. Dedit aūt iudas vxorē p̄mogenito suo her nomie thamar. Fuit q̄q; her p̄mogenitus iude. nequā in ospectu dñi: et ideo ab eo occisus est. Dixit ergo iudas ad onan filiū suū. Ingredere ad vxorē fratris tui. et sociare illi: ut suscites semē fratri tuo. Ille sciens nō nasci sibi filios. introiens ad vxorē fratris sui. semē fūdebat in terrā: ne liberi fratris noie nascerent. Et idcirco percussit eū dñs: eo q̄ rem detestabilē faceret. Quāobrem dixit iudas thamar nurui sue. Esto vidua in domo p̄tris tui: donec crescat sela filius meus. Timebat enī: ne et iste moreretur sicut frēs eius. Que abiit et habitauit in domo p̄tris sui. Euolutis autē multis ānis: mortua ē sue. vxor iude. Qui post luctū. consolatiōe susceptā ascendebat ad tonsores ouiū suaq;: ipe et hiras opilio gregis odollamita i thamnas. Nunciatūq; ē thamar. q̄ socer illius ascēderet i thamnas: ad tondēdas oues. Que depositis viduitatis vestib⁹. assumpsit tenstrū: et mutato habitu sedit in biuio itinere q̄ ducit thamnā: eo q̄ creuisset sela. et nō eū accepisset maritū Quā cū vidisset iudas: suspicatus est esse meretricē. Operuēat enī vultū suū ne agnosceretur. Ingrediensq; ad eam. ait. Dimitte me vt coeam tecū. Nesciebat enī q̄ nurus sua esset. Qua respondēte. quid dabis mihi vt fruaris coitu meo. dixit. Mittam tibi edū de gregib⁹. Rursumq; illa dicēte. patiar q̄ vis. si dederis mihi arrabonē do nec mittas q̄ polliceris: ait iudas. Quid tibi vis p̄ arrabone dari? Rndit. Anulū tuū et armillā: et baculū quē manu tenes. Adnū igit coitū mulier cepit. et surgēs abiit: depositoq; habitu quē sumpserat: induta ē viduitatis vestibus. Misit autē iudas edū p̄ pastorē suū odollamiten: vt recipet pignus q̄ dederat mulieri. Qui cū nō inuenisset eā: interrogauit hoies loci illius. Vbi est mulier que sedebat in biuio? Rndentibus cūctis nō fuit in loco iste meretrix: reuersus ē ad iudā et dixit ei. Nō inueni eam. Sed et hoies loci illius dixerunt mihi: mulierq; sedisse ibi scortum. Ait iudas Habeat sibi. Certe mendacij arguere nos nō potest. Ego misi edum quē p̄miserā: et tu nō inuenisti eā. Ecce aūt post tres mēses nūciauerūt iude dicētes. Fornicata ē thamar nurus tua: et videt̄ vterus illius intumescere. Dixitq; iudas. Producate eā ut cōburat̄. Que cū duceret̄ ad penā: misit ad socerū suū dicēs. De viro cuius hec sunt cōcepi. Cognosce cuius sit anulus: et armilla et baculus. Qui agnitis muneribꝰ ait. Iustior me est. quia nō tradidi eā sele filio meo Attamē vltra nō cognouit eā. Instāte aūt partu. apparuerunt gemini in vtero: atq; in ipa effusiōe infantū vnus p̄tulit manū: in qua obstetetrix ligauit coccinū dicens. Iste egredie t̄ prior. Illo vero retrahēte manū: egressus ē alter. Dixitq; mulier. Quare diuisa ē p̄ter te macera? Et ob hāc cām vocauit nomen eius phares. Postea egressus est frater eius. in cuius manu erat coccinum quē appellauit zaram. ¶ Ca. xxxix.

IGitur ioseph ductus est in egiptū: emitq; eū phutifar eunuchus pharaōis. p̄nceps exercitus sui. vir egiptius de manu ysmahelitarū: a q̄bus p̄ductus erat. Fuitq; dñs cū eo: et erat vir in cūctis p̄spere agēs Habitauitq; in domo dñi sui: q̄ optime nouerat dñm esse cū eo: et omia q̄ gereret ab eo dirigi in manu illius. Inuenitq; ioseph gr̄am coram dño suo: et ministrabat ei. A quo p̄positus omnibus. gubernabat credita sibi domū. et vniuersa q̄ ei tradita fuerāt. Benedixitq; dñs domui egiptij p̄pter ioseph: et multiplicauit tam in edibus q̄m in agris cūctam eius substātiā. Nec quicq̄m aliud nouerat: nisi panē quo vescebat̄. Erat aūt ioseph pulchra facie: et decorus aspectu. Post multos itaq; dies iniecit dña oculos suos

in ioseph: et ait. Dormi mecū. Qui nequaq̄ acquiescens operi nephario: dixit ad eā. Ecce dn̄s meus oībus mihi traditis. ignorat q̄d habeat in domo sua: nec quicq̄ est qd̄ nō sit in mea potestate. vl' nō tradiderit mihi: preter te que vxor eius es. Quō ergo possum hoc malū facere: et peccare in dn̄m meū? Huiuscemodi verbis p singl'os dies loquebat̄. et mulier molesta erat adolescēti: et ille recusabat stuprū. Accidit aūt quadā die vt intraret ioseph domū. et operis quippiā absq̄ arbitris faceret: et illa apprehensa lacinia vestimēti eius diceret. Dormi mecū. Qui relicto in manu eius pallio. fugit: et egressus est foras. Cunq̄ vidisset mulier vestē in manibus suis. et se esse cōtemptā: vocauit ad se homīes domus sue: et ait ad eos. En introduxit virū hebreū: ut illuderet nobis. Ingressus est ad me: ut coiret mecū. Cūq̄ ego succlamassem. et audiuit vocē meā: reliquit palliū quod tenebā: et fugit foras. In argumentū ergo fidei. retētū palliū ostendit marito reuertēti domū: et ait. Ingressus ē ad me seruus hebreus. quē adduxisti: ut illuderet mihi. Cūq̄ audisset me clamare: reliquit palliū quod tenebā: et fugit foras. His auditis dn̄s. et nimiū credulus verbis cōiugis. iratus est valde: tradiditq̄ ioseph in carcerem vbi vincti regis custodiebant̄: et erat ibi clausus. Fuit aūt dn̄s cum ioseph. et misertus est illius: et dedit ei gratiā in cōspectu principis carceris: Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebant̄: et quicquid fiebat. sub ip̄o erat: nec nouerat aliq̄d. cunctis ei creditis. Dominus enī erat cū illo: et omnia opera eius dirigebat. ¶ Ca. xl.

HIs itaq̄ gestis: accidit vt peccarent duo eunuchi. pincerna regis egipti et pistor dn̄o suo. Iratusq̄ ɔtra eos pharaonā alter pincernis p̄erat. alter pistoribus: misit eos in carcerē principis militū: in quo erat vinctus et ioseph. At custos carceris tradidit eos ioseph: qui et ministrabat eis: Aliquātulū tp̄is fluxerat: ⁊ illi in custodia tenebant̄. Videruntq̄ ambo somniū nocte vna: iuxta interp̄tationē cōgruā sibi. Ad quos cū introisset ioseph mane. et vidisset eos tristes: sciscitatus est dicēs. Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui respōderunt. Somniū vidimus: et nō est qui interp̄tetur nobis. Dixitq̄ ad eos ioseph. nunq̄d nō dei est interp̄tatio? Referte mihi q̄d videritis. Narrauit prior p̄positus pincernarum somniū suū. Videbā corā me vitem in qua erant tres ꝓpagines crescere paulatim in gēmas: et post flores vuas maturescere: calicēq̄ pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas et expressi in calicē quē tenebā: et tradidi poculum pharaoni. Rn̄dit ioseph. Hec ē interp̄tatio somnij. Tres ꝓpagines. tres adhuc dies sunt. post quos recordabitur pharao misterij tui. et restituet te in gradū pristinū: dabisq̄ ei calicē iuxta officiū tuū: sicut ante facere ɔsueueras. Tantū me mēto mei cū tibi bene fuerit: et facies mecū misericordiā ut suggeras pharaoni ut educat me de isto carcere. quia furtim sublatus sum de terra hebreoꝝ: et hic innocēs in lacū missus sum. Vidēs pistoꝝ mgr̄. q̄ prudenter somniū dissoluisset. ait. Et ego vidi somniū. q̄ tria canistra farine haberē super caput meū: et in vno canistro qd̄ erat excelsius. portare me putabā omnes cibos qui fiunt arte pistoria: auesq̄ comedere ex eo. Rn̄dit ioseph. Hec est interp̄tatio somnij. Tria canistra. tres adhuc dies sunt post q̄s auferet pharao caput tuū: ac suspēdet te in cruce: ⁊ lacerabūt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalatius pharaōis erat Qui faciēs grande cōuiuiū pueris suis recordatus est inter epulas mgr̄i pincernarū et pistoꝝ p̄ncipis: restituitq̄ alterū in locū suū. ut porrigeret ei poculū. alterū suspendit. in patibulo: ut cōiectoris veritas ꝓbaret̄. Et tn̄ succedētibus ꝓsperis: p̄positus pincernarū oblitus est interpretis sui. ¶ Ca. xlj.

POst duos ānos vidit pharao somnium. Putabat se stare sup fluuiū de q̄ ascēdebāt septē boues pulchre et crasse nimis: et pascebant̄ in locis palustrib⁹. Alie q̄q̄ septē emergebāt de flumīe fede ɔfecteq̄ macie: et pascebant̄ in ip̄a amnis ripa in locis virētibus: deuorauerūtq̄ eas q̄rū mira species. et hītudo corpoꝝ erat. Expgefactus pharao rursū dormiuit: et vidit alterū

somniū. Septē spice pullulabant in culmo
vno. plene atq; formose: alie q̊q; totidem
spice tenues. et pcusse vredine oriebant̄: de
uorantes omnē priorē pulchritudinē. Eui
gilās pharao post quietē. et facto mane pa
uore pterritus. misit ad omnes cōiectores
egipti. cūctosq; sapiētes: et accersitis nar
rauit somniū: nec erat q̄ interp̄taret̄. Tunc
demū reminiscēs mgr̄ pincernarū ait. Cōfi
teor peccatū meū. Iratus rex seruis suis. me
et magistrū pistorū retrudi iussit in carcerē
principis militū: vbi vna nocte vterq; vi
dimus somniū p̄sagum futuroꝝ. Erat ibi
puer hebreus. eiusdē ducis militū famulus
cui narrantes somnia. audiuimus quicq̄d
postea rei ꝓbauit euētus. Ego enī redditus
sum officio meo: et ille suspensus ē in cruce
Protinus ad regis imperiū. eductū de car
cere ioseph totōderūt: ac veste mutata ob
tulerūt ei. Cui ille ait. Vidi somnia. nec est
qui edisserat: que audiui te sapiētissime co
nicere. Rn̄dit ioseph. Absq; me deus rn̄de
bit ꝓspera pharaoni. Narrauit ergo pha
rao que viderat. Putabam me stare super
ripā fluminis: et septē boues de amne cō
scendere. pulchras nimis et obesis carnib⁹:
que in pastu paludis virecta carpebāt. Et
ecce has sequebant̄ alie septē boues intā
tū deformes et macilente: ut nunq̄; tales in
terra egipti viderim. Qui deuoratis et cō
sumptis p̄oribus. nullū saturitatis dedere
vestigiū: sed simili macie et squalore torpe
bant. Euigilās. rursus sapore dep̄ssus vi
di somniū. Septē spice pullulabant in cul
mo vno. plene atq; pulcherrime. Alie q̊q;
septē tenues et pcusse vredine. oriebātur e
stipula: q̄ prioꝝ pulchritudinē deuoraue
runt. Narraui cōiectoribus somniū. et ne
mo ē qui edisserat. Rn̄dit ioseph. Somniū
regis vnū est. Que facturus ē deus on̄dit
pharaoni. Septē boues pulchre. et septem
spice plene. septē vbertatis anni sunt: ean
dēq; uim somnij cōprehēdūt. Septē quoq;
boues tenues atq; macilente q̄ ascēderunt
post eas. et septē spice tenues. et vento vrē
te pcusse. septē anni vēture sunt famis: qui
hoc ordine complebunt̄. Ecce septem anni
veniēt fertilitatis magne in vniuersa terra
egipti: quos sequent̄ septē anni alij tante
sterilitatis: ut obliuioni tradat̄ cūcta retro
abūdantia. Cōsumpta est enī fames om
nē terrā: et vbertatis magnitudinē pditura
est inopie magnitudo. Qđ aūt vidisti scđo
ad eandē rē ptinens somniū. firmitatis iu
dicium est: eo ꝙ fiat sermo dei. et velocius
impleat̄. Nunc ergo ꝓuideat rex virū sa
pientē et industriū ⁊ p̄ficiat eū terre egipti:
qui ꝯstituat p̄positos p cūctas regiones. et
quintā partē fructuū. p septē annos fertili
tatis qui iā nūc futuri sunt. cōgreget in hor
rea: et om̄e frumentū sub pharaonis ptāte
ꝯdatur: seruet̄q; in vrbibus. et p̄paret̄ fu
ture septē annoꝝ fami. q̄ oppressura ē egi
ptum: et nō ꝯsumet̄ terra inopia. Placuit
pharaoni ꝯsiliū: et cunctis ministris eius.
Locutusq; est ad eos. Num inuenire pote
rimus talē virū q̄ spū dei plenus sit? Dixit
ergo ad ioseph. Quia on̄dit tibi deus oīa
que locutus es. nūquid sapientiorē et ꝯsi
milē tui inuenire potero? Tu eris sup domū
meā: et ad tui oris impiū cūctus populus
obediet. Vno tm̄ regni solio p̄cedā te. Di
xitq; rursū pharao ad ioseph. Ecce ꝯstitui
te sup vniuersam terrā egipti. Tulitq; anu
lum de manu sua et dedit eū in manu eius:
vestiuitq; eum stolam bissinā: et collo tor
quē aureā circūposuit. Fecitq; eū ascēdere
sup currū suū scđm clamāte p̄cone: ut om̄s
corā eo genu flecterēt: et p̄positū esse scirēt
vniuerse terre egipti. Dixit q̊q; rex egipti
ad ioseph. Ego sū pharao. Absq; tuo im
perio nō mouebit quisq̄; manū aut pedem
in omni terra egipti. Vertitq; nomē illius:
et vocauit eū lingua egiptiaca. saluatorem
mūdi. Deditq; illi vxorē: assenech filiā phu
tifaris sacerdotis eliopoleos. Egressus est
itaq; ioseph ad terrā egipti. Triginta anno
rū erat. quādo stetit in ꝯspectu regis pha
raonis: et circuiuit omnes regiones egipti
Venitq; fertilitas septem annoꝝ: et in ma
nipulos redacte segetes cōgregate sunt in
horrea egipti. Omnis etiā frugū abundā
tia. in singulis vrbib⁹ ꝯdita ē. Tantaq; fu
it abūdantia tritici. ut arene maris coequa
retur: et copia mēsurā excedēt. Natiq; sūt
ioseph filij duo anteq̄; veniret fames: quos

pepert ei assenech filia ph̄ utfanis sacerdotis eliopoleos. Vocauitq; nomē p̄mogenitū manasses dicens. Obliuisci me fecit deus omniū laboꝝ meoꝝ: et domus patris mei Nomē q̄q; scḋi appellauit effraim dicens. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. Igit̄ trāsactis septē vbertatis annis q̄ fuerāt in egipto: ceperunt venire septē anni inopie. q̄s p̄dixerat ioseph: et in vniuerso orbe fames p̄ualuit. In cuncta etiam terra egipti fames erat. Qua esuriente: clamauit ppl'us ad pharaonē. alimēta petens. Quibus ille rñdit. Ite ad ioseph: et quicq̄d ipe vobis dixerit. facite. Crescebat autē q̄tidie fames in omni terra: aperuitq; ioseph vniuersa horrea: et vendebat egiptijs. Nā et illos oppresserat fames. Omnesq; p̄uintie veniebāt in egiptū. ut emerent escas: et malum inopie temperarent.

Ca. xlij.

AVdiens aūt iacob q̄ alimēta venderent̄ in egipto: dixit filijs suis. Quare negligitis? Audiui q̄ triticū venundetur in egipto. Descēdite. et emite nobis necessaria ut possimus viuē: et nō defumamur inopia Descendētes igit̄ fratres ioseph decem: vt emerēt frumenta in egipto. beniamin domi retento a iacob: qui dixerat fratribus eius ne forte in itinere quicq̄ patiatur mali: ingressi sunt terrā egipti: cum alijs qui pergebant ad emendū. Erat autē fames in terra chanaan: et ioseph erat p̄nceps in terra egipti: atq; ad eius nutū frumēta pp̄lis vēdebantur. Cūq; adorassent eum fratres sui. et agnouisset eos: quasi ad alienos durius loquebatur. interrogās eos. Vnde venistis? Qui rñderūt de terra chanaā: vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens: nō est cognitus ab eis. Recordatusq; somnioꝝ que aliquando viderat: ait ad eos. Exploratores estis: ut videatis infirmiora terre venistis. Qui dixerunt. Non est ita dñe: sed serui tui venerūt vt emerēt cibos. Omnes filij vnius viri sumus. Pacifici venimus: nec quicq̄ famuli tui machinant̄ mali. Quibus ille rñdit. Aliter ē. Immunita terre huius cōsiderare venistis. At illi dixerūt. Duodecim inquiūt fratres sui tui sumus: filij viri vnius in terra chanaan. Minimus cū patre nostro est: alius nō est sup. Hoc est aut q̄ locutus sum. Exploratores estis. Iam nūc experimentū vr̄i capiā Per salutē pharaonis nō egredemini hinc: donec veniat frater vester minimus. Mitte ex vobis vnū et adducat eū: vos aūt eritis in vinculis. donec p̄bent̄ que dixistis: vtrū vera an falsa sint. Alioquī p salutem pharaonis. exploratores estis. Tradidit q̄ illos custodie tribus diebus. Die aūt tertio eductis de carcere ait. Facite que dixi: et viuetis. Deum enī timeo. Si pacifici estis. frater vester vnus ligetur in carcere: vos autē abite. et ferte frumenta que emistis in domos vestras. et fratrē vr̄m minimū ad me adducite: ut possim vr̄os p̄bare sermones. et nō moriamini. Fecerūt vt dixerat: et locuti sunt adinuicē. Merito hec patimur: q̄z peccauimus in fratrē nostrū videtes angustias anime illius dū deprecaret̄ nos. et nō audiuimus: idcirco venit sup nos ista tribulatio. E quibus vnus ruben ait. Nunquid nō dixi vobis. nolite peccare in puerū: et nō audistis me? En sanguis eius exquirit̄. Nesciebāt enī q̄ intelligeret ioseph: eo q̄ p interpretē loqueret̄ ad eos. Auertitq; se parumper. et fleuit: et reuersus locutus est ad eos. Tollēsq; simeon. ligās illis p̄sentibus. iussit ministris vt implerent saccos eoꝝ tritico: et reponerēt pecunias singuloꝝ in saccis suis: datis supra cibarijs in via. Qui fecerunt ita. At illi portātes frumēta in asinis suis profecti sunt. Apertoq; vnus sacco. vt daret iumēto pabulū in diuersorio. ostemplatus pecuniā in ore sacculi: dixit frībus suis. Reddita est mihi pecunia. En habet̄ in sacco. et obstupefacti turbatiq; mutuo dixerūt. Quidnā est hoc q̄ fecit nobis deus? Venerūtq; ad iacob patrē suū in terra chanaan: et narrauerunt ei oīa que accidissent sibi dicētes. Locutus ē nobis dñs terre dure: et putauit nos exploratores esse p̄uintie Cui respōdimus. Pacifici sumus: nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus nō est sup: minimus cū patre nr̄o est in terra chanaan. Qui ait nobis. Sic p̄babo q̄ pacifici sitis. Fratrē vr̄m vnū dimittite apud me: et cibaria

domibus vestris necessaria sumite. et abite
Fratrēq; vestrū mīmū adducite ad me. vt
sciā qp nō sitis explozatozes: et istū qui te-
netur in vinculis recipe possitis: ac deinceps
quę vultis emendi habeatis licentiā. His
dictis. cū frumēta effunderēt singuli repere
runt in oze saccozū ligatas pecunias: exter
ritiq; sil' omibus. dixit pater iacob. Absq;
liberis me esse fecistis. Ioseph nō est sup: si-
meon tenetur in vinculis. et beniamin au-
feretis? In me hec omnia mala reciderunt.
Cui respōdit ruben. Duos filios meos inter
fice: si nō reduxero illū tibi. Trade illum in
manu mea: et ego eū tibi restituā. At ille:
nō descēdet inquit filius meus vobiscum.
Frater eius mozuus ē: et ipe solus remā-
sit. Si quid ei aduersitatis accident in ter-
ra ad quā pergitis: deducetis canos meos
1 cum dolore ad inferos. Ca. xliij.
Interim fames omnē terrā vehemēter
p̄mebat: o sumptisq; cibis q̄s ex egipto
detulerāt: dixit iacob ad filios suos. Reuer
timini: et emite nobis pauxillū escarū. Rn̄
dit iudas. Denūciauit nobis vir ille sub at
testatione iurisurādi dicēs. Nō videbitis
faciē meā. nisi frater vr̄m minimū adduxe-
ritis vobiscū. Si ergo vis eū mittere nobi-
scū: pgemus pariter et ememus tibi neces-
saria. si aūt nō vis: nō ibimus. Vir enī vt
sepe diximus. denūciauit nobis dicēs. Nō
videbitis faciē meā absq; frē vestro mini
mo. Dixit eis isr̄l. In meā hoc fecistis mise-
riā: ut indicaretis ei et aliū habere vos fra-
trē. At illi rn̄derunt. Interrogauit nos hō p
ordinē nr̄am ꝓgenie: si pater viueret: si ha
beremus fratrē. Et nos rn̄dimus ei ozdine
ter: iuxta id qđ fuerat scisitatus. Nūquid
scire poteramus qp dicturus esset: adducite
fratrē vr̄m vobiscū? Iudas q̄q; dixit patri
suo. Mitte puerū mecū vt ꝓficiscamur. et
possimus viuere: ne moriamur nos. et p-
uuli nr̄i. Ego suscipio puerū: de manu mea
require illū. Nisi reduxero et reddidero eū
tibi: ero pcti reus in te oī tpe. Si nō inter
cessisset dilatio: iā vice altera venissemus.
Igit̄ isr̄l pater eoz dixit ad eos. Si sic nc̄ce
est: facite quod vultis. Sumite de optimis
terre fructibus in vasis vr̄is et deferte viro
munera: modicū resine et mellis. et storax
as et stactes. et therebinti. et amigdalarū.
Pecuniāq; duplicē ferte vobiscum: et illam
quā inuenistis in sacculis reportate: ne for
te error factū sit. Sed et fratrē vr̄m tollite:
et ite ad virū. Deus aūt meus omipotens
faciat vobis eū placabilē: et remittat vo-
biscū fratrē vestrū quē tenet in vinculis: et
hūc beniamin. Ego aūt quasi orbatus. absq;
liberis ero. Tulerūt ergo viri munera et
pecuniā duplicē et beniamin: descēderūtq;
in egiptū: et steterūt coram ioseph. Quos cū
ille vidisset et beniamin simul: ꝓcepit dispē
satori domus sue dicēs. Introduc viros do
mū: et occide victimas. et instrue cōuiuiū:
qm̄ hodie mecū sūt comesturi meridie. Fe
cit ille qđ sibi fuerat imperatū: et introduxit
viros domū. Ibiq; exterriti dixerūt mutuo
Propter pecuniā quā retulimus ꝑ⁹ in sac
cis nostris introducti sumus: ut deuoluat in
nos calūniam. et violēter subiciat seruituti
et nos et asinos nr̄os. Quamobrē. in ipsis
foribus accedentes ad dispensatorē. locuti
sunt. Oramus dn̄e ut audias nos. Iam añ
descēdimus: ut emeremus escas: q̄bus em-
ptis. cū venissemus ad diuersoriū. aperui-
mus saccos nr̄os. et inuenimus pecuniā in
ore saccorū: quā nūc eodē pondere repor
tauimus. Sed et aliud attulimus argentū: ut
emamus q̄ nobis necessaria sūt. Nō est in
nr̄a sciētia: quis posuerit eā in marsupijs
nostris. At ille rn̄dit. Pax vobiscū: nolite ti
mere. Deus vester et deus p̄ris vr̄i. dedit vo
bis thesauros in saccis vr̄is. Nam pecuniā
quā dedistis mihi: ꝓbatā ego habeo. Edu
xitq; ad eos symeon. Et introductis domū
attulit aquā: et lauerūt pedes suos: dedитq;
pabulū asinis eorū. Ille vero parabāt mu-
nera: donec ingrederet̄ ioseph meridie. Au
dierant enim qm̄ ibi comesturi essent panē.
Igit̄ ingressus est ioseph domū suā: obtu-
lerūtq; ei munera. tenētes in manibus suis
et adorauerūt ꝓni in terrā. At ille clemen-
ter resalutatis eis: interrogauit eos dicēs. Sa
luscine est pater vester senex: de q̄ dixeratis
mihi? Adhuc viuit? Qui rn̄derunt. Sospes
est. seruus tuus pater noster. Adhuc viuit.
Et incuruati adorauerunt eum. Attollens

autē ioseph oculos: vidit beniamin fratrē
suū vterinū. et ait. Iste est frater vester par
uulus: de quo dixeratis mihi? Et rursum.
Deus inquit miseriat̄ tui fili mi. Festinauit
q3 in domū. q2 cōmota fuerāt viscera eius
sup fratre suo: et erūpebāt lachryme: et in
troiens cubiculū fleuit. Rursumq3 lota fa
cie egressus ꝯtinuit se. et ait. Ponite panes.
Quibus appositis seorsum ioseph. et seor-
sum fratribus. egiptijs q̊q3 qui vescebātur
simul seorsum: illicitū est enī egiptijs come
dere cū hebreis. et ꝓphanū putent huiusce-
modi ꝯuiuiū: sederūt corā eo. p̄mogenitus
iuxta p̄mogenita sua. ⁊ mimus iuxta etatē
suā. Et mirabant̄ nimis: sumptis ꝑtibus
q̄s ab eo acceperāt. Maiorq3 ꝑs venit ben
iamin: ita ut q̄nq3 ꝑtibus excederet. Bibe-
runtq3: et inebriati sunt cū eo. ¶ Ca. xliiij.

PRecepit aūt ioseph dispēsatori do-
mus sue dicēs. Imple saccos eoꝝ fru
mento q̄3tum p̄nt capere: et pone pecuniam
singuloꝝ in summitate sacci. Ciphum aūt
meū argenteū. et p̄ciū qđ dedit tritici: pone
in ore sacci iunioris. Factūq3 ē ita. Et orto
mane dimissi sunt cū asinis suis. Iamq3 vr
bem exierāt: et ꝓcesserāt paululū. Tunc io-
seph accersito dispēsatore domus ait. Sur-
ge inquit et ꝑsequere viros: et ap̄phēsis di
cito. Quare reddidistis malū ꝓ bono? Ci-
phus quē furati estis: ipse est in quo bibit
dn̄s meus et in q̊ auguriari solet. Pessimā
rē fecistis. Fecit ille vt iusserat: et apprehen-
sis ꝑ ordinē locutus est. Qui responderūt.
Quare sic loquit̄ dn̄s noster: ut serui tui tā
tū flagicij cōmiserint? Pecuniā quā inueni-
mus in summitate saccorū: reportauimus
ad te de terra chanaan. Et quō ꝯsequens
est. ut furati simus de domo dn̄i tui aurum
vel argentū? Apud quēcunq3 fuerit inuen-
tū seruoꝝ tuorū qđ queris moriat̄: et nos
erimus serui dn̄i nr̄i. Qui dixit eis. Fiat iu
xta vestrā sn̄iam. Apud quēcunq3 fuerit in
uentū ipse sit seruus meus: vos aūt eritis in
noxij. Itaq3 festinato deponētes in terrā sac
cos: aperuerūt singuli. Quos scrutatus. inci
piens a maiori vsq3 ad minimū: inuenit ci
phum in sacco beniamin. At illi scissis vesti
bus. oneratisq3 rursum asinis. reuersi sūt in

opidū: p̄musq3 iudas cū fratribus. ingres-
sus ē ad ioseph. Necdū enī de loco abierat
Om̄esq3 ante eū pariter in terrā corruerunt
Quibus ille ait. Cur sic agē voluistis? An
ignoratis q̄ non sit sil'is mei in auguriandi
sciētia? Cui iudas. Quid rn̄debimus inq̄t
dn̄o meo. vel q̄d loquemur: aut iuste pote
rimus obtēdere? Deus inuenit iniq̄tatē ser
uoꝝ tuoꝝ. En om̄s serui sumus dn̄i mei:
et nos et apud quē inuētus ē ciphus. Rn̄
dit ioseph. Absit a me: vt sic agā. Qui fu-
ratus ē ciphū. ipse sit seruus meus: vos aūt
abite liberi ad patrē vr̄m. Accedēs aūt ꝓ-
pius iudas. ꝯfidēter ait. Oro dn̄e audi me
ut loq̄tur seruus tuus verbū in aurib⁹ tuis:
et ne irascaris famulo tuo. Tu es enī post
pharaonē dn̄s meus. Interrogasti p̄us ser-
uos tuos habetis patrē aut fratrem: et nos
rn̄dimus tibi dn̄o meo. Est nobis pater se
nex: et puer paruulus q̄ in senectute illius
natus est: cuius vterinus frater ē mortuus:
et ip̄m solū habet mater sua: pr̄ vero tenere
diligit eū. Dixistiq3 seruis tuis. Adducite
eū ad me: et ponā oculos meos sup illum.
Suggessimus tibi dn̄o meo: nō pōt puer re
linquere patrē suū. Si enī illū dimiserit mo
rietur. et dixisti seruis tuis. Nisi venerit fra
ter vester mīmus vobiscū: nō videbitis am
plius faciē meā. Cū ergo ascēdissemus ad
famulū tuū patrē nr̄m: narrauimus ei oīa
que locutus ē dn̄s meus. Et dixit pater no
ster. Reuertimini: et emite nobis parū triti
ci. Cui diximus. Nō possumus ire. Si fra-
ter noster minimus descēderit nobiscū ꝓfi-
ciscemur simul: alioquin illo absente nō au
demus videre faciē viri. At ille respondit.
Vos scitis q̄ duos genuerit mihi vxor mea
Egressus est vnus. et dixistis bestia deuo
rauit eū: et hucusq3 nō cōparet. Si tulerit is
et istū et aliquid ei in via contigerit: dedu
cetis canos meos cum merore ad inferos.
Igitur si intrauero ad seruū tuū patrē nostrū
et puer defuerit: cū anima illius ex huius
anima depēdeat. videritq3 ip̄m nō esse no-
biscū. morietur: et deducēt famuli tui canos
eius cū dolore ad inferos. Ego ꝓprie seruus
tuus sim: qui in meam hūc recepi fidem. et
spopōdi dicēs. Nisi reduxero eum: peccati

reus ero in patrē meū oī tpe. Manebo itaq; seruus tuus, ꝓ puero in mīsterio dñi mei: et puer ascēdat cū frībus suis. Nō enī possum redire ad patrē absente puero: ne calamitatis q̄ oppressura est prēz meū. testis assistā.

Non se poterat vltra cohibe ¶ Ca. xlv.
re ioseph. multis corā astātibus: vñ p̄cepit vt egrederent̄ cūcti foras: et nullus interesset alienus agnitioni mutue. Eleuauitq; vocē cum fletu: quā audierūt egiptij. omīsq; domus pharaonis: et dixit frībus suis. Ego sum ioseph. Adhuc pater meus viuit? Nō poterāt rñdere fratres: nimio terrore ꝑterriti. Ad quos ille clemēter: accedite inquit ad me. Et cū appropinq̄ssent ꝓpe ego sum ait ioseph frater vester: quē vēdidistis in egiptū. Nolite pauere: neq; vobis durū esse videat̄ q̄ vendidistis me in his regionibus. Pro salute enī vr̄a misit me deus ante vos in egiptū. Bienniū est enī q̄ cepit fames esse in terra: ⁊ adhuc quīq; anni restāt q̄bus nec arari potent nec meti. Premisitq; me deus vt reseruemini sup terrā: et escas ad viuendū habere possitis. Nō vr̄o ꝯsilio: sed dei voluntate huc missus sum: q̄ fecit me quasi patrē pharaonis. et dñm vniuerse domus eius: ac principē in omī terra egipti. Festinate et ascēdite ad patrē meū: et dicetis ei. Hec mādat filius tuus ioseph Deus fecit me dominū vniuerse terre egipti. Descende ad me ne morens: et habitabis in terra iessen. Erisq; iuxta me tu. et filij tui. et filij filiorꝫ tuorꝫ: oues tue. et armenta tua. et vniuersa q̄ possides: ibiq; te pascā. Adhuc enī quīq; anni residui sunt famis: ne et tu pereas. et oīs domus tua: et omnia que possides. En oculi vestri. et oculi fratris mei beniamin vident: q̄ os meū loquatur ad vos. Nunciate pr̄i meo vniuersam gloriā meā: et cūcta q̄ vidistis in egipto. Festinate: et adducite eū ad me. Cūq; amplexatus recidisset in collū beniamin fr̄is sui. fleuit: illo quoq; similiter flēte sup collū eius. Osculatusq; ē ioseph om̄es fratres suos: et plorauit sup singl̄os. Post que ausi sunt loqui ad eū. Auditūq; est ⁊ celebri sermone vulgatū in aula regis: uenerūt fr̄es ioseph Et gauisus ē pharao: atq; oīs familia eius

Dixitq; ad ioseph: ut imparet fratribus suis dicens. Onerantes iumēta ite in terram chanaan. et tollite inde patrē vr̄m ⁊ cognationē. et venite ad me: et ego dabo vobis oīa bona egipti. ut comedatis medullā terre. Precipe etiā vt tollant plaustra de terra egipti: ad subiectionē paruulorū suorū ac ꝯiugū. Et dicito. Tollite patrē vr̄m. et ꝓperate q̄ totius venientes: nec dimittatis q̄cq̄ de suppellectili vr̄a: q2 om̄s opes egipti vr̄e erūt. Fecerūtq; filij israhel: ut eis mandatū fuerat. Quibus dedit ioseph plaustra scd̄m pharaonis imperiū: et cibaria in itinere. Singulis q̄q; ꝓferri iussit binas stolas: beniamin vero dedit trecētos argēteos. cū quinq; stolis optimis. tantundē pecunie et vestiū mittēs patri suo: addens eis asinos decē. qui subueherēt ex oībus diuitijs egipti. et totidē asinas triticū in itinere. panesq; portātes. Dimisit ergo fr̄es suos: ⁊ ꝓficiscētibus ait. Ne irascamini in via. Qui ascendentes ex egipto. venerūt in terrā chanaan ad patrē suū iacob: et nūciauerūt ei dicētes Ioseph filius tuus viuit: et ip̄e dominat̄ in omī terra egipti. Quo audito iacob: quasi de graui somno euigilās. tamē nō credebat eis: illi ecōtra referebāt oēm ordinē rei. Cūq; vidisset plaustra et vniuersa q̄ miserat: reuixit spūs eius. et ait. Sufficit mihi si adhuc ioseph filius meus viuit: vadā et videbo illū anteq̄ moriar. ¶ Ca. xlvi.

Profectusq; israhel cū omībus q̄ habebat. venit ad puteū iuramēti: et mactatis ibi victimis deo pr̄is sui isaac. audiuit eū ꝑuisionē nocte vocātē se: et dicētē sibi. Iacob iacob. Cui rñdit. Ecce assum. Ait illi deus. Ego sū fortissimus deus pr̄is tui. Noli timere: sz descēde in egiptū. q2 in gentē magnā faciā te ibi. Ego descendā tecū illuc: et ego inde adducā te reuertentē. Ioseph q̄q; ponet manus suas sup oculos tuos. Surrexit iacob mane a puteo iuramēti: tulerūtq; eū filij cū ꝑuulis et vxoribus suis in plaustris que miserat pharao ad portandū senem: et omīa q̄ possederat in terra chanaā Venitq; in egiptū cū omni semine suo: filij eius et nepotes: filie et cuncta simul ꝓgenies. Hec sunt autē nomina filiorꝫ israhel.

qui ingressi sunt in egiptū: ipe cū liberis suis
Primogenitus ruben. Filij ruben. enoch. et
phallu. et esrom. ⁊ charmi. Filij simeon: ia
muhel. et iamin. et iami. et ahod. et iachim
et saber ⁊ saul filius chananitidis. Filij leui
gerson. et caath. et merari. Filij iuda: her. et
onan. et sela. et phares. et zara. Mortui sūt
aūt her et onan in t̄ra chanaā. Natiq; sunt
filij phares: esrom et amul. Filij ysachar:
thola. et phua. ⁊ iobab. ⁊ semrō. Filij zabu
lon: sareth. et chelon. et iahelel. Hi filij lye
q̊s genuit ī mesopotamia syrie: cū dina fi
lia sua. Om̄s aīe filiorꝫ eius ⁊ filiarū trigin
tatres. Filij gad sephon. et aggi. et esebon.
et sumi. et beri. et arodi. et areli. Filij aser.
iemna. et iesua. et iesui. et beria. sara q̊q; so
ror eorꝫ. Filij beria: heber. et melchiel. Hi
filij zelphe. quā dedit laban lye filie sue: et
hos genuit iacob. sedecim aīas. Filij rachel
vxoris iacob: ioseph et beniamin. Natiq;
sunt ioseph filij in terra egipti: quos genuit
ei assenech. filia phutifaris sacerdotis elio-
poleos. manasses. et effraim. Filij beniamin
bela. et bechor. et asbel. et gera. et naaman
et iechri. et iethros. mophim. et ofim. et a-
red. Hi filij rachel. quos genuit iacob: oēs
aīe q̄tuordecī. Filij dan. vsan. Filij nepta
lim: iasiel. et guni. et ieser. et salē. Hi filij ba
le. quā dedit labā racheli filie sue: et hos ge
nuit iacob: oēs aīe septē. Cūcteq; aīe q̄ in-
gresse sunt cū iacob in egiptū: ⁊ egresse sunt
de femore illius. absq; vxoribꝰ filiorꝫ eius:
sexaginta sex. Filij aūt ioseph. q̄ nati sunt ei
in terra egipti: aīe due. Om̄es aīe domus
iacob. q̄ ingresse sūt in egiptū: fuere septua
ginta. Misit autē iacob iudā ante se ad io-
seph in egiptū. ut nūciaret ei: et ille occurre-
ret in iessen. Quo cū ꝑuenisset iūcto ioseph
curru suo. ascēdit obuiā p̄ri ad eundē locū.
Videnſq; eū. irruit super collū eius: et inter
amplexus fleuit. Dixitq; p̄r ad ioseph. Iā
letus moriar. q2 vidi faciē tuā: et supstitē
te relinquo. Et ille locutus est ad fr̄es suos.
et ad omnē domū p̄ris sui. Ascendā et nū
ciabo pharaoni: dicāq; ei. Fratres mei ⁊ do
mus p̄ris mei q̄ erāt in terra chanaā. vene-
runt ad me: et sunt viri pastores ouiū. curā
q; h̄nt alendorꝫ gregū. Pecora sua. ⁊ armē
ta et oīa que h̄re potuerūt. adduxerūt secū.
Cūq; vocauerit vos. et dixerit. q̄d est opus
vr̄m: r̄ndebitis. Viri pastores sumus serui
tui ab infantia nr̄a vsq; in p̄ns: et nos et pa
tres nr̄i. Hec aūt dicetis. ut habitare possi-
tis in terra iessen: q2 detestat̄ egiptij om̄es
pastores ouium. ¶ Ca. xlvij.

INgressus g̊ ioseph: nūciauit pharao
ni dicens. Pater meus et fr̄es. oues eorꝫ et
armenta. et cūcta q̄ possidēt. venerūt de ter
ra chanaan: et ecce cōsistunt in terra iessen.
Extremos q̊q; fratrū suorꝫ quīq; viros. cō
stituit corā rege. Quos ille interrogauit. q̄d
habetis operis? R̄nderunt. Pastores ouiū
sumus serui tui: et nos et p̄res nr̄i. Ad pere-
grinandū in terrā tuā venimus: qm̄ nō est
herba gregibus seruorꝫ tuorꝫ. ingrauescēte
fame in t̄ra chanaan. Petimusq; ut esse nos
iubeas seruos tuos in terra iessen. Dixit ita
q; rex ad ioseph. Pater tuus ⁊ fratres tui ve
nerunt ad te. Terra egipti in ꝯspectu tuo ē:
in optimo loco fac eos habitaē: et trade eis
terrā iessen. Quod si nosti in eis esse viros
industrios: ꝯstitue illos magistros pecorū
meorꝫ. Post hec introduxit ioseph patrē su-
um ad regē: et statuit eū corā eo. Qui bene
dicens illi: et interrogatus ab eo. quot sunt
dies annorꝫ vite tue: r̄ndit. Dies ꝑegrina-
tionis vite mee centūtriginta annorꝫ sunt.
parui et mali: et nō ꝑuenerūt vsq; ad dies
patrū meorꝫ q̄bus ꝑegrinati sunt. Et b̄ndi
cto rege. egressus est foras. Ioseph vero p̄ri
et fr̄ibus suis dedit possessionē ī egipto in
optimo terre solo ramesses. ut p̄cepat pha
rao: et alebat eos. omnēq; domū patris sui
p̄bens cibaria singulis. In toto enī orbe pa
nis deerat: et oppresserat fames terrā: ma-
xime egipti. et chanaan. E q̄bus omnē pe-
cuniā cōgregauit ꝓ venditione frumēti: et
intulit eā in erariū regis. Cūq; defecisset em
ptoribus p̄ciū: venit cuncta egiptus ad io-
seph dicēs. Da nobis panes. Quare mori
mur corā te. deficiēte pecunia? Quibus ille
r̄ndit. Adducite pecora vr̄a: ⁊ dabo vobis
ꝓ eis cibos: si p̄ciū nō habetis. Que cū ad-
duxissent dedit eis alimēta ꝓ equis et oui
bus ⁊ bobus et asinis: sustētauitq; eos illo
āno ꝓ cōmutatiōe pecorꝫ. Venerūt q̊q; āno

scō·et dixerūt ei·Nō·celamus dñō nostro
q̄ deficiēte pecunia·pecora simul defecerūt:
nec clam te ē: q̄ ab sq̄z corpibus et terra nī
hil habemus. Cur ergo moriemur te vidē-
te? Et nos et terra nr̄a tui erimus. Eme nos
in seruitutē regiā·et p̄be semina: ne peūte cul
tore redigat̄ tra in solitudinē. Emit igit̄ Io-
seph oēm terrā egipti: vendētibus singulis
possessiones suas pre magnitudine famis.
Subiecatq̄z eam pharaoni·et cūctos pp̄'os
eius·a nouissimis terminis egipti vsq̄z ad ex
tremos fines eius·p̄ter terrā sacerdotū que
a rege tradita fuerat eis: q̄bus et statuta a
baria ex horreis publicis p̄bebant̄: et idcir
cō nō sunt cōpulsi vēdere possessiōes suas.
Dixit ergo Ioseph ad pp̄'os. En ut cernitis
et vos et terrā vr̄am pharaoni possidet. Acci
pite semina et serite agros: ut fruges habe-
re possitis. Quintā partē regi dabitis: q̄tuor
reliquas p̄mitto vobis in sementē·et in ci-
bū familijs et liberis vr̄is. Qui r̄nderūt. Sa
lus nr̄a in manu tua est. Respiciat nos tm̄
dñs noster: et leti seruiemus regi. Ex eo tpe
vsq̄z in p̄sentē diē in vniuersa terra egipti
regibus quinta ps soluit̄: et factū est quasi
in legē·absq̄z terra sacerdotali: q̄ libera ab
hac ōditiōe fuit. Habitauit ergo isr̄l' in egi-
pto·id est in terra ramesse·et possedit eam: au
ctusq̄z est et multiplicatus nimis: et vixit in
ea decē et septē annis. Factiq̄z sunt omnes
dies vite illius centū quadraginta septē an
norū. Cūq̄z appropinq̄re cerneret diē mor
tis eius. vocauit filiū suū Ioseph: et dixit ad
eum. Si inueni gratiā in cōspectu tuo·pone
manū tuam sub femore meo·et facies mihi
misericordiā et veritatē: ut nō sepelias me
in egipto. sed dormiā cū patribus meis: et
auferas me de terra hac·condasq̄z me in se-
pulchro maiorū. Cui r̄ndit Ioseph. Ego fa
ciam q̄ iussisti. Et ille: iura ergo inquit mi
hi. Quo iurante: adorauit isrāel dñm: cō-
uersus ad lectuli caput. ¶ Ca. xlviij.
Is ita trāsactis nūciatū est Ioseph: q̄
egrotaret pater suus. Qui assumptis duo-
bus filijs manasse et effraim: ire p̄perat. Di
ctūq̄z est seni. Ecce filius tuus Ioseph venit
ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et in
gressus ad se Ioseph. ait. Deus omnipotēs ap
paruit mihi in luza. que ē in terra chanaan
benedixitq̄z mihi. et ait. Ego te augebo et
multiplicabo: et faciam te in turbas pp̄'orū.
Daboq̄z tibi terrā hāc·et semini tuo post te:
in possessiōz sempiternā. Duo ergo filij tui
qui nati sunt tibi in terra egipti. anteq̄z huc
venirē ad te·mei erūt effraim et manasses:
sicut simeō·et ruben reputabunt̄ mihi. Reli
qui quos aūt quos genueris post eos tui erūt: et
nomine fratrū suorū vocabunt̄ in possessioni-
bus suis. Mihi enī q̄n veniebā de mesopo
tamia·mortua est rachel in terra chanaan:
in itinere. Eratq̄z vernū tēpus. Et ingre
diebar effratam. et sepeliui eā iuxta viā ef-
fratheē: que alio nomine appellat̄ bethleem.
Videns aūt filios eius: dixit ad eum. Qui
sunt isti? Rndit. Filij mei sunt: q̄s donauit
mihi dñs i hoc loco. Adduc inquit eos ad
me: ut benedicā illis. Oculi enī isrāhel caligā
bant p̄ nimia senectute: et clare videre non
poterat. Applicatosq̄z ad se deosculatus. et
circūplexus: dixit ad filiū suū. Nō sum frau
datus aspectu tuo: insup ostēdit mihi deus
semen tuū. Cūq̄z tulisset eos Ioseph de gre-
mio p̄ris·adorauit p̄mus in terrā: et posuit
effraim ad dexterā suā id est ad sinistram
isr̄l': manasses vero in sinistra sua ad dexte-
rā scz patris: applicuitq̄z ambos ad eū. Qui
extendēs manū dexterā·posuit super caput
effraim minoris fratris: sinistrā aūt sup ca-
put manasse·q̄ maior natu erat: cōmutans
manus. Benedixitq̄z Iacob filios Ioseph: et
ait. Deus in cuius conspectu ambulauerūt p̄res
mei abraham et isaac: deus qui pascit me ab
adolescentia mea vsq̄z in p̄sentē diē: ange
lus qui eruit me de cūctis malis benedicat
pueris istis: et inuocet̄ sup eos nomē meū·
nomina q̄q̄z patrū meorū abraham·et isaac: et
crescāt in multitudine sup terrā. Vidēs aūt
Ioseph q̄ posuisset̄ p̄r̄ suus dextrā manū su-
per caput effraim: grauiter accepit. Et appre
hensam manū p̄ris·leuare conatus ē· de ca
pite effraim: et trāsferre sup caput manasse
Dixitq̄z ad patrē. Nō ita cōuenit pater: q̄
hic est p̄mogenitus. Pone dexterā tuā sup
caput eius. Qui renuēs ait. Scio fili mi scio.
Et iste quippe erit in populos·et multiplica
bitur: sed frater eius minor maior erit illo:

et semen illius crescet in gentes. Bñdixitq3
eis in tpe illo dicens. In te bñdicet̃ israhel:
atq3 dicet̃. Faciat tibi deus sicut effraim et
sicut manasse. Cõstituitq3 effraim ante ma-
nassen. Et ait ad ioseph filium suũ. En ego
morior: et erit deus vobiscũ: et reducet vos
ad terrã patrũ vr̃oꝝ. Do tibi partẽ vnã ex
tra fratres tuos: quã tuli de manu amor rei
in gladio et arcu meo. ¶ Ca. xlix.
Vocauit aũt iacob filios suos: ⁊ ait eis
Cõgregamini: ut ãnunciẽ q̃ ventura sũt vo
bis in diebus nouissimis. Cõgregamini et
audite filij iacob: audite israhel patrẽ vr̃m.
Ruben p̃mogenitus meus. Tu fortitudo
mea: et p̃ncipiũ doloris mei. Prior in do-
nis: maior in imp̃io. Effusus es sicut aqua
Nõ crescas: q2 ascẽdisti cubile p̃ris tui: et
maculasti stratũ eius. Simeon ⁊ leui fr̃es:
vasa iniq̃tatis bellãtia. In ꝯciliũ eoꝝ nõ ve
niat aĩa mea. et in cetu illoꝝ non sit gloria
mea: q2 i furore suo occiderũt virũ: et in vo
luntate sua suffoderũt murũ. Maledictus
furor eoꝝ q2 ꝑtinax: et indignatio eoꝝ q2
dura. Diuidã eos in iacob: et dispgã eos
in isrl̃. Iuda: te laudabũt fr̃es tui. Manus
tue in ceruicibus inimicoꝝ tuoꝝ: adorabũt
te filij p̃ris tui. Catulus leonis iuda. Ad p̃-
dam fili mi ascẽdisti: req̃escens accubuisti
ut leo: et q̃si leena. Quis suscitabit eũ? Nõ
auferet̃ sceptrũ de iuda. et dux de femore
eius: donec veniat q̃ mittẽdus ẽ: et ip̃e erit
expectatio gentiũ. Ligans ad vineã pullũ
suũ: et ad vitẽ o fili mi asinã suã. Lauabit
in vino stolã suã: et in sanguine vue palliũ
suũ. Pulchriores sũt oculi eius vino: et dẽ
tes eius lacte cãdidiores. Zabolon in lito
re maris habitabit: et in statiõe nauiũ: ꝑ-
tingens vsq3 ad sydonem. Ysachar asinus
fortis: accubãs inter terminos. Vidit req̃-
em q̃ esset bona. et terrã q̃ optima: et sup
posuit humerũ suũ ad portandũ: factusq3 ẽ
tributis seruiẽs. Dan iudicabit ꝓpl̃m suũ: si
cut ⁊ alia tribus in isrl̃. Fiat dan coluber in
via cerastes in semita. mordens vngulas
equi: ut cadat ascensor eius retro. Salutare
tuũ expectabo dñe. Gad accinctus p̃liabit̃
ante eũ: et ip̃e accinget̃ retrorsũ. Aser pin
guis panis eius: et p̃bebit delitias regibus

Neptalim ceruus emissus: et dãs eloquia
pulchritudinis. Filius accrescẽs ioseph: fi-
lius accrescẽs ⁊ decorus aspcũ. Filie discur
rerũt sup murũ: s3 exaspauerũt eũ: et iurga
ti sunt: inuideruntq3 illi hñtes iacula. Sedit
in forti arcus eius: et dissoluta sunt vincula
brachioꝝ et manuũ illius. p manus potẽ-
tis iacob. Inde pastor egressus ẽ: lapis isrl̃.
Deus p̃ris tui erit adiutor tuus. et omĩpo-
tens bñdicet tibi bñdictiõibus celi desup.
bñdictionib⁹ abissi iacẽtis deorsũ: bñdicti
onib⁹ vberũ et vulue. Bñdictiões p̃ris tui.
ꝯfortate sunt bñdictionibus p̃rm eius: do
nec veniret desideriũ colliũ et̃noꝝ. Fiant in
capite ioseph et ĩ vertice nazarei: inter fr̃es
suos. Beniamin lupus rapax: mane come
det p̃dam: ⁊ vespe diuidet spolia. Om̃s hi
in tribub⁹ isrl̃ duodecĩ. Hec locutus ẽ eis
p̃r suus. bñdixitq3 singulis bñdictionibus
ꝓprijs: ⁊ p̃cepit eis dicẽs. Ego ꝯgregor ad
ꝓpl̃m meũ. Sepelite me cũ p̃ribus meis in
spelũca duplici. q̃ est ĩ agro ephron ethei cõ
tra mãbre in t̃ra chanaã: quã emit abrahã
cũ agro ab ephron etheo in possessionẽ se-
pulchri. Ibi sepelierũt eũ: ⁊ sarã vxorẽ eius
Ibi sepultus ẽ isaac: cũ rebecca cõiuge sua.
Ibi ⁊ lia ꝯdita iacet. Finitisq3 mãdatis q̃-
bus filios instruebat. collegit pedes suos su
per lectulũ et obijt: appositusq3 est ad ꝓpl̃m
suũ ¶ Ca. l.
Quod cernẽs ioseph. ¶ ruit sup faciẽ p̃ris. flens et deosculãs
eũ: p̃cepitq3 ꝑuis suis medicis: ut aromati-
bus ꝯdirẽt p̃rem. Quib⁹ iussa explẽtibus:
trãsierũt q̃draginta dies. Iste q̃ꝓpe mos erat
cadauerũ ꝯditoꝝ. Fleuitq3 eũ egiptus sep
tuaginta diebus. Et expleto plãctus tpe:
locutus ẽ ioseph ad familiã pharaonis. Si
inueni gr̃am in ꝯspectu vr̃o. loquimĩ in au
ribus pharaonis. eo q̃ p̃r meus adiurauer-
it me dicẽs. En morior in sepulchro meo
qđ fodi mihi in terra chanaan. sepelies me.
Ascendã igit̃ ⁊ sepeliã p̃rem meũ: ac reuer
tar. Dixitq3 ei pharao. Ascẽde et sepeli pa-
trẽ tuũ: sicut adiuratus es. Quo ascendente
ierũt cũ eo om̃s senes domus pharaonis.
cunctiq3 maiores natu terre egipti. domus
ioseph cũ fratribus suis absq3 paruulis. et
gregibus atq3 armentis: que dereliquerunt

in terra iessen. Habuit q̊q̃ in comitatu cur
rus et equites. ⁊ facta est turba nō modica
venerūtq̃ ad aream adad. q̄ sita est trans
iordanē: vbi celebrātes exequias planctu
magno. atq̃ vehemēti. impleuerūt septem
dies. Qđ cū vidissent habitatores t̄re cha-
naan: dixerūt. Planctus magnus ē iste egi
ptijs. Et idcirco vocatū ē nomen loci illius
plāctus egipti. Fecerūt ergo filij iacob sicut
p̄ceperat eis: et portātes eū in terrā chanaā
sepelierūt eū in spelunca duplici: quā eme-
rat abraham cū agro in possessionē sepul-
chri. ab ephron etheo. ꝯtra faciē mambre.
Reuersusq̃ ē ioseph in egiptū cū fratribus
suis et omni comitatu: sepulto patre. Quo
mortuo timētes fratres eius: et mutuo col
loquētes. ne forte memor sit iniurie quam
passus est. et reddat nobis omne malū qđ
fecimus: mandauerūt ei. Pater tuus p̄cepit
nobis anteq̃ moreretur: ut hec tibi verbis
illius diceremus. Obsecro vt oliuiscaris sce
leris fr̄m tuorū: et peccati atq̃ malicie quā
exercuerūt in te. Nos q̊q̃ oramus: ut seruo
dei patri tuo dimittas iniquitatē hāc. Qui
bus auditis fleuit ioseph: venerūtq̃ ad eū
fratres sui. et ꝓni adorātes in terrā dixerūt
Serui tui sumus. Quibus ille rn̄dit. Nolite
timere. Num dei possumus resistere volū-
tati? Vos cogitastis de me malū. sed deus
vertit illud in bonum: ut exaltaret me sicut
in p̄sentiarū cernitis: et saluos faceret mul-
tos ꝓpl'os. Nolite timere. Ego pascā vos:
et ꝑuulos vr̄os. Cōsolatusq̃ est eos. et blā
de. et leniter est locutus: et habitauit in egi
pto cū omi domo pr̄is sui. Vixitq̃ centūde
cē annis. et vidit effraim filios vsq̃ ad ter-
tiā generationē. Filij q̊q̃ machir filij ma-
nasse. nati sunt in genibus ioseph. Quibus
trāsactis: locutus ē fr̄ibus suis. Post mortē
meā deus visitabit vos: et ascēdere vos fa-
ciet de terra ista. ad terrā quā iurauit abra
hā. isaac. et iacob. Cūq̃ adiurassꝫ eos atq̃
dixisset. deus visitabit vos. asportate ossa
mea vobiscū de loco isto: mortuus ē. exple
tis centūdecē vite sue annis: et ꝯditus aro-
matibus, repositus est in loculo in egipto.

Finit liber Genesis. Incipit Elles moth-
quē nos Exodi dicimus.

Hec sunt nomia filiorū
israhel: qui ingressi sūt
in egiptū cū iacob. Sin
guli cū domibus suis
introierunt. Ruben. si-
meon. leui. iudas. ysa
char. zabulon. et benia
min. dan. et neptalim. gad. et aser. Erāt igi
tur om̄es aīe eorꝫ qui egressi sunt de femo-
re iacob. septuaginta. Ioseph aūt in egipto
erat. Quo mortuo et vniuersis fr̄ibus eius
omiq̃ cognatiōe sua: filij isr̄l creuerūt. et q̄-
si germinātes multiplicati sunt: ac roborati
nimis impleuerūt terrā. Surrexit interea rex
nouus super egiptū: qui ignorabat ioseph.
Et ait ad ꝓpl'm suū. Ecce ꝓpl'us filiorū isra-
hel multus: et fortior nobis est. Venite sa-
pienter opprimamus eū. ne forte multiplice
tur: et si ingruerit ꝯtra nos bellū. addat̄ ini-
micis nostris: expugnatisq̃ nobis. egredia-
tur de terra. Preposuit itaq̃ eis mg r̄os ope
rū. ut affligerēt eos oneribus. Edificauerūt
q̃ vrbes tabernaculorꝫ pharaoni. phitō et
ramasses. Quātoq̃ opprimebāt eos: tanto
magis multiplicabant̄ et crescebāt. Oderāt
q̃ filios isr̄l egiptij. et affligebāt illudentes
et inuidētes eis: atq̃ ad amaritudinē ꝑdu
cebāt vitā eorꝫ opibus duris luti et late-
ris: omiq̃ famulatu q̊ in terre opibus pre-
mebant̄. Dixit aūt rex egipti obstetricibus
hebreorꝫ: quarū vna vocabat̄ sephora. al
tera phua: p̄cipiēs eis. Quando obstetrica
bitis hebreas. et partus tēpus aduenerit: si
masculus fuerit. interficite eū: si femīa reser
uate. Timuerūt aūt obstetrices deū: et non
fecerūt iuxta p̄ceptū regis egipti: sꝫ ꝯserua
bāt mares. Quibus accersitis ad se rex ait.
Quidnā est hoc qđ facere voluistis: ut pu-
eros seruaretis? Que rn̄derūt. Nō sunt he-
bree. sicut egiptie mulieres. Ipse enī obste
tricādi habēt sciētiā: et priusq̃ veniamus
ad eas pariunt. Bene ergo fecit dn̄s obste-
tricibus: et creuit ꝓpl'us: cōfortatusq̃ est ni-
mis. Et qꝛ timuerūt obstetrices deū: edifica
uit eis domos. Precepit ergo pharao om-
ni populo suo dicēs. Quicquid masculini
sexus natū fuerit in flumen proijcite: quic-
quid feminini reseruate.

EGressus ē post hec vir de domo leui
et accepit vxorē stirpis sue: q̄ ꝯcepit
et pepit filiū. et videns eū elegantē. abscō-
dit tribus mēsibus. Cūq; iā celare nō possz
sumpsit fiscellā scirpeā. et liniuit eā bitumi-
ne ac pice: posuitq; intus infantulū. et expo
suit eū in carecto ripe fluminis: stante ꝓcul
sorore eius et ꝯsiderāte euentū rei. Ecce au
tē descēdebat filia pharaonis ut lauaretur
in flumine: et puelle eius gradiebant̄ ꝑ cre
pidinē aluei. Que cū vidisset fiscellā in pa
pirione. misit vnā e famulabus suis: et al-
latā a ꝑiens cernēsq; in ea ꝑuulū vagientē
miserta eius ait. De infātibus hebreoꝝ est
hic. Cui soror pueri: vis inq̄t vt vadā. et
vocē tibi mulierē hebreā. q̄ nutrire possit in
fantulū? Rn̄dit: Vade. Perrexit puella: et
vocauit matrē suā. ad quā locuta filia pha
raonis: accipe ait puerū istū. et nutri mihi:
ego dabo tibi mercedē tuā. Suscepit muli-
er. et nutriuit puerū: adultūq; tradidit filie
pharaonis. Quē illa adoptauit in locū filij
vocauitq; nomē eius moises. dicens: quia
de aqua tuli eū. In diebus illis postq̄ cre-
uerat moises egressus ē ad fratres suos: vi
ditq; afflictionē eoꝝ: et virū egiptiū ꝑcuti
entē quendā de hebreis fr̄ibus suis. Cūq;
ꝯspexisset huc atq; illuc. et nullū adesse vi-
disset: percussum egiptiū abscondit sabulo.
Et egressus die altero. ꝯspexit duos hebre
os rixātes: dixitq; ei qui faciebat iniuriam.
Quare ꝑcutis ꝓximū tuū? Qui rn̄dit. Quis
ꝯstituit te principē et iudicē sup nos? Num
occidē me tu vis. sicut heri occidisti egiptiū
Timuit moises et ait. Quomodo palā fa
ctum est verbum istud? Audiuitq; pharao
sermonē hūc: et querebat occidere moisen.
Qui fugiens de ꝯspectu eius. moratus ē in
terra madian: et sedit iuxta puteum. Erāt
aūt sacerdoti madian septē filie. que vene-
rant ad hauriendā aquā: et impletis cana
libus. adaquare cupiebāt greges pr̄is sui.
Supuenere pastores: et eiecerūt eas. Sur-
rexitq; moises: et defensis puellis adaqua-
uit oues earū. Que cū reuertissent ad ietro
patrē suū: dixit ad eas. Cur velocius veni-
stis solito? Dixerunt. Vir egiptius liberauit
nos de manu pastoꝝ. Insu ꝑ hausit aquā
nobiscū: potūq; dedit ouibus. At ille: vbi
est inquit? Quare dimisistis hominē? Vo-
cate eū ut comedat panē. Iurauit ergo moi
ses q̄ habitaret cū eo. Accepitq; sephorā
filiā eius vxorē: que peperit ei filiū: quē vo
cauit gersan dicēs. Aduena fui in terra ali
ena. Alterū vero pepit: quē vocauit eliezer
dicēs. Deus enī pr̄is mei adiutor meus: et
eripuit me de manu pharaonis. Post mul-
tū vero tēporis mortuus est rex egipti. Et
ingemiscētes filij israhel ꝓpter opera. voci-
ferati sunt. Ascenditq; clamor eoꝝ ad deū
ab opibus: et audiuit gemitū eorū: ac re-
cordatus est federis qđ pepigit cū abrahā
isaac. et iacob. Et respexit dn̄s filios israhel
et cognouit eos. ¶ Ca. iij.

MOises aūt pascebat oues ietro soceri
sui. sacerdotis madian. Cūq; minasset gre
gem ad interiora deserti: venit ad mōtem
dei oreb. Apparuitq; ei dn̄s in flāma ignis
de medio rubi: et videbat q̄ rubus arde-
ret: et nō ꝯbureret̄. Dixit ergo moises. Va
dā et videbo visionē hāc magnā: q̄re nō
cōburat̄ rubus. Cernēs aūt dn̄s q̄ ꝑgeret
ad videndū: vocauit eū de medio rubi. et
ait. Moises moises. Qui respōdit. Assum
At ille: nō appropies inq̄t huc. Solue calci
amentū de pedibus tuis. Locus enī in quo
stas terra sancta est. Et ait. Ego sum deus
pr̄is tui: deus abrahā. et deus isaac. et de-
us iacob. Abscōdit moises faciē suā. Non
enī audebat aspicere ꝯtra deū. Cui ait dn̄s
Vidi afflictionē ꝓpl'i mei in egipto: et cla-
morē eius audiui: ꝓpter duritiā eoꝝ qui
p̄sunt opibus. Et sciens dolorē eius. descē
di ut liberē eum de manibus egiptioꝝ: et
educā de terra illa. in terrā bonā et spacio-
sam. in terrā q̄ fluit lacte et melle: ad loca
chananei. et ethei. et amorrei. et pherezei. et
euei. et iebusei. Clamor ergo filioꝝ israhel
venit ad me. vidiq; afflictionē eorū. q̄ ab
egiptijs opprimuntur. Sed veni et mittā te
ad pharaonē: vt educas ꝓpl'm meū filios
israhel. de egipto. Dixitq; moises ad deū.
Quis sum ego. ut vadam ad pharaonē. et
educam filios isrl' de egipto? Qui dixit ei.
Ego ero tecū: et hoc habebis signū q̄ mi-
serim te. Cū eduxeris ꝓpl'm meū de egipto:

immolabis deo sup montē istū. Ait moi-
ses ad deū. Ecce ego vadā ad filios isrl: et
dicā eis. Deus patrū vestroꝝ misit me ad
vos. Si dixerint mihi qđ ē nomē eius: q̄d
dicā eis? Dixit dn̄s ad moisen. Ego sum q̄
sum. Ait. Sic dices filijs isrl. Qui est: misit
me ad vos. Dixitq; iterū deus ad moisen.
Hec dices filijs isrl. Dn̄s deus patrū vr̄oꝝ
deus abrahā. et deus isaac. et deus iacob. mi
sit me ad vos. Hoc nomē mihi est in eter-
nū: et hoc memoriale meū in generatiōe et
generationē. Vade ⁊ cōgrega seniores isrl:
et dices ad eos. Dn̄s deus patrū vr̄oꝝ ap-
paruit mihi: deus abrahā. et deus isaac. et
deus iacob. dicēs. Visitans visitaui vos. et
vidi omīa que acciderūt vobis in egipto:
et dixi vt educā vos de afflictiōe egipti. in
terrā chananei. et ethei. et amorrei. et phe-
rezei. et euei. et iebusei. ad terrā fluentē la-
cte et melle: et audient vocē tuā. Ingredie-
risq; tu et seniores isrl. ad regē egipti: et di
ces ad eum. Dn̄s deus hebreorū vocauit
nos. Ibimus viam triū dierū in solitudinē:
vt immolemus dn̄o deo nr̄o. Sed ego scio
q̄ non dimittet vos rex egipti ut eatis: nisi
p manū validā. Extendāq; manū meā et
pcutiā egiptū in cūctis mirabilibus meis.
que facturus sum in medio eorū: post hoc
dimittet vos: daboq; gr̄am ppl'o huic corā
egiptijs. Et cū egrediemini nō exibitis va-
cui: sz postulabit mulier a vicina sua. et ab
hospita sua vasa argentea et aurea. at ve-
stes. ponetisq; eas sup filios ⁊ filias vestras
et spoliabitis egiptum. ¶ Ca. iiij.

Respondēs moises. ait. Nō credēt mi
hi: neq; audiēt vocē meā: sed dicent
non apparuit tibi dn̄s. Dixit ergo ad eum.
Quid ē qđ tenes in manu tua? Rn̄dit. Vir
ga. Dixitq; dn̄s. Proijce eā in terrā. Proie
cit: et versa ē in colubrū: ita ut fugeret moi
ses. Dixitq; dn̄s. Extēde manū tuā: et ap-
prehēde caudā eius. Extēdit. et tenuit: ver
saq; est in virgā. Vt credāt inquit q̄ appa-
ruerit tibi deus patrū tuoꝝ: deus abrahā. et
deus isaac. et deus iacob. Dixitq; dn̄s rur-
sum. Mitte manū tuā in sinū tuū. Quā cū
misisset in sinū: protulit leprosam ad instar
niuis. Retrahe ait manū tuā in sinū tuum.
Retraxit. et ꝓtulit iterū: et erat similis car-
ni reliquе. Si nō crediderint inquit tibi. ne-
q; audierint sermonē signi prioris: credēt
verbo signi sequētis. Qđ si nec duobus q̄-
dē his signis crediderint. neq; audierint vo
cem tuā: sume aquā fluminis et effunde eā
sup aridā: et quicquid hauseris de fluuio.
vertet̄ in sanguinem. Ait moises. Obsecro
dn̄e nō sum eloquens ab heri et nudiuster
tius: et ex quo locutus es ad ꝑuū tuū: impe
ditioris ⁊ tardioris lingue sum. Dixit dn̄s
ad eū. Quis fecit os hoīs? Aut q̄s fabrica
tus est mutū et surdū. videntē ⁊ cecū? Nō-
ne ego? Perge igit̄ et ego ero in ore tuo: do-
ceboq; te q̄d loquaris. At ille: obsecro dn̄e
inquit: mitte quē missurus es. Iratus dn̄s
in moisen ait. Aarō frater tuus leuites. scio
q̄ eloquens sit. Ecce ipe egredietur in occur-
sum tuū: videnscq; te letabit̄ corde. Loq̄re
ad eū. et pone verba mea ī ore eius: et ego
ero in ore tuo et in ore illius: et ostendā vo
bis quid agere debeatis. Et ipe loquet̄ ꝓ
te ad ppl'm. et erit os tuū: tu aūt eris ei in his
que ad deū ptinēt. Virgā q̄q; hāc sume in
manu tua: in qua facturus es signa. Abijt
moises. et reuersus est ad iethro socerū suū
Dixitq; ei. Vadā et reuertar ad fr̄es meos
in egiptū: ut videā si adhuc viuāt. Cui ait
iethro. Vade in pace. Dixit g° dn̄s ad moi
sen in madian. Vade ⁊ reuertere in egiptū.
Mortui enī sunt oēs q̄ querebāt aīam tuā.
Tulit ergo moises vxorē suā et filios suos.
et imposuit eos super asinū: reuersusq; est in
egiptū: portās virgā dei ī manu sua. Dixit-
q; ei dn̄s reuertenti in egiptū. Vide: ut oīa
ostēta q̄ posui ī manu tua facias corā pha
raone. Ego indurabo cor eius: et nō dimit
tet ppl'm. Dicesq; ad eū. Hec dicit dn̄s. Fi-
lius meus primogenitus isrl. Dixi tibi. Di
mitte filiū meū ut ꝑuiat mihi: et noluisti di
mittere eū. Ecce ego interficiā filiū tuū p̄mo
genitū. Cūq; esset in itinē in diuersorio. oc
currit ei dn̄s: et volebat occidē eū. Tulit ili-
co sephora acutissimā petrā. et circūcidit p̄-
pucium filij sui. Tetigitq; pedes eius. et ait
Sponsus sanguinū tu mihi es. Et dimisit
eū postq̄ dixerat. spōsus sanguinū tu mihi
es: ob circūcisionē. Dixitq; dn̄s ad aaron

Vade in occursum moisi in desertū. Qui p
rexit obuiā ei in montē dei: et osculatus est
eū. Narrauitq; moises aaron omīa verba
dñi. ꝓ quibus miserat eū: et signa q̄ man
dauerat. Venerūtq; simul: et cōgregauerūt
cunctos seniores filioꝝ israhel. Locutusq; ē
aaron omīa verba que dixerat dominus
ad moisen: et fecit signa corā ꝓpl'o: et credi
dit populus. Audierūtq; ꝙ visitasset dñs
filios israhel. et ꝙ respexisset afflictionē illo
rum: et proni adorauerunt. ¶ Ca. v.
Post hec ingressi sunt moises ⁊ aaron:
et dixerūt pharaoni. Hec dicit dñs deus is
rahel. Dimitte ꝓpl'm meū: vt sacrificet mi-
hi in deserto. At ille rñdit. Quis est dñs. ut
audiā vocē eius: ⁊ dimittā israhel? Nescio
dñm: et isrl' nō dimittā. Dixerūtq; deus he
breoꝝ vocauit nos. ut eamus viā triū die
rū in solitudinē: et sacrificemus dño deo no
stro: ne forte accidat nobis pestis aut gla-
dius. Ait ad eos rex egipti. Quare moises
et aaron sollicitatis ꝓpl'm ab opibus suis?
Ite ad onera vestra. Dixitq; pharao. Mul
tus est ꝓpl'us terre. Videtis ꝙ turba succre
uerit: quāto magis si dederitis eis requiem
ab opibus? Precepit ergo in die illo p̄fe-
ctis operū: et exactoribus ꝓpl'i dicēs. Ne-
quaq̄ vltra dabitis paleas ꝓpl'o ad ꝯficiē
dos lateres sicut p̄us. sed ip̄i vadāt: et col-
ligant stipulas: et mensurā laterū quā pri
us faciebāt: imponetis sup eos: nec minue-
tis quicq̄. Vacāt enī: et idcirco vociferant̄
dicentes. Eamus et sacrificemus deo nr̄o.
Opprimant̄ operibus. et expleāt ea: vt nō
acquiescāt verbis mēdacibus. Igit̄ egressi
p̄fecti operū ⁊ exactores ad ꝓpl'm. dixerūt
Sic dicit pharao. Nō do vobis paleas. Ite
et colligite sicubi inuenire potentis: nec mi-
nuetur quicq̄ de opere vestro. Dispersusq;
est ꝓpl'us in omnē terrā egipti: ad colligen
das paleas. Prefecti q̄q; operum instabāt
dicētes. Cōplete opus vestrū quottidie:
ut prius facere solebatis qñ dabant̄ vobis
palee. Flagellatiq; sunt qui p̄erāt opibus
filioꝝ israhel: ab exactoribus pharaonis
dicētibus. Quare non implestis mensurā
laterū sicut prius: nec heri nec hodie? Vene
runtq; p̄positi filioꝝ israhel: et vociferati sūt
ad pharaonē dicentes. Cur ita agis cōtra
seruos tuos? Palee nō dant̄ nobis: et late-
res similiter imp̄ant̄. En famuli tui flagel-
lis cedimur: et iniuste agit̄ cōtra ꝓpl'm tuū.
Qui ait. vacatis ocio: et idcirco dicitis. Ea
mus et sacrificemus dño. Ite ergo et opa-
mini. Palee nō dabunt̄ vobis: et reddetis
ꝯsuetū numerū laterū. Videbātq; se p̄posi
ti filioꝝ isrl' in malū: eo ꝙ diceret̄ eis: non
minuet̄ quicq̄ operis de lateribus p singu
los dies. Occurrerūtq; moisi ⁊ aaron q̄ sta
bant ex aduerso. egrediētes a pharaone: et
dixerūt ad eos. Videat dñs et iudicet: qm̄
fetere fecistis odorē nr̄m corā pharaone et
seruis eius: et p̄buistis ei gladiū vt occide
ret nos. Reuersusq; est moises ad dñm. et
ait. Dñe cur afflixisti ꝓpl'm istū? Quare mi
sisti me? Ex eo enī q̄ ingressus sum ad pha-
raonē vt loquerer ex noīe tuo. afflixit ꝓpl'm
tuum: et nō liberasti eos. ¶ Ca. vj.
Dixitq; dominus ad moisen. Nūc vi-
debis q̄ facturus sum pharaoni. Per manū
enī fortē dimittet eos: et in manu robusta
eiciet illos de terra sua. Locutusq; ē dñs ad
moisen dicēs. Ego dñs. q̄ apparui abrahā
isaac. et iacob. in deo omīpotente: et nomē
meū adonay nō indicaui eis. Pepigiq; fe-
dus cū eis ut darē eis terrā chanaan terrā
pegrinatiōis eoꝝ. in q̄ fuerūt aduene. Ego
audiui gemitū filioꝝ isrl' quo egiptij oꝓp̄s-
serūt eos: et recordatus sū pacti mei. Ideo
dic filijs israhel. Ego dñs. qui educā vos
de ergastulo egiptioꝝ. et eruā de seruitute:
ac redimā in brachio excelso ⁊ iudicijs ma
gnis: et assumam vos mihi in ꝓpl'm: et ero
vester deus. Et scietis q2 ego sum dñs deus
vester. q̄ eduxerim vos de ergastulo egipti
orū: et induxerim vos in terrā. sup quā le-
uaui manū meā. ut darē eā abrahā. isaac.
et iacob. daboq; illā possidendā vobis. ego
dominus. Narrauit ergo moises omīa fi-
lijs israhel: qui nō acquieuerūt ei: ꝓpter an
gustiam spiritus. et opus durissimū. Locu
tusq; est dñs ad moisen dicens. Ingredere
et loquere ad pharaonē regē egipti vt di-
mittat filios israhel de terra sua. Rñdit mo
ises corā domino. Ecce filij isrl' nō audiunt
me. Et quomō audiet pharao. p̄sertim cū

incircūcisus sim labijs. Locutusq; ē dn̄s ad
moisen et aaron: et dedit mādatū ad filios
isrl' et ad pharaonē regē egipti: ut educerēt
filios israhel de terra egipti. Isti sunt princi
pes domoꝝ ꝑ familias suas. Filij ruben p̄-
mogeniti israhelis: enoch ⁊ phallu. esrom et
charmi. He cognatiōes ruben. Filij simeon
iamuel. et iamin. et iami. et aod. et iachim.
et soer. et saul filius chananitidis. He ꝓge
nies simeon. Et hec noīa filioꝝ leui. per co-
gnationes suas: gerson. et caath. et merari.
Anni autē vite leui fuerūt centūtriginta se-
ptē. Filij gerson: lobni. ⁊ semei ꝑ cognatio
nes suas. Filij caath: amrā. et ysuar. et he-
bron. et oziel. Anni q̊q; vite caath centūtri
gintatres. Filij merari: mooli. ⁊ musi. He co
gnatiōes leui ꝑ familias suas. Accepit aūt
amram vxorē iochabeth patruelē suā: que
pepit ei aarō. et moisen. ⁊ mariā. Fuerūtq;
anni vite amrā centūtriginta septē. Filij q̊z
ysuar: chore. et napheg. et zechri. Filij q̊q;
oziel: misael. et elisaphan. ⁊ sechri. Accepit
aūt aaron vxorē elizabeth filiā aminadab
sororē naason: q̄ pepit ei nadab. ⁊ abiu. et
eleazar. ⁊ ythamar. Filij q̊q; chore: aser. et
helchana. et abiasab. He sūt cognationes
choritarū. At vero eleazar filius aarō acce
pit vxorē de filiabus phutiel: que peperit ei
phinees. Hi sunt principes familiarū leuiti
carū ꝑ cognatiōes suas. Iste ē aarō et moi
ses q̄bus p̄cepit dn̄s ut educerēt filios isrl'.
de terra egipti ꝑ turmas suas. Hi sunt q̄ lo-
quunt̄ ad pharaonē regē egipti: ut educāt
filios isrl' de egipto. Iste ē moises et aaron
in die q̄ locutus est dn̄s ad moisen in terra
egipti. Et locutus ē dn̄s ad moisen dicēs.
Ego dn̄s. Loquere ad pharaonē regē egi-
pti. omīa que loquor tibi. Et ait moises co
ram dn̄o. En incircūcisus labijs sum. quo-
modo audiet me pharao? ¶ Ca. vij.
Dixitq; dn̄s ad moisen. Ecce ꝯstitui te
deū pharaonis: et aaron frater tuus erit ꝓ-
pheta tuus. Tu loqueris ei oīa que mando
tibi: et ille loquet̄ ad pharaonē: vt dimit-
tat filios israhel de terra sua. Sed ego indu-
rabo cor eius: et multiplicabo signa et ostē-
ta mea in terra egipti: et nō audiet vos. Im
mittāq; manū meā sup egiptū: et educam
exercitū meū. et ꝓpl'm meū filios isrl'. de ter-
ra egipti: per iudicia maxima. Et scient egi-
ptij. q2 ego sum dn̄s. qui extēderim manū
meā super egiptū: et eduxerim filios isrl' de
medio eoꝝ. Fecit itaq; moises et aaron: si
cut p̄ceperat dn̄s: ita egerūt. Erat aūt moi-
ses octoginta annoꝝ. et aaron octoginta-
triū: q̄n locuti sunt ad pharaonem. Dixitq;
dn̄s ad moisen et aaron. Cū dixerit vobis
pharao. ostēdite nobis signa: dices ad aa-
ron. Tolle virgā tuā. et ꝓijce eā corā pha-
raone: ac vertatur in colubrū. Ingressi itaq;
moises et aaron ad pharaonē: fecerūt sicut
ꝑcepat dn̄s. Tulitq; aarō virgā corā pha-
raone et seruis eius: q̄ versa est in colubrū.
Vocauit aūt pharao sapiētes et maleficos
et fecerūt etiā ipi ꝑ incantatiōes egiptiacas
et archana quedam similiter. Proiecerūtq;
singuli virgas suas: q̄ verse sunt in draco-
nes. Sz deuorauit virga aarō. virgas eoꝝ.
Induratūq; est cor pharaonis: et nō audi-
uit eos sicut p̄cepat dn̄s. Dixit aūt dn̄s ad
moisen. Ingrauatū est cor pharaōis: et nō
vult dimittere ꝓpl'm. Vade ad eum mane
Ecce egredietur ad aquas. et stabis in occur
sum eius sup ripā flumīs: et virgā que cō-
uersa est in draconē. tolles in manu tua: di
cesq; ad eū. Dn̄s deus hebreorū misit me
ad te dicēs. Dimitte ꝓpl'm meū vt sacrifi-
cet mihi in deserto: et vsq; ad p̄sens audire
me noluisti. Hec igit̄ dicit dn̄s. In hoc scies
q̄ sim dn̄s. Ecce ꝑcutiā virga que in ma-
nu mea est aquā fluminis: et vertet̄ in san
guinē. Pisces q̊q; qui sunt in fluuio moriē
tur: et ꝯputrescēt aque: et affligent̄ egiptij.
bibentes aquā fluminis. Dixit q̊q; dn̄s ad
moisen. Dic ad aaron. Tolle virgā tuā. et
extende manū tuā sup aquas egipti. ⁊ sup
fluuios eoꝝ. et riuos et paludes. et oēs la-
cus aquarū ut vertant̄ in sanguinē: ⁊ sit cru
or in omī terra egipti tā in ligneis vasis q̄z
in saxeis. Fecerūtq; moises et aarō: sicut p̄-
ceperat dn̄s. Et eleuās virgā. ꝑcussit aquā
flumīs corā pharaōe et seruis eius: q̄ versa
est in sanguinē: et pisces q̄ erāt in flumine.
mortui sunt. Cōputruitq; fluuius: et nō po-
terāt egiptij bibere aquā flumīs: et fuit san
guis in tota terra egipti. Fecerūtq; similiter

malefici egiptiorum incantationibus suis. Et induratū ē cor pharaonis: nec audiuit eos sicut p̄cepat dn̄s. Auertitq; se. et ingressus est domū suā: nec apposuit cor etiā hac vice. Foderūt aūt om̄es egiptij p circuitū fluminis aquā ut biberēt. Nō enī poterāt bibere aquā fluminis. Impletiq; sunt septem dies: postq̄ pcussit dn̄s fluuiū. ¶ Ca. viij.

Dixit q̄ dn̄s ad moisen. Ingredere ad pharaonē: et dices ad eū. Hec dicit dn̄s. Dimitte ppl'm meū: ut sacrificet mihi. Si autē nolueris dimittere. ecce ego pcutiā om̄es terminos tuos ranis. et ebuliet fluuius ranas: q̄ ascendent et ingredient̄ domū tuā. et cubiculū lectuli tui. et sup stratū tuū. et in domos seruorum tuorum. et in ppl'm tuū. et in furnos tuos. et in reliquias ciborum tuorum: et ad te et ad ppl'm tuū et ad om̄es seruos tuos intrabūt rane. Dixitq; dn̄s ad moisen. Dic ad aaron. Extende manū tuā sup fluuios et sup riuos et paludes: et educ ranas super terrā egipti. Et extendit aaron manū sup aquas egipti ⁊ ascenderūt rane: operueruntq; terrā egipti. Fecerūt aūt et malefici p incantatiōes suas similiter: eduxerūtq; ranas super terrā egipti. Vocauit aūt pharao moisen et aarō: et dixit eis. Orate dn̄m vt auferat ranas a me et a ppl'o meo: et dimittam ppl'm vt sacrificet dn̄o. Dixitq; moises ad pharaonē. Cōstitue mihi qn̄ deprecer p te. et p seruis tuis. et p ppl'o tuo: ut abigātur rane a te. et a domo tua et a seruis tuis. et a ppl'o tuo: et tm̄ in flumine remaneant. Qui rn̄dit. cras. At ille: iuxta inquit verbū tuū faciā. ut scias qm̄ nō est sicut dn̄s deus noster: et recedēt rane a te. ⁊ a domo tua. et a seruis tuis. et a ppl'o tuo: et tm̄ in flumine remanebūt. Egressiq; sunt moises et aaron a pharaōe: et clamauit moises ad dn̄m p sponsione ranarū: quā ꝯdixerat pharaoni. Fecitq; dn̄s iuxta verbū moisi: et mortue sunt rane de domib⁹ et de villis et de agris. Cōgregauerūtq; eas in immēsos aggeres et cōputruit terra. Vidēs aūt pharao q̄ data essz requies. ingrauauit cor suū: et nō audiuit eos sicut p̄cepat dn̄s. Dixitq; dn̄s ad moisen. Loquere ad aaron. Extēde virgā tuā et percute puluerē terre: et sint cinifes in vniuersa terra egipti. Feceruntq; ita. Et extendit aaron manū virgā tenens. pcussitq; puluerē terre: et facti sunt cinifes in hominibus et iumētis. Omnis puluis terre versus est in cinifes. p totā terrā egipti. Fecerūtq; similiter malefici incātatiōibus suis ut educerent cinifes: et nō potuerūt. Erātq; cinifes tam in hominibus q̄ in iumētis. Et dixerūt malefici ad pharaonē. Digitus dei est hic. Induratū est cor pharaonis: et nō audiuit eos: sicut p̄cepat dn̄s. Dixit quoq; dn̄s ad moisen. Cōsurge diluculo: et sta corā pharaone. Egredietur enī ad aquas. Et dices ad eū. Hec dicit dn̄s. Dimitte ppl'm meū: vt sacrificet mihi. Q̄d si non dimiseris eū: ecce ego mittam in te. et in seruos tuos. et in ppl'm tuū. et in domos tuas. om̄e genus muscarū: et implebunt̄ oēs domos egiptiorū. muscis diuersi generis et vniuersa terra in qua fuerint. Faciamq; mirabilē in die illa terrā iessen. in qua ppl'us meus ē. ut nō sint ibi musce: et scias qm̄ ego dn̄s in medio terre: ponāq; diuisionē inter ppl'm meū et populū tuū. Cras erit signū istud. Fecitq; dn̄s ita. Et venit musca grauissima in domos pharaonis et seruorū eius. et in oēm terra egipti: corruptaq; ē terra ab huiuscemodi muscis. Vocauitq; pharao moisen et aarō et ait eis. Ite: et sacrificate deo vr̄o in terra hac. Et ait moises. Nō potest ita fieri. Abhominatiōes enī egiptiorum immolabimus dn̄o deo nostro. Q̄d si mactauerimus ea q̄ colunt egiptij corā eis: lapidibus nos obruent. Viā triū dierū pgemus in solitudinē et sacrificabimus dn̄o deo nostro sicut p̄cepit nobis. Dixitq; pharao. Ego dimittam vos. ut sacrificetis dn̄o deo vr̄o in deserto: verūtamē longius ne abeatis. Rogate pro me. Et ait moises. Egressus a te orabo dominū: et recedet musca a pharaōe. et a ꝑuis suis. et a ppl'o eius cras. Verūtamē noli vltra fallere: vt nō dimittas ppl'm sacrificare dn̄o. Egressus moises a pharaōe orauit dominū. Qui fecit iuxta verbū illius: et abstulit muscas a pharaone. et a seruis suis. et a ppl'o eius. Nō sup fuit nec vna quidē. Et ingrauatū est cor pharaonis: ita ut nec hac quidē vice dimitteret populū. ¶ Ca. ix

Dixit autē dñs ad moysen. Ingredere ad pharaonē et loquē ad eū. Hec dicit dñs deus hebreoꝝ. Dimitte ppl'm meū: ut sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis et retines eos: ecce manus mea erit sup agros tuos et sup equos et asinos et camelos. et oues et boues pestis valde grauis. Et faciet dñs mirabile inter possessiones israhel et possessiões egyptioꝝ: ut nil omīno pereat ex his q̄ ptinēt ad filios israhel. Cōstituitq; dñs tēpus dicēs. Cras faciet dñs verbū istud in terra. Fecit ergo dñs verbū hoc altera die: et mortua sunt oīa animātia egyptioꝝ. De aīalibus vero filioꝝ israhel nihil oīno perijt. Et misit pharao ad videndū: nec erat quicq; mortuū de his q̄ possidebat israel. Ingrauatūq; est cor pharaonis: et non dimisit populū. Et dixit dñs ad moysen et aaron. Tollite plenas manus cineris de camino: et spergat illū moyses in celū coram pharaone: fiatq; pulvis sup omnē terrā egypti. Erunt enī in hoībus. et iumētis vlcera et vesice turgētes. in vniuersa terra egypti. Tulerūtq; cinerē de camino: et steterūt corā pharaone: et sparsit illū moyses in celū. Factaq; sunt vlcera vesicarū turgentiū in hoibus et iumētis: nec poterant malefici stare coram moyse ꝓpter vulnera q̄ in illis erāt: et in omi terra egypti. Indurauitq; dñs cor pharaonis: et nō audiuit eos sicut locutus est dñs ad moysen. Dixit q̄q; dñs ad moysen. Mane surge. et sta corā pharaone: et dices ad eū. Hec dicit dñs deus hebreoꝝ. Dimitte ppl'm meum. ut sacrificet mihi: q2 in hac vice mittā oīnes plagas meas sup cor tuū. et sup seruos tuos. et sup ppl'm tuū: vt scias q̄ nō sit sil'is mei in omi tra. Nūc enī extēdēs manū. percutiā te et ppl'm tuū peste: peribisq; de tra. Idcirco aūt posui te vt ostendā in te fortitudinē meā: et narret' nomen meū in omī terra. Adhuc retines populū meū et nō vis dimittere eū? En pluā cras hac ipa hora grandinē multā nimis: qualis nō fuit in egypto a die qua fūdata est. usq; in p̄sens tps. Mitte ergo iam nūc: et cōgrega iumēta tua. et omia q̄ habes in agro. Homines enī et iumēta. et vniuersa que inuenta fuerint foris. nec cōgregata de agris: cecideritq; sup ea grando: morient. Qui timuit verbū dñi de seruis pharaonis fecit confugere seruos suos et iumēta in domos: qui aūt neglexit sermonē dñi: dimisit suos suos et iumēta in agris. Et dixit dñs ad moysen. Extende manū tuam in celū. ut fiat grando in vniuersa terra egypti: sup homines et sup iumenta: et sup omnē herbā agri in terra egypti. Extēditq; moyses virgā in celū: et dñs dedit tonitrua et grādinē ac discurrentia fulgura sup terram. Pluitq; dñs grandinē sup terrā egypti: et grādo et ignis mixta pariter ferebant'. Tanteq; fuit magnitudinis: q̄lta ante nunq; apparuit in vniuersa terra egypti. ex q̄ gens illa cōdita est. Et percussit grādo in omī terra egypti cūcta que fuerūt in agris: ab homine vsq; ad iumentū. Cunctāq; herbā agri percussit grādo et omne lignū regionis confregit. Tantū in terra gessen vbi erāt filij israel': grādo nō cecidit. Misitq; pharao. et vocauit moysen et aarō dicēs ad eos. Peccaui etiā nūc. Dñs iustus et ego et ppl'us meus impij. Orate dñm. ut desināt tonitrua dei et grando: ut dimittā vos. et nequa quā hic vltra maneatis. Ait moyses. Cū egressus fuero de vrbe. extendā palmas meas ad dñm: et cessabunt tonitrua. et grādo nō erit: ut scias q2 dñi ē terra Noui aūt: q̄ et tu et serui tui necdū timeatis dñm deū. Linū ergo et ordeū lesum est: eo q̄ ordeū esset virēs. et linū iā folliculos germinaret. Triticū aūt et far nō sunt lesa: q2 serotina erāt. Egressusq; moyses a pharaōe ex vrbe. tetēdit manus ad dñm: et cessauerūt tonitrua et grādo: nec vltra stillauit pluuia sup terrā. Vidēs aūt pharao q̄ cessasset pluuia et grādo et tonitrua auxit pctm̄: et ingrauatū ē cor eius nimis: nec dimisit israel'. sicut p̄cepat dñs p manū moysi. ¶ Ca. x.

Et dixit dñs ad moysen. Ingredē ad pharaonē. Ego enī indurauī cor eius et seruoꝝ illius. ut faciā signa mea hec i eo et narres in auribus filij tui et nepotū tuorū. q̄uens otruerim egyptios et signa fecerim in eis: et sciatis q2 ego dñs. Introierūt ergo moyses et aaron ad pharaonē: et dixerūt ei. Hec dicit dominus deus hebreoꝝ. Vsquequo non vis subiici mihi? Dimitte

populū meū: ut sacrificet mihi. Si nautē resistis et nōvis dimittere eū: ecce ego inducā cras locustā in fines tuos. q̄ operiet superficiē terre. ne quicq̄ eius appareat: sz comedatur q̄ residuū fuerit grandini. Corrodet enī oīa ligna que germināt in agris: et implebūt domos tuas. et seruoz tuoz. et oīm egyptioz: quātū nō viderūt pres tui et aui exquo orti sunt sup terrā. vsq̄ in p̄sentem diē. Auertitq̄ se: et egressus est a pharaōe Dixerūt aūt serui pharaōis ad eū. Vsque quo patiemur hoc scandalū? Dimitte homines. ut sacrificēt dño deo suo. Nōne vides q̄ perierit egyptus? Reuocauerūtq̄ moysen et aaron ad pharaonem. Qui dixit eis. Ite: sacrificate dño deo vr̄o. Quinā sunt q̄ ituri sunt? Ait moyses. Cū paruulis nr̄is et senioribus pgemus: cū filiis et filiabus cū ouibus et armentis. Est enī sollēnitas dñi dei nr̄i. Et rndit pharao. Sic dns sit vobiscū. Quomō ego dimittā vos et paruulos vestros: cui dubiū est q̄ pessime cogitetis? Nō fiat ita: sed ite tm̄ viri et sacrificate dño Hoc enī et ip̄i petistis. Statimq̄ eiecti sūt de cōspectu pharaonis. Dixit autē dns ad moysen. Extēde manū tuā sup terrā egypti ad locustā. ut descendat sup terrā: et deuoret omnē herbā que residua fuerit grādini Et extendit moyses virgā sup terrā egypti: et dns induxit ventū vrentē tota illa die et nocte. Et mane facto: ventus vrēs leuauit locustas. Qui ascenderūt super vniuersam terrā egypti: et sederūt in cūctis finibus egyptioz innumerabiles: quales ante illud tēpus nō fuerāt. nec postea future sunt. Operuerūntq̄ vniuersam superficiē terre: vastātes oīa. Deuorata ē igit herba terre: et quicq̄d pomoz in arboribus fuit q̄ grando dimiserat. Nihil quoq̄ oīno virēs relictū est in lignis. et in herbis terre: in cuncta egypto Quamobrē festinus pharao vocauit moysen et aarō: et dixit eis. Peccaui in dñm deum vestrū. et in vos. Sed nūc dimittite peccatū mihi. etiā hac vice: et rogate dominū deū vr̄m: ut auferat a me mortē istā. Egressusq̄ est moyses de cōspectu pharaonis: et orauit dñm. Qui flare fecit ventū ab occidente vehemētissimū: et arreptā locustam proiecit in mare rubrū. Nō remānsit ne vna quidē: in cunctis finibus egypti. Et indurauit dns cor pharaōis: nec dimisit filios isrl. Dixit aūt dns ad moysen. Extende manū tuā in celū: et sint tenebre super terrā egypti: tā dense ut palpari queāt. Extenditq̄ moyses manū in celū: et facte sūt tenebre horribiles in vniuersa tra egypti. Tribus diebus nemo vidit fratrē suū: nec mouit se de loco in q̄ erat. Vbicūq̄ aūt habitabant filii isrl. lux erat. Vocauitq̄ pharao moysen et aarō: et dixit eis. Ite sacrificate dño. Oues tantū vr̄e et armēta remaneāt: paruli vestri eant vobiscum. Ait moyses. Hostias q̄q̄ et holocausta dabis nobis: q̄ offeramus dño deo nr̄o. Cuncti greges pgent nobiscū. Non remanebit ex eis vngula q̄ necessaria sunt in cultū dñi dei nostri: p̄sertim cū ignoremus q̄d debeat immolari: donec ad ip̄m locū perueniamus. Indurauit aūt dns cor pharaonis: et noluit dimittē eos. Dixitq̄ pharao ad moysen. Recede a me: et caue ne vltra videas faciē meā. In quocūq̄ die apparueris mihi morieris. Rndit moyses. Ita fiat vt locutus es. Non videbo vltra faciem tuam.

ET dixit dns ad moysen. ¶ Ca. xj. Adhuc vna plaga tangā pharaonē et egyptū: et post hec dimittet vos et exire cōpellet. Dices ergo omi plebi: ut postulet vir ab amico suo et mulier a vicina sua vasa argētea et aurea et vestē. Dabit aūt dns gratiam pp̄lo suo coram egyptiis. Fuitq̄ moyses vir magnus valde in tra egypti. coram seruis pharaōis et omi pp̄lo. Et ait. Hec dic dns Media nocte ingrediar in egyptū: et morietur oīe p̄mogenitū in tra egyptioz a p̄mogenito pharaōis q̄ sedet in solio eius. usq̄ ad p̄mogenitū ancille q̄ est ad molā: et oīa p̄mogenita iumentoz. Eritq̄ clamor magnus in vniuersa terra egypti: q̄lis nec ante fuit: nec postea futurus ē. Apud oēs aūt filios isrl nō mutiet canis. ab boue vsq̄ ad pecus: ut sciatis quāto miraculo diuidat dns egyptios et israhel. Descendētq̄ oēs serui tui isti ad me: et adorabūt me dicentes. Egredere tu: et omis pp̄lus q̄ subiectus est tibi. Post hec egrediemur. Et exiuit a pharaone. iratus nimis. Dixit aūt dominus ad

moisen. Nō auchet vos pharao: ut multa
signa fiant in terra egipti. Moises autē et
aaron fecerūt oīa signa et ostēta q̄ scripta
sunt coz̄ pharaōe: ⁊ indurauit dñs coz pha
raonis: nec dimisit filios israhel de tra sua.

DIxit q̄q̄ dñs ad moisen et aaron in terra egipti. Mensis iste vo-
bis p̄ncipiū mensiū: p̄mus erit in mēsibus
anni. Loq̄mini ad vniuersum cetū filioz̄ū
isrl̄: et dicite eis. Decima die mēsis huius.
tollat vnus q̄sq̄ agnū p familias ⁊ domos
suas. Si autē minor ē numerus ut sufficere
possit ad vescendū agnū: assumet vicinū su
um q̄ cōiunctus ē domui eius: iuxta nume
rū aiarū que sufficere possint ad esum agni.
Erit autē agnus absq̄ macula: masculus
anniculus. Iuxta quē ritū tolletis et edū: et
seruabitis eum vsq̄ ad quartā decimā diē
mensis huius. Immolabitq̄ eū vniuersa
multitudo filioz̄ isrl̄ ad vesperā: et sument
de sanguine eius. ac ponēt supra vtrūq̄ postē:
et in superliminaribus domoz̄ in q̄bus co-
medēt illū. Et edent carnes nocte illa assas
igni: et azimos panes cum lactucis agresti
bus. Nō comedetis ex eo crudū q̄d nec co
ctū aqua: sed assum tm̄ igni. Caput cū pe-
dibus eius ⁊ intestinis vorabitis: nec rema
nebit quicq̄ ex eo vsq̄ mane. Si quid resi
duū fuerit: igne cōburetis. Sic aūt comede
tis illū. Renes vr̄os accingetis: et calcea-
menta habebitis in pedibus. tenētes bacu-
los in manibus: et comedetis festinantes.
Est enī phase: id est trāsitus dñi. Et trāsibo
p terrā egipti nocte illa: percutiāq̄ oīe pri-
mogenitū in terra egipti. ab homīe vsq̄ ad
pecus: et in cūctis dis egipti. faciā iudicia
ego dñs. Erit aūt sanguis vobis in signū in
edibus in q̄bus eritis: et videbo sanguinē
ac trāsibo vos: nec erit in vobis plaga di-
sperdens. qñ percussero terrā egipti: Habebi
tis aūt hunc diē in monimentū: et celebra
bitis eā sollemnē dño in generatiōibus vr̄is
cultu sempiterno. Septē diebus azima co-
medetis. In die p̄mo nō erit fermētū in do-
mibus vestris. Quicūq̄ comedent fermen
tū. pibit aia illa de israhel: a p̄mo die vsq̄
ad diem septimū. Dies p̄ma erit sancta ac
sollēnis: et dies septima. eadem festuitate
venerabilis. Nihil opis facietis in eis. ex-
ceptis his q̄ ad vescendū p̄tinēt: et obser-
vabitis azima. In eadē enī ipa die educā ex-
ercitum vr̄m de terra egipti: et custodietis
diē istū in generationes vr̄as ritu perpetuo.
Primo mēse quartadecima die mēsis ad
vesperū. comedetis azima: usq̄ ad diē vi
cesimā primā eiusdē mensis ad vesperam.
Septē dieb⁹ fermentatū nō inueniet̄ in do
mibus vr̄is. Qui comedent fermentatū. pe
ribit aia eius de cetu israhel: tā de aduenis
q̄q̄ de indigenis terre. Oīne fermētatū nō co
medetis. In cūctis habitaculis vr̄is edetis
azima. Vocauit aūt moises oīs seniores
filioz̄ isrl̄: et dixit ad eos. Ite tollētes ani-
mal p familias vr̄as: et īmolate phase. Fa
sciculūq̄ yssopi tingite in sanguine q̄ est in
limine: et aspgite ex eo superliminare ⁊ vtrū-
q̄ postē. Nullus vestrū egrediat̄ ostū do-
mus sue. usq̄ mane. Transibit enī dñs per-
cutiēs egiptios. Cumq̄ viderit sanguinē in
superliminari et in vtroq̄ poste trāscēdet ostū
domus: et nō sinet percussorē ingredi domos
vestras et ledere. Custodi verbū istud: le-
gitimū tibi ⁊ filiis tuis vsq̄ in eternū. Cūq̄
introieritis terrā quā dñs deus daturus est
vobis. ut pollicitus ē: observabitis cerimo-
nias istas. Et cū dixerint vobis filii vr̄i. q̄
est ista religio: dicetis eis. Victima trāsitus
dñi est: q̄n trāsiuit sup domos filioz̄ isrl̄ in
egipto: percutiēs egiptios. ⁊ domos nr̄as libe
rās. Incuruatusq̄ pp̄l̄us adorauit. Et egressi
filii israhel: fecerūt sicut p̄cepat dñs moisi et
aaron. Factū est aūt in noctis medio. per-
cussit dñs oīne p̄mogenitū in terra egipti: a p̄
mogenito pharaonis qui in solio eius sede
bat: vsq̄ ad p̄mogenitū captiue. q̄ erat in
carcere: et oīne p̄mogenitū iumētoz̄. Sur
rexitq̄ pharao nocte et oēs serui eius. cūcta
q̄q̄ egiptus: et ortus est clamor magnus in
egipto. Neq̄ enī erat domus in qua nō ia
ceret mortuus. Vocatisq̄ pharao moise et
aaron nocte ait. Surgite: egredimini a pp̄lo
meo vos et filii israhel. Ite ⁊ immolate dño
sicut dicitis. Oues vestras et armēta assu-
mite vt petieratis: et abeūtes benedicite mi-
hi. Vrgebātq̄ egipti populū de terra exire
velociter. dicētes. Oīnes morimur. Tulit

igitur populus ꝯspersam farinā anteq̄ fermentaret̄: et ligās in palleis posuit sup humeros suos. Fecerūtq; filij israhel. sicut p̄ceperat dn̄s moisi: et petierūt ab egiptijs vasa argētea et aurea vestēq; plurimā. Dn̄s aūt dedit gratiā ꝓpl'o coram egiptijs. ut cōmodarēt eis: et spoliauerūt egiptios. Profectiq; sunt filij isrl' de ramasse in sochot sexcēta fere milia peditū virorū: absq; paruulis et mulieribus. Sed et vulgus ꝓmiscuū innumerabile ascēdit cū eis: oues et armēta et animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntq; farinā quā dudū de egipto cōspersam tulerant: et fecerūt subcinericios panes azimos. Neq; enī poterat fermentari cogētibus exire exgiptijs. et nullā facere sinentibus morā: nec pulmenti quicq̄ occurrerat p̄parare. Habitatio autē filiorū israhel qua manserūt in egipto. fuit quadringētorū triginta annorū. Quibus expletis: eadē die egressus est omis exercitus dn̄i de terra egipti. Nox ista obseruabilis dn̄i: quādo eduxit eos de terra egipti. Hanc obseruare debēt om̄es filij israhel. in generationibus suis. Dixitq; dn̄s ad moisen et aaron Hec est religio phase. Omis alienigena nō comedet ex eo. Omnis aūt seruus emptitius circūcidetur: et sic comedet. Aduena et mercēnarius nō edent ex eo. In vna domo comedet̄: nec efferetis de carnibus eius foras: nec os illius ꝯfringetis. Omis cetus filiorū isrl' faciet illud. Qđ si quis pegrinorū in vr̄am voluerit transire coloniā et facere phase dn̄i: circūcidet̄ prius om̄e masculinū eius. et tūc rite celebrabit: eritq; sicut indigena terre. Si q̄s aūt circūcisus nō fuerit: nō vescetur ex eo. Eadē lex erit indigene: et colono qui pegrinat̄ apud vos. Fecerūtq; omnes filij israhel. sicut p̄ceperat dn̄s moisi et aaron: et eadē die eduxit dn̄s filios isrl' de terra egipti per turmas suas. ¶ Ca. xiij.

Locutusq; est dn̄s ad moisen dicens. Sanctifica mihi om̄e p̄mogenitū qđ aperit vuluā in filijs isrl': tā de hoībus q̄ de iumētis. Mea sunt enī omia. Et ait moises ad ꝓpl'm. Mementote diei huius. in qua egressi estis de egipto et de domo seruitutis: qm̄ in manu forti eduxit vos dn̄s de loco isto: ut nō comedatis fermētatū panē. Hodie egredimī. mēse nouarū frugū. Cūq; introduxerit te dn̄s in terrā chananei. et ethei et amorrei. et euei. et iebusei. quam iurauit p̄ribus tuis. ut daret tibi terrā fluentē lacte et melle: celebrabitis hūc morē sacrorū mēse isto. Septē diebus vesceris azimis: et in die septimo erit sollēnitas dn̄i. Azima comedetis septē diebus. Nō apparebit apud te aliq̄d fermētatū: nec in cūctis finib⁹ tuis. Narrabisq; filio tuo in die illo dicēs. Hoc est qđ fecit mihi dn̄s: qn̄ egressus sum de egipto. Et erit q̄si signū in manu tua. et q̄si monimentū ante oculos tuos: et vt lex dn̄i semp sit in ore tuo. In manu enī forti eduxit te dn̄s de egipto: vt custodias huiuscemodi cultum statuto tpe. a diebus in dies. Cūq; introduxerit te dn̄s in terrā chananei sicut iurauit tibi et patribus tuis. et dederit tibi eā. sepabis om̄e qđ apit vuluā dn̄o: et qđ p̄mitiuū est in pecoribus tuis. Quicquid habueris masculini sexus ꝯsecrabis dn̄o. Primogenitū asini mutabis oue: qđ si nō redemeris interficies. Om̄e aūt primogenitū hoīs de filijs tuis. p̄cio redimes. Cūq; interrogauerit te filius tuus cras. dicens. q̄d est hoc: rn̄debis ei. In manu forti eduxit nos dn̄s de t̄ra egipti: de domo seruitutis. Nā cū induratus esset pharao. et nollet nos dimittere occidit dn̄s omne p̄mogenitū in terra egipti: a p̄mogenito hoīs vsq; ad primogenitū iumentorū. Idcirco immolo dn̄o omne qđ aperit vuluā masculini sexus: et oīa p̄mogenita filiorū meorū redimo. Erit igit̄ q̄si signū in manu tua. et q̄si appensum q̄d ob recordationē ante oculos tuos: eo q̄ in manu forti eduxit vos dn̄s de egipto. Igitur cum emisset pharao ꝓpl'm. nō eos duxit dn̄s p viā terre philistijm. q̄ vicina est: reputās ne forte peniteret eū. si vidisset aduersum se bella ꝯsurgere. et reuerteret̄ in egiptū sed circūduxit p viā deserti: q̄ est iuxta mare rubrū. Et armati ascēderūt filij isrl' de terra egipti. Tulit q̄q; moises ossa ioseph secū: eo q̄ adiurasset filios isrl'. dicēs. Visitabit vos deus: efferte ossa mea hinc vobiscū. Profectiq; de sochot. castrametati sunt in ethan: in extremis finibus solitudinis.

Dñs aũt p̃cedebat eos· ad ost̃endẽdã viã
p diẽ in colũna nubis· ⁊ p noctẽ in colũna
ignis· ut dux esset utrenq; tpe· Nũq; defuit colũna nubis p diem· nec colũna
ignis p noctem coꝛã ppl̓o. ¶ Ca·xiiij·
Locutus ẽ aũt dñs ad moysen dicẽs·
Loquere filijs isrl̓· Reuersi castrametent̃
e regione pharoth· q̃ est inter magdalũ et
mare ctra beelsephon· In ꝯspectu eius ca-
stra ponetis sup mare· Dicturusq; est pha-
rao· sup filijs isrl̓· Coartati sunt in tra· oclu-
sit eos desertũ· Et indurabo coꝛ eius· ac p̃se
quet̃ vos· ⁊ glorificabor in pharaone· et in
oĩ exercitu eius· scientq; egyptij· q2 ego sũ
dñs· Fecerũtq; ita· et nũciatũ est regi egpti
oꝛũ· q; fugisset ppl̓us· Immutatũq; est coꝛ
pharaonis· et seruoꝛ eius sup ppl̓m· et di-
xerunt· Quid voluimus facẽ· ut dimittere-
mus israhel ne seruiret nobis· Iunxit g̃ cur
rũ· et omnẽ ppl̓m suũ assumpsit secũ· Tulit
q; sexcẽtos currus electos· et quicq̃d in egi
pto curruum fuit· et duces totus exercitus·
Indurauitq; dñs coꝛ pharaonis regis egi-
pti· et p̃secutus ẽ filios israhel· At illi egres
si erant in manu excelsa· Cũq; p̃sequerent̃
egyptij vestigia p̃cedentũ· reperũt eos in ca
stris sup mare· Omis equitatus et currus
pharaonis· et vniuersus exercitus· erant in
pharoth ctra beelsephon· Cũq; appꝛopin
quasset pharao· leuantes filij israhel oculos
viderũt egyptios post se· et timuerũt valde·
Clamauerũtq; ad dñm· ⁊ dixerũt ad moi
sen· Forsitan nõ erant sepulchra in egypto·
ideo tulisti nos vt moꝛeremur in solitudine
Quid hoc facere voluisti· ut educeres nos
ex egypto· Nõne iste est sermo quẽ loque-
bamur ad te i egypto· dicẽtes· recede a no-
bis ut ſuiamus egyptijs· Multo enĩ melius ẽ ſuire eis· q; moꝛi in solitudine· Et ait
moyses ad ppl̓m· Nolite timẽ· State et vi-
dete magnalia dñi· que facturus ẽ hodie·
Egyptios enĩ quos nunc videtis· nequaq̃
vltra videbitis· usq; i sempiternũ· Dñs pu
gnabit p̃ vobis· et vos tacebitis· Dixitq;
dñs ad moysen· Quid clamas ad me· Lo
quere filijs israhel· ut p̃ficiscant̃· Tu autẽ
eleua virgã tuã et extende manũ tuã super
mare· et diuide illud· vt gradiãtur filij isrl̓
in medio mar p̃ siccum· Ego aũt indurabo
coꝛ egyptioꝛũ· ut p̃sequant̃ vos· et glorifica
boꝛ in pharaone· et in oĩ exercitu eius et
in curribus et in eq̃tibus illius· Et sciẽt egi
ptij q̃a ego sum dñs· cũ glorificatus fuero
in pharaone· et in curribus atq; in eq̃tibus
eius· Tollensq; se angelus dñi q̃ p̃cedebat
castra israhel· abijt post eos· et cũ eo pariter
colũna nubis p̃oꝛa dimittẽs· post tergũ ste
tit· inter castra egyptioꝛũ ⁊ castra israhel· Et
erat nubes tenebꝛosa· et illuminãs noctẽ·
ita vt ad se inuicẽ toto nocte tpe accedere
nõ valerẽt· Cũq; extendisset moyses manũ
sup mare abstulit illud dñs· flante vẽto ve
hementi et vrenti tota nocte· et vertit in sic
cũ· Diuisaq; ẽ aqua· ⁊ ingressi sunt filij isrl̓
p mediũ sicci maris· Erat enĩ aqua q̃si mu
rus· a dextera eoꝛũ et leua· Persequẽtesq; e-
gyptij ingressi sunt post eos· et omis equita
tus pharaõis· currus eius et equites p me
diũ maris· Ianq; aduenerat vigilia matu-
tina· et ecce respicies dñs sup castra egypti
oꝛũ p colũnã ignis et nubis· interfecit exer
citũ eoꝛũ· et subuertit rotas curruũ· fereban
turq; in p̃fundũ· Dixerũtq; egyptij· Fugia-
mus israhelem· q2 dñs pugnat p̃ eis ctra
nos· Et ait dñs ad moysen· Extẽde manũ
tuã sup mare· ut reuertant̃ aque ad egyptios· sup currus et equites eoꝛũ· Cũq; exten-
disset moyses ctra mare· reuersum est p̃mo
diluculo ad pꝛioꝛẽ locũ· Fugiẽtibusq; egi
ptijs occurrerunt aque· et inuoluit eos dñs
in medijs fluctibus· Reuerseq; sunt aque·
et operuerũt currus et eq̃tes cũcti exercitus
pharaonis· q̃ sequẽtes ingressi fuerãt mare
nec vnus q̃dẽ sup fuit ex eis· Filij aũt isra-
hel p̃cesserũt p mediũ sicci maris· ⁊ aque
eis erãt quasi p muro· a dextris ⁊ a sinistris·
Liberauitq; dñs in die illo israhel de manu
egyptioꝛũ· et viderũt egyptios moꝛtuos sup
litus maris· et manũ magnã quã exercue-
rat dñs ctra eos· Timuitq; ppl̓us dñm· et
crediderũt dño· et moysi famulo eius· ¶ Ca·xv
Tunc cecinit moyses et filij israhel car
mẽ hoc dño· et dixerũt· Cãtemus do-
mino· Glorio se enĩ magnificatus ẽ· equũ
et ascẽsoꝛẽ dejecit in mare· Fortitudo mea
et laus mea dñs· et factus ẽ mihi in salutẽ·

Iste deus meus et glorificabo eū: deus pr̄s mei: et exaltabo eū. Dñs quasi vir pugnator. omīpotēs nomē eius: currus pharaōis et exercitū eius ꝓiecit in mare. Electi p̄ncipes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerūt eos: descenderūt in ꝓfundū q̄si lapis. Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine: dextera tua dñe percussit inimicū et in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti irā tuā: que deuorauit eos sicut stipulā: et in spiritu furoris tui cōgregate sunt aque. Stetit vnda fluens: cōgregati sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus. Persequar et cōprehēdā: diuidā spolia: implebit̄ anima mea. Euaginabo gladium meū: interficiet eos manus mea. Flauit spūs tuus. et operuit eos mare: submersi sūt quasi plumbū in aquis vehemētibus. Quis silis tui in fortibus dñe? Quis silis tui magnificus in sanctitate: terribilis atq; laudabilis: et faciēs mirabilia? Extēdisti manū tuā: et deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua: ppl'o quē redemisti. Et portasti eū in fortitudine tua: ad habitaculū sanctū tuū. Ascēderūt ppl'i et irati sunt: dolores obtinuerūt habitatores philistiim. Tunc conturbati sunt p̄ncipes edom: robustos moab obtinuit tremor: obriguerūt oīs habitatores chanaan. Irruat sup eos formido et pauor: in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles q̄si lapis. donec ptrā seat ppl'us tuus dñe: donec ptrāseat populus tuus iste. quē possedisti. Introduces eos et plātabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod opatus es dñe. Sanctuariū tuū dñe: q̄ firmauerūt manus tue. Dominus regnabit in eternū et vltra. Ingressus est enī eques pharaō cū curribus et equitibus eius in mare: et reduxit super eos dñs aquas maris. Filij aūt israhel ambulauerūt p siccū: in medio eius. Sumpsit ergo maria ꝓphetissa. sororaaron. timpanū in manu sua: egresseq; sunt omnes mulieres post eā cū timpanis et choris. q̄bus p̄cinebat dicens. Cantemus domino. Gloriose enī magnificatus ē: equū et ascensorē eius deiecit in mare. Tulit aūt moses israhel de mari rubro: et egressi sunt in desertū sur.

Ambulauerūntq; tribus diebus p solitudinē: et nō inueniebāt aquā. Et venerūt in marath: nec poterāt bibere aquas de marath. eo q̄ essent amare. Vnde et cōgruū loco nomen imposuit: vocans illū marath id est amaritudinē. Et murmurauit populus contra moysen dicēs. Quid bibemus? At ille clamauit ad dñm. Qui ostēdit ei lignum: q̄d cū misisset in aquas. in dulcedinē verse sunt. Ibi statuit ei precepta atq; iudicia et ibi temptauit eū dicēs. Si audiens vocem dñi dei tui. et quod rectū est corā eo faciens et obediens mādatis eius. custodierisq; omnia p̄cepta illius: cunctū languorē quē posui in egypto nō inducā sup te. Ego enī dominus saluator tuus. Venerunt autē in helim filij israhel: vbi erāt duodecim fontes aquarū et septuaginta palme: et castrametati sunt iuxta aquas. Ca. xvj.

Profectiq; de helim venit oīs multitudo filiorū israhel in desertū syn. q̄d est inter helim et sinai: quintadecima die mēsis scōi postq; egressi sūt de terra egypti. Et murmurauit oīs congregatio filiorū israhel. contra moysen et aaron in solitudine. Dixeruntq; filij israhel ad eos. Vtinā mortui essemus p manū domini in terra egypti: quādo sedebamus super ollas carniū. et comedebamus panē in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud: ut occideretis oēm mltitudinē fame? Dixit autē dñs ad moysen. Ecce ego pluā vobis panes de celo. Egrediat̄ ppl'us et colligat que sufficiūt per singulos dies: ut temptem eū. vtrū ambulet in lege mea. an nō. Die aūt sexto parent q̄d inferant: et sit duplū quā colligere solebāt per singulos dies. Dixerūtq; moyses et aaron ad oīs filios israhel. Vespere scietis q̄ dñs eduxerit vos de tra egypti: et mane videbitis gloriā dñi. Audiui enī murmur vr̄m contra dñm. Nos vero q̄d sumus: q̄ murmurastis contra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dñs vespe carnes edere. et mane panes in saturitate: eo q̄ audient murmurationes vestras quibus murmurati estis contra eū. Nos enī q̄d sumus? Nec contra nos est murmur vestrū: sed contra dñm. Dixit q̄q; moyses ad aaron. Dic vniuerse cōgregationi filiorū israhel. Accedite

coram dño. Audiuit enī murmur vestrum
Cunqꝫ loqueretur aaron. ad omnē cetū fili-
orū israhel: respexerūt ad solitudinē. Et ec-
ce gloria dñi apparuit in nube. Locutus ē
aūt dñs ad moisen dicēs. Audiui murmu
rationes filiorū isrl. Loquere ad eos. Ve-
spere comedetis carnes: et mane saturabi-
mini panibus: scietisqꝫ ꝙ ego sum dñs de-
us vester. Factū est g° vespe. et ascendens
coturnix cooꝑuit castra: mane q°qꝫ ros iacu
it ꝑ circuitū castroꝝ. Cūqꝫ oꝑuisset suꝑfici
em terre: apparuit ī solitudine minutū. et q̄si
pilo tusum in similitudinē pruine suꝑ terrā
Quod cū vidissent filij isrl: dixerūt ad inui
cē. Manhu? quod significat. Quid est hoc.
Ignorabāt enī q̄d esset. Quibus ait moi-
ses. Iste est panis quē dñs dedit vobis ad
vescendū. Hic est sermo quē ꝑcepit vobis
dñs. Colligat vnusquisqꝫ ex eo q̄ꝫtū sufficit
ad vescendū: gomor ꝑ singula capita. Iu-
xta numerū aīarū vr̄arū que habitāt in ta-
bernaculo: sic tolletis. Fecerūtqꝫ ita filij isrl
et collegerūt. alius plus alius minus: et mē
si sunt ad mensurā gomor. Nec q̄ plus col
legerat. habuit amplius: nec qui minus pa
rauerat. reꝑit minus: sꝫ singuli iuxta id qđ
edere poterāt. cōgregauerunt. Dixitqꝫ moi-
ses ad eos. Nullus relinquat ex eo in ma-
ne. Qui nō audierūt eū: sed dimiserūt qui-
dam ex eis vsqꝫ mane: et scatere cepit ver-
mibus. atqꝫ cōputruit. Et iratus ē ꝯtra eos
moises. Colligebāt autē mane singuli: q̄ꝫtū
sufficere poterat ad vescendū. Cunqꝫ inca-
luissꝫ sol: liquefiebat. In die aūt sexta. colle
gerūt cibos duplices: id est duo gomor ꝑ
singulos hoīes. Venerūt aūt om̄s ꝑncipes
multitudinis. et narrauerunt moisi. Qui ait
eis. Hoc est qđ locutus est dñs. Requies
sabbati sanctificata est dño. Cras quodcū
qꝫ operandū est. facite: et q̄ coquenda sunt
coquite. Quicq̄d aūt reliquū fuerit: reponi
te vsqꝫ ī mane. Fecerūtqꝫ ita ut ꝑcepat mo
ises. et nō cōputruit: neqꝫ vermis inuētus ē
in eo. Dixitqꝫ moises. Comedite illud ho-
die. qꝛ sabbatū est dño: nō inuenietur hodie
in agro. Sex diebus colligite: in die aūt se-
ptimo sabbatū est dño: idcirco nō inuenietur
Venitqꝫ septima dies: et egressi de populo
vt colligerent nō inuenerūt. Dixit aūt dñs
ad moisen. Vsqꝫ quo non vultis custodire
mandata mea: et legē meā? Videte ꝙ do
minus dederit vobis sabbatū: et propter
hoc tribuit vobis die sexta cibos duplices.
Maneat vnusquisqꝫ apud semetipsum: ⁊
nullus egrediatur de loco suo die septimo: et
sabbatisabit populus die septimo. Appel-
lauitqꝫ domus isrl. nomē eius man. Quod
erat quasi semen coriandri albū: gustusqꝫ
eius q̄si simile cū melle. Dixit autē moises
Iste est sermo quē ꝑcepit dñs. Imple go
mor ex eo. et custodiatur in futuras retro ge-
nerationes: ut nouerint panē quo alui vos
in solitudine: qñ educti estis de terra egipti.
Dixitqꝫ moises ad aaron. Sume vas vnū
et mitte ibi man. q̄ꝫtum pōt capere gomor.
et repone corā dño ad seruandū in genera
tiones vr̄as: sicut ꝑcepit dominus moisi.
Posuitqꝫ illud aaron in tabernaculo reser-
uandū. Filij aūt israhel comederūt man q̄-
draginta ānis: donec venirēt in terrā habi-
tabilē. Hoc cibo aliti sunt vsqꝫ quo tange-
rent fines terre chanaan. Gomor autē deci-
ma pars est ephi. Ca. xvij.

Igitur ꝓfecta om̄is multitudo filioꝝ
israhel de deserto syn. ꝑ māsiones suas. iu-
xta sermonē dñi: castrametati sūt in raphi
dim: vbi non erat aqua ad bibendū ꝓpl'o.
Qui iurgatus cōtra moisen. ait. Da nobis
aquā ut bibamus. Quibus rn̄dit moises.
Quid iurgami ꝯtra me? cur tēptatis dñm?
Sitiuit ergo ibi ꝓpl'us ꝓ aque penuria: et
murmurauit ꝯtra moisen dicēs. Cur fecisti
nos exire de egipto: ut occideres nos et libe
ros nr̄os ac iumēta siti? Clamauit aūt moi
ses ad dñm dicens. Quid faciā ꝓpl'o huic?
Adhuc paululum: et lapidabit me. Et ait
dñs ad moisen. Accede ꝓpl'm: ⁊ sume tecū
de senioribus israhel: et virgam q̄ ꝑcussisti
fluuiū tolle in manu tua. et vade. En ego
stabo ibi corā te supra petrā oreb: ꝑcuties-
qꝫ petrā: et exibit ex ea aq̄. vt bibat ꝓpl'us.
Fecit ita moises coram senioribus isrl. Et
vocauit nomen loci illius temptatio. ꝓpter
iurgiū filioꝝ israhel: et qꝛ tēptauerūt dñm
dicētes. Est ne deus in nobis. an nō? Venit
autē amelech: et pugnabat cōtra filios isrl

in raphidim. Dixitq; moises ad iosue. Eli
ge viros: et egressus pugna ɔtra amalech
cras. Ego stabo in vertice collis: hñs virgã
dei in manu mea. Fecit iosue ut locutus erat
moises: et pugnauit ɔtra amalech. Moises
aũt et aaron et hur. ascenderũt sup verticẽ
collis. Cũq; leuaret moises manus. vince-
bat isrl'. Si naũt paululũ remisisset: supabat
amalech. Manus aũt moisi erant graues.
Sumẽtes igit̃ lapidẽ posuerũt subter eũ. in
quo sedit: aaron aũt et hur. sustẽtabãt ma
nus eius ex vtraq; pte. Et factũ est ut ma
nus illius nõ lassarent̃: vsq; ad occasum so
lis. Fugauitq; iosue amalech ⁊ ppl'm eius.
in ore gladij. Dixit autem dñs ad moisen
Scribe hoc ob monimẽtũ in libro: et trade
auribus iosue. Delebo enĩ memoriã ama
lech sub celo. Edificauitq; moises altare: et
vocauit nomẽ eius. dñs exaltatio mea. di
cens. Qꝛ manus solius dñi. et bellũ dei erit
ɔtra amalech: a generatiõe in generationẽ

Cũq; audisset iethro sa ¶ Ca. xviij.
cerdos madian. cognatus moisi. oĩa
que fecerat dñs moisi. ⁊ israhel ppl'o suo. et
ꝙ eduxisset dñs israhel de egipto: tulit se-
phoram vxorẽ moisi quã remiserat. et du-
os filios eius: quoꝝ vnus vocabat̃ gersan
dicente patre. aduena fui in terra aliena: al
ter vero eliezer. deus enĩ ait patris mei. ad-
iutor meus: et eruit me de gladio pharaõis
Venit g° iethro cognatus moisi. et filij eius
et vxor eius. ad moisen ĩ desertũ. vbi erat
castrametatus iuxta montẽ dei: et manda
uit moisi dicẽs. Ego iethro cognatus tuus.
venio ad te: et vxor tua. et duo filij tui cum
ea. Qui egressus in occursũ cognati sui ad-
orauit: et osculatus est eũ. Salutaueruntq;
se mutuo verbis pacificis. Cũq; intrass3 ta-
bernaculũ: narrauit moises cognato suo cũ
cta q̃ fecerat dñs pharaoni et egiptijs pro
pter isrl'. vniuersumq; laborem qui accidis
set eis in itinere: et ꝙ liberauerat eos dñs.
Letatusq; est iethro sup omĩbus bonis. q̃
fecerat dñs israheli: eo ꝙ eruiss3 eũ de ma
nu egiptioꝝ. Et ait. Benedictus dñs qui li
berauit vos de manu egiptioꝝ. et de manu
pharaonis: q̃ eruit ppl'm suũ de manu egi-
pti. Nũc cognoui qꝛ magnus dñs sup oẽs
deos: eo ꝙ superbe egerint ɔtra eos. Obtu
lit ergo iethro cognatus moisi olocausta et
hostias dño: venerũtq; aaron et oẽs senio
res filioꝝ israhel: ut comederẽt panẽ cũ eo
corã dño. Altera autẽ die sedit moises ut
iudicaret ppl'm: q̃ assistebat moisi a mane
vsq; ad vesperã. Quod cũ vidisset cogna-
tus eius. omĩa scꝫ que agebat in ppl'o. ait.
Quid ẽ qd̃ facis in plebe? Cur solus sedes:
et oĩs ppl'us p̃stolat̃ de mane vsq; ad ve-
sperã? Cui rñdit moises. Venit ad me po-
pulus: querẽs sñiam dei. Cũq; acciderit eis
aliq̃ disceptatio veniũt ad me ut iudicẽ in
ter eos: et oñdam p̃cepta dei. et leges eius
At ille: nõ bonã inquit rem facis. Stulto la-
bore ɔsumeris: et tu et ppl'us iste q̃ tecũ est
Vltra vires tuas est negociũ. Solus illud
nõ poteris sustinere: sed audi verba mea at
q; ɔsilia: ⁊ erit dñs tecũ. Esto tu ppl'o in his
que ad deũ ptinẽt vt referas q̃ dicunt̃ ad
eũ: ostendasq; ppl'o cerimonias. et ritũ co-
lendi. viãq; p quã ingredi debeãt: et opus
qd̃ facere. Prouide aũt de omĩ plebe viros
sapientes et timẽtes deũ. in quibus sit ven
tas. et qui oderint auaritiã: ⁊ ɔstitue ex eis
tribunos. et cẽturiones. et quĩquagenarios
et decanos: qui iudicẽt ppl'm omĩ tempore.
Quicquid aũt maius fuerit referãt ad te: et
ipsi minora tantũmodo iudicẽt: leuiusq; sit
tibi. partito ĩ alios onere. Si hoc feceris. im
plebis imperiũ dñi: et p̃cepta eius poteris
sustẽtare: et omĩs hic ppl'us reuertet̃ ad lo
ca sua cũ pace. Quibus auditis. moises fe-
cit oĩa que ille suggesserat. Et electis viris
strenuis de cuncto israhel ɔstituit eos p̃nci-
pes populi. tribunos. ec centuriones. et quĩ
quagenarios et decanos: qui iudicarẽt ple
bem dñi omni tempore. Quicq̃d autẽ gra-
uius erat referebant ad eũ. faciliora tantũ-
modo iudicãtes Dimisitq; cognatũ suũ q̃
reuersus abijt in terrã suã. ¶ Ca. xix.

Mense tertio egressionis israhel de ter-
ra egipti: in die hac venerũt in solitudinem
sinai. Nã ꝓfecti de raphidim. et puenien-
tes vsq; in desertũ sinai. castrametati sunt
in eodẽ loco: ibiq; isrl' fixit tentoria e regio
ne montis. Moises aũt ascendit in montẽ
ad deũ. Vocauitq; eũ dñs de monte et ait.

Hec dices domui iacob: et annũciabis fi-
liis israhel. Vos ipi vidistis q̃ fecerim egip-
tiis: quõ portauerim vos sup alas aq̃larũ:
et assumpserim mihi. Si ergo audieritis vo
cẽ meã. et custodieritis pactũ meum: eritis
mihi in regnũ sacerdotale: et gens sancta.
Hec sunt v̄ba q̃ loquens ad filios israhel.
Venit moises: et comuocatis maioribus
natu populi. exposuit om̃es s̄mones quos
mãdauerat dñs. Responditq; oĩs ꝓpl'us
simul. Cuncta q̃ locutus est dñs. faciemus
Cunq; retulisset moises v̄ba ꝓpl'i ad dñm
ait ei dñs. Iã nũc veniã ad te in caligine nu
bis: ut audiat me ꝓpl'us loquentẽ ad te: et
credat tibi in ꝑpetuũ. Nũciauit ergo moi-
ses verba ꝓpl'i ad dñm. Qui dixit ei. Vade
ad ꝓpl'm: et sanctifica illos hodie ⁊ cras. la
uentq; vestimẽta sua: et sint parati in diem
tertiũ. In die enĩ tertio descendet dñs corã
omĩ plebe sup montẽ sinai. Cõstituẽsq; ter
minos ꝓpl'o ꝑ circuitũ: et dices ad eos. Ca
uete ne ascendatis in montẽ: nec tangatis
fines illius. Omnis q̃ tetigerit montẽ mor-
te morietur. Manus nõ tangent eũ: sed la-
pidibus opprimet̃: aut ꝯfodietur iaculis.
Siue iumentũ fuerit siue homo. non viuet
Cum ceperit clangere bucina: tũc ascendãt
in montẽ. Descẽditq; moises de monte ad
ꝓpl'm: et sanctificauit eũ. Cũq; lauissent ve
stimẽta sua: ait ad eos. Estote parati in di
em tertiũ: et ne appropinquetis vxoribus
vr̃is. Iamq; aduenerat tertius dies. et ma
ne inclaruerat: et ecce ceperunt audiri toni-
trua. ac micare fulgura: et nubes densissima
opire montẽ. Clangorq; bucine vehemen
tius ꝑstrepebat: et timuit ꝓpl'us qui erat in
castris. Cũq; eduxisset eos moises in occur
sum dei de loco castroꝝ: steterũt ad radices
montis. Totus aũt mõs sinai fumigabat:
eo q̃ descẽdisset dñs sup eũ in igne: et ascẽ
deret fumus ex eo quasi de fornace. Eratq;
oĩs mons terribilis: et sonitus bucine pau-
latim crescebat in maius: et ꝓlixius tende-
batur. Moises loquebat̃: et dñs respõde-
bat ei. Descenditq; dominus sup montem
sinai in ip̃o mõtis vertice: et vocauit moi-
sen in cacumẽ eius. Quo cũ ascẽdisset: dixit
ad eũ. Descende et ꝯtestare ꝓpl'm: ne forte
velit transcẽdere termĩos ad vidẽdũ dñm
et pereat ex eis plurima multitudo. Sacer-
dotes q̃q; qui accedũt ad dñm sanctificẽ-
tur: ne ꝑcutiat eos. Dixitq; moises ad do-
minũ. Nõ poterit vulgus ascẽdere in mõtẽ
sinai. Tu enĩ testificatus es: et iussisti dicẽs
Pone t̃minos circa montẽ: ⁊ sanctifica illũ
Cui ait dñs. Vade descẽde: ascendesq; tu
et aaron tecũ. Sacerdotes aũt et ꝓpl'us nõ
transeãt termĩos: nec ascendãt ad dñm: ne
forte interficiat illos. Descẽditq; moises ad
populũ: et oĩa narrauit eis. ¶ Ca. xx.
Locutusq; ẽ dñs cũctos s̄mones hos
Ego sum dñs deus tuus. q̃ eduxi te de t̃ra
egipti: de domo s̄uitutis. Nõ habebis deos
alienos corã me. Non facies tibi sculptile:
neq; omnẽ sil'itudinẽ q̃ est in celo desup. et
que in terra deorsum: nec eorũ que sunt in
aquis sub t̃ra. Nõ adorabis ea neq; coles.
Ego sum dñs deus tuus fortis zelotes: vi
sitãs iniq̃tatẽ patrũ in filiis: in tertiã ⁊ quar
tã generationẽ eoꝝ q̃ oderũt me: et faciẽs
misericordiã in milia his qui diligũt me: et
custodiũt p̃cepta mea. Nõ assumes nomẽ
dñi dei tui in vanũ. Nõ enĩ habebit insoñ-
tẽ dñs eũ: q̃ assumpserit nomẽ dñi dei sui
frustra. Memento vt diẽ sabbati sanctifi-
ces. Sex diebus opaberis: et facies oĩa ope
ra tua. Septimo aũt die sabbatũ dñi dei tui
est. Nõ facies om̃e opus in eo: tu et filius
tuus et filia tua. s̄uus tuus ⁊ ancilla tua. iu
mentũ tuũ ⁊ aduena: q̃ ẽ intra portas tuas.
Sex enĩ dieb⁹ fecit dñs celũ ⁊ terrã ⁊ mare
et omĩa q̃ in eis sunt: et req̃euit in die septi
mo. Idcirco bñdixit dñs diei sabbati: et scĩ
ficauit eũ. Honora p̃rem tuũ et m̃rem tuã:
vt sis lõgeuus sup terrã quã dñs deus tu-
us dabit tibi. Nõ occides. Nõ mechaberis
Nõ furtũ facies. Nõ loq̃ris ꝯtra ꝓximũ tu
um falsũ testimoniũ. Nõ ꝯcupisces domũ
ꝓximi tui. Nec desiderabis vxorẽ eius: nõ
seruũ nõ ancillã nõ bouẽ nõ asinũ: nec oĩa
que illius sunt. Cũctus aũt ꝓpl'us videbat
voces. et lãpades. et sonitũ bucine. montẽ
q; fumãtẽ: et ꝑterriti ac pauore ꝯcussi stete
runt ꝓcul: dicẽtes moisi. Loq̃re tu nobis:
et audiemus. Nõ loquatur nobis dñs: ne
forte moriamur. Et ait moises ad populũ

Nolite timere. Vt enī ꝓbaret vos venit de
us: et vt terror illius esset in vobis: et nō pec
caretis. Stetitq; ꝑplus de lōge: moises aūt
accessit ad caliginē in qua erat deus. Dixit
q; p̄ terea dn̄s ad moisen. Hec dices filijs
isrl̄. Vos vidistis q̄ de celo locutus sim vo
bis. Nō facietis deos argenteos: nec deos
aureos facietis vobis. Altare de t̄ra facietis
mihi: et offeretis sup eo olocausta et paci-
fica vr̄a. oues vr̄as ⁊ boues: in omī loco in
quo meōria fuerit nois mei. Veniā ad te:
et bn̄dicā tibi. Qđ si altare lapideū feceris
mihi: nō edificabis illud de sectis lapidib⁹
Si enī leuaueris cultrū tuū sup eo polluet̄.
Nō ascendes p gradus ad altare meū: ne
reueletur turpitudo tua. ¶ Ca. xxj.

Hec sunt iudicia q̄ ꝓpones eis. Si eme
ris seruū hebreū. sex ānis seruiet tibi:
in septimo egredietur liber gratis. Cū quali
veste intrauerit: cū tali exeat. Si habēs vxo
rem: et vxor egredietur simul. Si autē dn̄s
dederit illi vxorē. et peperit filios et filias:
mulier et liberi eius erūt domini sui: ipe ve
ro exibit cū vestitu suo. Qđ si dixerit seruus
diligo dominū meū et vxorē ac liberos. nō
egrediar liber: offerat eū dn̄s dis. et applica
bitur ad ostiū et postes: p forabitq; aurem
eius subula. et erit ei seruus in seculū. Si q̄s
vendiderit filiā suā in famulā: nō egredietur
sicut ancille exire ꝯsueuerūt. Si displicuerit
oculis domini sui cui tradita fuerit. dimittet
eā: ꝑplo aūt alieno vendēdi nō habebit po-
testatē. si spreuerit eā. Si aūt filio suo despō
derit eā: iuxta morē filiarū faciet illi. Qđ si
alterā ei accepit. ꝓuidebit puelle nuptias
et vestimenta: et preciū pudicitie nō nega-
bit. Si tria ista nō fecerit: egredietur gratis
absq; pecunia. Qui ꝑcusserit hominē volēs
occidere: morte moriatur. Qui aūt nō est in-
sidiatus. sed deus illum tradidit in manus
eius: ꝯstituā tibi locū in quo fugere debeat.
Si quis per industriā occiderit ꝓximū suū.
et p insidias: ab altari meo euelles eum vt
moriatur. Qui ꝑcusserit p̄rem suū aut matrē
morte moriatur. Qui maledixerit p̄ri suo vl̄
matri: morte moriatur. Qui furatus fuerit
hoīem et vēdiderit eū: cōuictus noxe mor
te moriatur. Si rixati fuerint viri. et ꝑcusserit
alter proximū suū lapide vel pugno. et ille
mortuus nō fuerit. sed iacuerit in lectulo: si
surrexerit et ambulauerit foris sup baculū
suū. innocēs erit q̄ ꝑcusserit: ita tamē ut ope
ras eius. et impensas in medicos restituat.
Qui ꝑcusserit seruū suū vel ancillā virga et
mortui fuerint i manibus eius: crimīs reus
erit. Si aūt vno die vel duob⁹ supuixerit.
nō subiacebit pene: q̄ pecunia illius est. Si
rixati fuerint viri. et ꝑcusserit q̄s mulierē p̄-
gnantē et abortiuū quidē fecerit. s; ipa vi
xerit: subiacebit dāno q̄ntū maritus mulie-
ris expetierit: et arbitri iudicauerint. Si aūt
mors eius fuerit subsecuta: reddet aīam ꝓ
aīa. oculū ꝓ oculo. dentē ꝓ dente: manū ꝓ
manu. pedē ꝓ pede. adustionē ꝓ adustiōe:
vulnus ꝓ vulnere. liuorē ꝓ liuore. Si ꝑ-
cusserit quispiā oculū serui sui aut ancille. et
luscos eos fecerit: dimittet eos liberos pro
oculo quē eruit. Dentē q̄q; si excusserit ꝑuo
vel ācille sue: similiter dimittet eos liberos
Si bos cornu ꝑcusserit virū aut mulierē. et
mortui fuerint. lapidibus obruet̄: et nō co
medent̄ carnes eius: dn̄s q̄q; bouis inno-
cens erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab
heri. et nudiustertius. et ꝯtestati sunt dn̄m
eius. nec recluserit dn̄s eū. occideritq; virū
aut mulierē: et bos lapidibus obruet̄: et
dn̄m eius occidēt. Qđ si p̄ciū fuerit ei impo
situ. dabit ꝓ aīa sua: quicq̄d fuerit postula-
tus. Filiū q̄q; et filiā si cornu ꝑcusserit: sil̄i
sentētie subiacebit. Si seruū ancillāq; inua
serit: triginta siclos argenti dn̄o dabit: bos
lapidibus opprimet̄. Si q̄s aperuerit cister
nā et foderit. et nō operuerit eā. ceciderit q;
bos. aut asinus in eā: reddet dn̄s cisterne p̄
ciū iumētorū: qđ aūt mortuū est. ipius erit
Si bos alienus bouē alterius vulneraue-
rit. ⁊ ille mortuus fuerit: vendēt bouē viuū
et diuidēt p̄ciū: cadauer autē mortui inter
se dispertient. Si aūt sciebat q̄ bos cornupe
ta esset ab heri et nudiustertius et nō custo
diuit eū dn̄s suus: reddet bouē ꝓ boue: et
cadauer integrū accipiet. ¶ Ca. xxij.

Si quis furatus fuerit bouē aut ouē. et
occiderit vel vendiderit. quīq; boues
ꝓ vno boue restituet: et quatuor oues ꝓ
vna oue. Si effringēs fur domū siue suffo-

diens fuerit inuentus: et accepto vulnere mortuus fuerit: percussor nō erit reus sanguinis. Qđ si orto sole hoc fecerit: homicidium perpetrauit: et ipse morietur. Si non habuerit qđ pro furto reddat: ipse venūdabit. Si inuēta fuerint apud eū qđ furatus est viuēs: siue bos: siue asinus: siue ouis: duplū restituet. Si leserit quispiā agrū vel vineā et dimiserit iumentū suū vt depascat aliena: quicquid optimū habuerit in agro suo vel in vinea pro damni estimatiōe restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas: et cōprehenderit aceruos frugū siue stantes segetes in agris: reddet damnū qui ignē succēderit. Si quis cōmendauerit amico pecuniā aut vas in custodiā: et ab eo qui susceperat furto ablata fuerint: si inuenit fur duplū reddet. Si latet fur: dñs domus applicabit ad deos: et iurabit quod nō extēderit manū in rem proximi sui ad perpetrandā fraudē tam in boue quā in asino: et oue: ac vestimēto: et quicquid damnū inferre potest. Ad deos vtriusq causa perueniet: et si illi iudicauerint: duplum restituet proximo suo. Si quis cōmendauerit proximo suo bouē: asinū: ouē: et oīne iumentū ad custodiam: et mortuū fuerit ac debilitatū: vel captū ab hostibus nullusq hoc viderit: iusiurandū erit in medio quod nō extēderit manū ad rem proximi sui: suscipietq dñs iuramētū: et ille reddere nō cogetur. Qđ si furto ablatū fuerit: restituet damnū dño. Si comestū a bestia: deferat ad eū qđ occisum ē: et nō restituet. Quia proximo suo quicq horū mutuo postulauerit: et debilitatū aut mortuū fuerit dño nō präsente: reddē cōpellet. Qđ si in p̄sentiarū dñs fuerit: nō restituet: maxime si oductū venerat pro mercede operis sui. Si seduxerit q̄s virginē: necdū desponsatā: dormierit q̄ cū ea: dotabit eam: et habebit eam vxorē. Si pater virginis dare noluerit: reddet pecuniā iuxta modū dotis quā virgines accipere cōsueuerūt. Maleficos nō patieris viuere. Qui coierit cū iumēto: morte moriatur. Qui immolat dīs occidetur: preter dño solo. Aduenā nō contristabis: neq affliges eum. Aduene enī et ipsi fuistis in terra egipti. Viduę et pupillo nō nocebitis. Si lesentis eos: vociferabunt ad me: et ego audiā clamorē eorū: et indignabit furor meus: percutiāq vos gladio: et erūt vxores vestre vidue: et filij vestri pupilli. Si pecuniā mutuā dederis populo meo pauperi qui habitat tecū: nō vrgebis eū quasi exactor: nec vsuris opprimes. Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentū: ante solis occasum reddes ei. Ipsum enī est solū quo operit indumentū carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me exaudiā eū: quia misericors sum. Dīs nō detrahes: et principi populi tui nō maledices. Decimas et primitias tuas nō tardabis offerre. Primogenitū filiorū tuorū dabis mihi. De bobus quoq et ouibus similiter facies. Septē diebus sit cū matre sua: die octauo reddes eū mihi. Viri sancti eritis mihi. Carnē que a bestijs fuerit pregustata nō comedetis: sed proijcietis canibus.

Ca. xxiij.

eleazarũ sacerdotem et ad omnẽ multitu-
dinẽ filiorũ israhel. Reliqua aũt utensilia
portauerũt ad castra in campestribus mo
ab: iuxta iordanen contra hiericho. Egressi
sunt aũt moises et eleazar sacerdos et om̃s
ꝑncipes sinagoge in occursum eorũ extra
castra. Iratusqꝫ moises principibus exerci-
tus tribunis et centurionibus qui venerant
de bello ait. Cur feminas reseruastis? Nõne
iste sunt que deceperũt filios israhel ad sug
gestionẽ balaam. et ꝑuaricari fecerũt vos
in domino sup peccato phogor vnde et ꝑ-
cussus est populus? Ergo cũctas interficite
Quicquid est generis masculini etiã in par
uulis. et mulieres q̃ nouerũt viros in coitu
iugulate: puellas autẽ et omnes feminas
virgines reseruate vobis: et manete extra
castra septẽ diebus. Qui occiderit hominẽ
vel occisum tetigerit: lustrabitur die tertio
et septimo. Et de omni ꝑda siue vestimen
tũ fuerit siue vas et aliquid in utensilia pre
paratũ de caprarũ pellibus et pilis et ligno
expiabitur. Eleazar quoqꝫ sacerdos ad vi
ros exercitus qui pugnauerãt sic locutus ẽ
Hoc est ꝑceptũ legis: qđ mandauit deus
moisi. Aurum et argentũ ⁊ es et ferrum et
plumbũ et stannũ et omne qđ potest tran
sire ꝑ flammas. igne purgabitur: quicquid
autẽ ignem non potest sustinere: aqua ex
piationis sanctificabitur: et lauabitis ve-
stimenta vr̃a die septimo. et purificati po-
stea castra intrabitis. Dixit quoqꝫ dñs ad
moisen. Tollite sũmam eorꝫ q̃ capta sunt
ab hoĩe usqꝫ ad pecus tu et eleazar sacer-
dos. et ꝑncipes vulgi: diuidesqꝫ ex equo ꝑ
dam inter eos q̃ pugnauerũt et egressi sunt
ad bellũ. et inter omnẽ reliquã multitudinẽ
et separabis partẽ dño ab his qui pugna
uerũt et fuerũt in bello vnã animã de quin
gentis tã ex hominibus q̃ꝫ ex bobus et asi
nis et ouibus: et dabis eam eleazaro sacer
doti. q2 ꝑmitie dñi sunt. Ex media q̃ꝫ ꝑte
filiorũ isrl̃ accipies quinquagesimũ caput
hoĩm et boũ et asinorũ et ouiũ cũctorũqꝫ

animantiū: et dabis ea leuitis qui excubāt
in custodijs tabernaculi dñi. Fecerūtq; moi
ses et eleazar sicut p̄ceperat dominus. Fuit
aūt preda quā exercitus ceperat ouiū sexcē
ta septuaginta quinq; milia: boū septuagin
ta duo milia. asinorū sexagīta milia et mil
le: anime hominū sexus feminei que nō co
gnouerāt viros. triginta duo milia. Dataq;
est media pars his qui in p̄lio fuerāt. ouiū
trecenta triginta septē milia quīgente. e qui
bus in parte dñi supputate sunt oues sexcē
te septuaginta quinq;: et de bobus trigīta sex
milibus boues septuaginta et duo: de asi-
nis triginta milibus quingentis. asini sexa-
ginta unus. De aīabus hoīm sedecim mili
bus. cesserūt in partem dñi triginta due ani
me. Tradiditq; moises numerū p̄mitiarū
dñi eleazaro sacerdoti sicuti fuerat ei impe
ratū ex media parte filiorū israhel: quā se-
parauerat his qui in p̄lio fuerāt. De media
vero pte que ɔtigerat relique multitudini
id est de ouibus trecētis triginta septē mili-
bus quīgentis. et de bobus triginta sex mi
libus. et de asinis triginta milib⁹ quīgentis
et de hoībus sedecim milibus. tulit moises
quīquagesimū caput: et dedit leuitis q̄ ex
cubabant in tabernaculo dñi. sicut p̄ceperat
dñs. Cūq; accessissent p̄ncipes exercitus ad
moisen et tribuni cēturionesq; dixerūt. Nos
serui tui recensuimus numerū pugnatorū
quos habuimus sub manu nr̄a: et ne vnus
quidē defuit. Ob hanc cām offerimus in do
narijs dñi singuli q̄d in p̄da auri potuimus
inuenire. periscelides et armillas anulos et
dextralia ac murenulas: ut dep̄ceris ꝓ no-
bis dñm. Susceperuntq; moises et eleazar
sacerdos omne aurū in diuersis speciebus
pondo sedecī milia septingētos q̄nquagin
ta siclos: a tribunis et cēturionibus. Vnus
quisq; enim q̄d in preda rapuerat: suū erat
et susceptū intulerūt in tabernaculū testimo
nij: in monimentū filiorū israhel corā dño.

Filij autē ruben et gad ¶ Ca. xxxij
habebāt pecora multa: et erat illis in
iumentis infinita substātia. Cūq; vidissent
iazer et galaad aptas animalibus alendis
terras: venerunt ad moisen et ad eleazarū
sacerdotem. et principes multitudinis: atq;
dixerūt. Astharoth et dibon et iazer et nem
ra esebon et eleale et saban et nebo et beon
terra quam ꝑcussit dñs in cōspectu filiorū
israhel. regionis vberrime est ad pastū ani
maliū: et nos serui tui habemus iumenta
plurima: p̄camurq; si inuenimus gratiā co-
ram te. ut des nobis famulis tuis eā in pos
sessionem. nec facias nos trāsire iordanen.
Quibus respondit moises. Nunquid fra-
tres vestri ibūt ad pugnā: et vos hic sede-
bitis? Cur subuertitis mētes filiorū isrl̄. ne
transire audeāt in locū quē eis daturus est
dñs? Nōne ita egerūt patres vestri. qñ misi
de cadesbarne ad explorandā terrā? Cūq;
venissent ad vallē botri lustrata omni re-
gione subuerterūt cor filiorū israhel. ut nō
intrarent fines q̄s eis dñs dedit: qui iratus
iurauit dicens. Si videbūt hoīes isti qui a
scenderūt ex egipto a viginti ānis et supra
terrā quā sub iuramento pollicitus sum ab-
rahā ysaac et iacob: et noluerūt sequi me
p̄ter caleph filiū iephone cenezeū et iosue fi
liū nun. Isti impleuerūt voluntatē meā. Ira
tusq; dñs aduersum isrl̄ circūduxit eū ꝑ de
sertū quadraginta annis: donec ɔsumeret
vniuersa generatio q̄ fecerat malū in ɔspe
ctu eius. Et ecce inquit vos surrexistis ꝓ pa
tribus vr̄is incremēta et alūni hoīm pecca
torū: ut augeretis furorē dñi ɔtra isrl̄. q̄d si
noluerītis sequi eū. in solitudine ꝓpl̄m dere-
linquet: et vos causa eritis necis oīm. At
illi ꝓpe accedētes dixerūt. Caulas ouiū fa
bricabimus et stabula iumētorū. paruulis
q̄q; nr̄is vrbes munitas: nos aūt ipi arma
ti et accincti ꝑgemus ad p̄liū ante filios isrl̄
donec introducamus eos ad loca sua. Par
uuli nr̄i et quicq̄d habere possumus erūt in
vrbib⁹ muratis ꝓpter habitatorū insidias
Nō reuertemur in domos nr̄as. usq; dum
possideāt filij isrl̄ hereditatē suā. nec quicq̄
queremus trans iordanen. q̄r iā habemus
possessionē nostram in orientali eius plaga
Quibus moises ait. Si facitis quod ꝓmit
titis expediti pergite corā domīo ad pugnā
et omnis vir bellator armatus iordanen
transeat. donec subuertat dominus inimi-
cos suos. et subiciat̄ ei omnis terra: tūc eri
tis inculpabiles apud deū et apud israhel:

et obtinebitis regiones quas vultis coram
dño. Si naũt qđ dicitis nõ feceritis: nulli du
biũ est quin peccetis in deũ: et scitote qm̃
pcc̃m vr̃m apprehẽdet vos. Edificate ergo
urbes paruulis vestris et caulas et stabula
ouibus ac iumẽtis: et qđ polliciti estis im-
plete. Dixerũtq; filij gad et ruben ad moi-
sen. Serui tui sumus. Faciemus qđ iubet do
minus noster. Paruulos nr̃os ⁊ mulieres et
pecora ac iumẽta relinquemus in urbibus
galaad: nos aũt famuli tui om̃s expediti p
gemus ad bellũ. sicut tu dñe loqueris. Pre-
cepit ergo moises eleazaro sacerdoti et io-
sue filio nun et p̃ncipibus familiaꝝ tribus
isrl̃: et dixit ad eos. Si transierint filij gad
et filij ruben vobiscũ iordanen om̃s armati
ad bellũ corã dño. et vobis fuerit terra sub
iecta: date eis galaad in possessionẽ. Si nat̃
noluerint trãsire vobiscũ in terrã chanaan:
inter vos habitandi accipiãt loca. Respon
derũtq; filij gad. et filij ruben. Sicut locutus
est dñs seruis suis ita faciemus. Ip̃i arma
ti pgemus corã dño in terrã chanaã: et pos
sessionẽ iam suscepisse nos ꝯfitemur trans
iordanen. Dedit itaq; moises filijs gad et
ruben et dimidie tribui manasse filij ioseph
regnũ seon regis amorrei et regnũ og regis
basan: et terrã eorũ cũ urbibus suis p cir-
cuitũ. Igitur extruxerunt filij gad dibon et
astaroth et aroer et roth et sophan et iazer
iecbaa et bethnemra et betharan vrbes mu
nitas. et caulas pecoribus suis. Filij vero
ruben edificauerũt esebon et eleale et caria-
thaim et nabo et baalmeon versis nomini
bus: sabama q̃ꝫ imponentes vocabula vr
bibus q̃s extruxerãt. Porro filij machir filij
manasse prexerũt in galaad: et vastauerũt
eã interfecto amorreo habitatore eius. De
dit ergo moises terrã galaad machir filio
manasse: qui habitauit in ea. Iair aũt filius
manasse. abijt et occupauit vicos eius: q̃s
appellauit anothiair: id est villas iair. No
be q̃ꝫ prexit. et apphendit canath cũ viculis
suis. vocauitq; eã ex nomine suo nobe.

HE sunt mansiones filioꝝ ¶ Ca. xxxiij.
isrl̃ qui egressi sũt de egipto p turmas
suas in manu moisi et aarõ: quas descp̃sit
moises iuxta castrorũ loca q̃ dñi iussione
mutabãt. Profecti igit̃ de ramasse mense p̃
mo quĩtadecima die mẽsis p̃mi: fecerũt al
tera die phase filij israhel ĩ manu excelsa vi
dentibus cũctis egiptijs: et sepelientibus p̃
mogenitis quos pcusserat dñs. Nam et in
dijs eoꝝ exercuerat vltionẽ. Castrametati
sunt in soccoth: de soccoth venerũt in etham
q̃ est in extremis finibus solitudinis. Inde
egressi venerũt ꝯtra phiairoth q̃ respicit be
elsephon: et castrametati sunt ante magda
lũ. Profectiq; de phiairoth transierũt p me
diũ mare in solitudinẽ: et ambulãtes trib⁹
diebus p desertũ etham castrametati sunt
in mara. Profectiq; de mara venerũt in he
lim ubi erant duodecim fontes aquarũ. et
palme septuagĩta: ibiq; castrametati sunt
Sed et inde egressi: fixerũt tẽtoria sup mare
rubrũ. Profectiq; de mari rubro castrame
tati sunt in deserto synai: vñ egressi venerũt
in deptha. Profectiq; de deptha castrame
tati sunt in halus: egressiq; de halus. raphi
dim fixere tentoria: vbi ꝓpl̃o defuit aq̃ ad
bibendũ. Profectiq; de raphidim: castrame
tati sunt in deserto synai. Sꝫ et de solitudine
synai egressi. venerũt ad sepulchra ꝯcupi-
scentie. ꝓfectiq; de sepulchris ꝯcupiscentie
castrametati sunt in asseroth: et de asseroth
venerũt in rethma. ꝓfectiq; de rethma ca
strametati sũt in remonphares: vñ egressi
venerũt ĩ lebna. De lebna castrametati sũt
in ressa: egressiq; de ressa venerũt in ceelatha
vñ ꝓfecti castrametati sũt in mõte sepher
egressi de mõte sepher venerũt in arada. In-
de ꝓficiscentes castrametati sunt in mace-
loth: ꝓfectiq; de maceloth. venerũt ĩ taath.
De taath castrametati sunt in thare. vnde
egressi fixere tẽtoria ĩ metcha. et de metcha
castrametati sunt in esmona: profectiq; de
esmona venerũt ĩ moseroth. Et de moseroth
castrametati sũt ĩ baneiachan: ꝓfectiq; de
baneiachan venerũt in montẽ gadgad. vñ
ꝓfecti castrametati sũt in iethebatha: et de
iethebatha venerũt in ebrona. Egressiq; de
ebrona castrametati sũt in asiongaber: in-
de ꝓfecti venerũt ĩ desertũ syn. hec est cades
Egressiq; de cades castrametati sũt ĩ mõte
or: in extremis finib⁹ terre edom. Ascẽditq;
aaron sacerdos in montem or iubẽte dño:

ibi mortuus est anno q̃dragesimo egressio
nis filiorũ israhel ex egipto mense quito p̃
mo die mensis cũ esset annorũ centũuigin
titriũ. Audiuitq; chananeus rex arad. qui
habitabat ad meridiẽ: in terrã chanaan ve
nisse filios isrl̃. et ꝓfecti de monte or castra
metati sunt in salmona: vñ egressi venerũt
in phinon. Profectiq; de phinon castrame
tati sunt in oboth: et de oboth venerũt in iea
barim q̃ est in finib⁹ moabitarũ. Profecti-
q; de ieabarim fixere tẽtoria in dibongad
vnde egressi castrametati sunt in elmon de
blathaim. Egressiq; de elmon deblathaim
venerunt ad montes abarim ɔtra nabo: ꝓ
fectiq; de montib⁹ abarim trãsierũt ad cam
pestria moab sup iordanen ɔtra ihericho.
Ibiq; castrametati sunt de bethsimon usq;
ad belsathim in planioribus locis moabi-
tarũ: ubi locutus est dñs ad moisen. Preci
pe filijs israhel: et dic ad eos. Quãdo tran
sieritis iordanen intrãtes terrã chanaan di
sperdite cũctos habitatores terre illius: con
fringite vitulos et statuas cõminuite atq;
omia excelsa vastate: mũdantes terram et
habitãtes in ea. Ego eni dedi vobis illam
in possessionẽ: quã diuidetis vobis sorte.
Pluribus dabitis latiorẽ: et paucioribꝰ an
gustiorem. Singulis ut sors cecidẽt: ita tri
buetur hereditas. Per tribus ꝛ familias pos
sessio diuidetur. Sin aũt noluerit is interfice
re habitatores terre: qui remãserint. erũt vo
bis quasi claui in oculis et lancee in laten
bus et aduersabũtur vobis in terra habi-
tationis vr̃e: et quicq̃d illis cogitauerã fa-
cere. vobis faciam. ¶ Ca. xxxiiij.

Locutusq; est dñs ad moisen dicens.
Precipe filijs israhel: et dices ad eos. Cũ in
gressi fueritis terrã chanaan. et in possessio-
nẽ vobis sorte ceciderit: his finibus termi-
nabit̃. Pars meridiana incipiet a solitudine
syn q̃ est iuxta edom: et habebit terminos
ɔtra orientẽ mare salsissimũ qui: circuibũt
australẽ plagã p ascensum scorpionis. ita
ut transeant in senna et perueniant ad me-
ridiẽ usq; ad cadesbarne: vnde egrediẽtur
ɔfinia ad villã nomie adar et tendẽt usq;
asemona. Ibitq; p gyrũ terminus ab ase-
mona vsq; ad torrentem egipti: et magni
maris litore finietur. Plaga aũt occidẽtalis
a mari magno incipiet: et ipo fine claudet̃
Porro ad septẽtrionalem plagam a mari
magno termini incipient ꝑuenientes vsq;
ad montẽ altissimũ: a quo veniẽt in emath
usq; ad terminos sedada: ibuntq; confinia
usq; ad ebrona et villã henan. Hi erũt ter
mini in ꝑte acquilonis. Inde metabunt̃ fi-
nes ɔtra orientalem plagã de villa henan
usq; sephama: et de sephama descendẽt ter
mini in reblatha ɔtra fontẽ daphnin. Inde
ꝑuenient ɔtra orientem ad mare cenereth
et tendent usq; ad iordanen: et ad ultimũ
salsissimo claudent̃ mari. Hanc habebitis
terram p fines suos in circuitu. Precepitq;
moises filijs isrl̃ dicens. Hec erit terra quã
possidebitis sorte: et quam iussit dñs dari
nouẽ tribubus et dimidie tribui. Tribus
eni filiorũ ruben p familias suas et tribus
filiorũ gad iuxta cognationũ numerũ: me
dia quoq; tribus manasse id est due semis
tribus acceperũt partẽ suã trans iordanen
ɔtra ihericho: ad orientalem plagã. Et ait
dñs ad moisen. Hec sunt nomina virorũ
qui terrã diuidẽt vobis. Eleazar sacerdos
et iosue filius nun: et singuli p̃ncipes de tri-
bubus singulis quorũ ista sunt vocabula
De tribu iuda: caleph filius iephone. De
tribu simeon: samuhel filius amiud. De tri
bu benianim: helidad filius chaselõ. De tri
bu filiorũ dan: bocci filius iogli. Filiorꝫ io
seph. De tribu manasse: hannihel filius e-
phot. De tribu ephraim: camuhel filius se
pthan. De tribu zabulon: helisaphan filiꝰ
pharnath. De tribu ysachar: dux phalti-
hel filius ozon. De tribu aser: abiud filius
salomi. De tribu neptalim: phedahel filius
amiud. Hi sunt q̃bus p̃ceperat dñs ut di-
uiderẽt filijs isrl̃ terrã chanaan. ¶ Ca. xxxv.

Hec quoq; locutus est dñs ad moisen
in cãpestrib⁹ moab supra iordanẽ cõ
tra ihericho. Precipe filijs isrl̃ ut dent leuitis
de possessionibus suis vrbes ad habitandũ
et suburbana earũ p circuitũ: ut ipi in opi
dis maneãt. et suburbana sint pecorib⁹ ac
iumẽtis: q̃ a muris ciuitatũ for insecus per
circuitũ mille passuũ spacio tendent̃. Cõtra
orientem. duo milia erunt cubiti. et contra

meridiē similiter erūt duomilia. Ad mare quoq; qđ respicit occidentē. eadē mensura erit: et septētrionalis plaga equali termino finietur. Erūtq; urbes in medio: et foris sub urbana. De ip̄is aūt oppidis q̄ leuitis dabitis. sex erunt in fugitiuorū auxilia separata ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinē: et exceptis his alia q̄draginta duo oppida, id est simul q̄dragīta octo cū suburbanis suis Ip̄eq; urbes q̄ dabūtur de possessionibus filiorū isrl'. ab his qui plus habēt plures auferentur: et qui minus pauciores. Singuli iuxta mensurā hereditatis sue dabūt oppida leuitis. Ait dn̄s ad moisen. Loquere filijs isrl': et dices ad eos. Quādo transgressi fueritis iordanē in terrā chanaan. decernite q̄ urbes esse debeāt in p̄sidia fugitiuorū. q̄ nolentes sanguinē fuderint: in quibus cum fuerit profugus. cognatus occisi eū occidere nō poterit: donec stet in ꝯspectu multitudinis et causa illius iudicet̄. De ip̄is aūt vrbibus q̄ ad fugitiuorū subsidia separātur tres erūt trans iordanen. et tres in terra chanaan. tā filijs israhel q̄ aduenis atq; pegrinis: ut ꝯfugiat ad eas qui nolens sanguinē fuderit. Si quis ferro pcusserit et mortuus fuerit qui pcussus est. reus erit homicidij: et ip̄e morietur. Si lapidē iecerit et ictus occubuerit: similiter punietur. Si ligno pcussus interierit: pcussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet statim ut apprehenderit eum pcutiet. Si p odiū q̄s hominē impulerit vel iecerit quippiam in eū p insidias: aut cū esset inimicus manu pcusserit. et ille mortuus fuerit: pcussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statim ut inuenerit eū iugulabit. qđ si fortuitu et absq; odio ⁊ inimicicijs quicq̄ horū fecerit. et hoc audiēte populo fuerit cōprobatū. atq; inter pcussorē et ꝓpinquū sanguinis q̄stio ventilata: liberabit̄ innocens de vltoris manu. et reducet̄ p sententiā in urbem ad quā ꝯfugerat. manebitq; ibi donec sacerdos magnus q̄ oleo sancto vnctus est moriatur. Si interfector extra fines urbiū que exulibus deputate sunt fuerit inuētus et pcussus ab eo qui vltor est sanguinis: absq; noxa erit qui eū occiderit. Debuerat enī ꝓfugus usq; ad mortē pontificis in urbe residere. Postq̄ autē ille obierit: homicida reuertetur in terrā suā. Hec sempiterna erunt et legitima in cūctis habitationibus vr̄is. Homicida sub testib⁹ punietur. Ad vnius testimoniū nullus ꝯdemnabitur. Nō accipietis p̄ciū ab eo q̄ reus est sanguinis: stati et ip̄e morietur. Exules et ꝓfugi ante mortē pontificis nullo mō in urbes suas reuerti poterūt. ne polluatis terrā habitatōis vr̄e q̄ in sontiū cruore maculat̄: nec aliter expiari potest nisi p eius sanguinē. q̄ alterius sanguinē fuderit: ita emundabit̄ vr̄a possessio me cōmorante vobiscū. Ego enī sum dn̄s: qui habito inter filios israhel. ¶ Ca. xxxvi.

Accesserūt aūt et p̄ncipes familiarū galaad filij machir filij manasse de stirpe filiorū ioseph: locutiq; sunt moisi corā p̄ncipibus israhel atq; dixerunt. Tibi dn̄o nr̄o p̄cepit dn̄s ut terrā sorte diuideres filijs israhel: et ut filiabus salphaad fratris nostri dares possessionē debitā patri: quas si alterius tribus hoīes uxores acceperint: sequet̄ possessio sua: et trāslata ad aliū tribū de nr̄a hereditate minuet̄: atq; ita fiet ut cū iubileus, id est quinq̄gesimus annus remissionis aduenerit ꝯfundatur sortiū distributio: ⁊ aliorū possessio ad alios trāseat Rn̄dit moises filijs israhel: et dn̄o p̄cipiente ait. Recte tribus filiorū ioseph locuta ē: et hec lex sup filiabus salphaad a dn̄o ꝓmulgata est. Nubant quibus volūt: tm̄ ut sue tribus hoībus: ne cōmisceat̄ possessio filiorū isrl' de tribu in tribū. Om̄s enim vinducēt uxores de tribu et cognatōne sua. et cūcte femine de eadē tribu maritos accipient: ut hereditas pmaneat in familijs. nec sibi misceantur tribus: sed ita maneāt ut a dn̄o separate sunt. Fecerūtq; filij salphaad ut sibi fuerat imperatū: et nupserūt maala et thersa et egla et melcha et noa filijs patrui sui de familia manasse qui fuit filius ioseph: et possessio q̄ illis fuerat attributa mā sit in tribu et familia patris earū. Hec sunt mandata atq; iudicia: q̄ mandauit dn̄s p manū moisi ad filios isrl' in campestribus moab supra iordanen contra ihericho.

¶ Finit liber numeri.

Incipit Elleaddaberim· q̄ Deuteronomiū appel

Ec sunt ver lat̄. Ca·j·
ba que locutus est moises
ad omnē isrl̄ trans iorda
nen in solitudine cāpestri
cōtra mare rubrum: inter
pharan et thofel et laban
et aseroth· ubi auri est plurimum vndecim
diebus de oreb: p viam montis seir usq; ca
desbarne· Quadragesimo anno vndecimo
mense p̄ma die mensis locutus est moises
ad filios israhel omīa que p̄ceperat illi dn̄s
ut diceret eis: postq̄ pcussit seon regem a-
morreorū· qui habitauit in esebon: et og re
gē basan qui mansit in aseroth et in edrai
trans iordanē in terra moab· Cepitq; moi
ses explanare legē et dicere· Dn̄s deus no-
ster locutus est ad nos in oreb dicens· Suf
ficit vobis q̄ in hoc monte mansistis· Re-
uertimini· et venite ad montē amorreorū
et ad cetera q̄ ei ꝓxima sunt cāpestria atq;
montana et humiliora loca cōtra meridiē
et iuxta litus maris: terrā chananeorū et li
bani vsq; ad flumen magnū eufraten· En
inquit tradidi vobis· Ingredimini et possi-
dete eā: su p qua iurauit dn̄s patribus ve-
stris abrahā ysaac et iacob: ut daret illam
eis et semini eorū post eos· Dixitq; vobis
in illo tp̄e· Nō possum solus sustinere vos
quia dn̄s deus vester multiplicauit vos: et
estis hodie sic̄ stelle celi plurimi· Dn̄s deus
patrū vestrorū addat ad hūc numerū mul
ta milia: et benedicat vobis sicut locutus ē
Non valeo solus negocia vestra sustinere
et pondus et iurgia· Date ex vobis viros
sapientes et gnaros quorū ꝯuersatio sit ꝓ
bata in tribubus vr̄is: ut ponā eos vobis
p̄ncipes· Tunc respondistis mihi· Bona res
est quā vis facere· Tuliq; de tribubus ve-
stris viros sapientes et nobiles et constitui
eos p̄ncipes tribunos et centuriones et q̄n
quagenarios ac decanos qui docerent vos
singula: p̄cepiq; eis dicēs· Audite illos: et
q̄d iustū est iudicate· Siue ciuis sit ille siue
pegrinus: nulla erit distantia p̄sonarū· Ita
paruū audietis ut magnum: nec accipietis
cuiusq̄ p̄sonā: q2 dei iudiciū est· Q̄d si dif
ficile vobis visum aliquid fuerit· referte ad
me: et ego audiā· Precepiq; omnia q̄ face
re deberetis· Profectiq; de oreb trāsiuimus
p heremū terribilē et maximā solitudinem
quā vidistis p viā montis amorrei: sic̄ p̄-
ceperat dn̄s deus noster nobis· Cūq; venis
semus in cadesbarne dixit vobis· Venistis
ad montē amorrei: quē dn̄s deus vr̄ datu
rus ē vobis· vide terrā: quā dn̄s deus tuus
dabit tibi· Ascende et posside eā: sic̄ locu-
tus est dn̄s deus nr̄ patribus tuis· Noli ti-
mere: nec quicq̄ paueas· Et accessistis ad
me om̄s atq; dixistis· Mittamus viros qui
ꝯsiderēt terrā: et renūcient p q̄d iter debea
mus ascendere: et ad quas pgere ciutiates
Cūq; mihi sermo placuisset: misi ex vobis
duodecim viros singulos de tribub⁹ suis·
qui cū prexissent et ascēdissent in mōtana
venerūt usq; ad vallē botri: et ꝯsiderata ter
ra· sumētes de fructibus eius ut ostenderēt
vbertatē attulerūt ad nos: atq; dixerūt· Bo
na est terra quā dn̄s deus nr̄ daturus est no
bis· Et noluistis ascendere: sz increduli ad
s̄monē dei nr̄i murmurastis ī taberna culis
v r̄is atq; dixistis· Odit nos dn̄s: et idcirco
eduxit nos de terra egipti ut traderet nos in
manu amorrei atq; deleret· q̄ ascēdemus·
Nūcij terruerūt cor nr̄m dicētes· Maxima
multitudo est: et nobis statura ꝓcerior· Vr
bes magne et ad celū usq; munite· Filios
enachim vidimus ibi· Et dixi vobis nolite
metuere: nec timeatis eos· Dn̄s deus qui
ductor est noster· ꝓ vobis ip̄e pugnabit: si
cut fecit in egipto cunctis videntibus: et in
solitudine ip̄i vidistis· Portauit te dn̄s deus
tuus ut solet homo gestare puulū filiū suū
in om̄i via p quā ambulasti: donec venire
tis ad locū istū· Et nec siquidē credidistis
dn̄o deo vestro qui p̄cessit vos in via et me
tatus est locū in quo tētoria figere debere
tis: nocte ostendēs vobis iter p ignē: et die
p colūnā nubis· Cūq; audissz dn̄s vocē ser
monū vr̄orū: iratus iurauit et ait· Nō vide
bit quispiā de hoībus generationis huius
pessime terrā bonā quā sub iuram̄to pollici
tus sum patribus vr̄is: p̄ter caleph filiū ie-
phone· Ip̄e eni videbit eā: et ip̄i dabo terrā
quā calcauit ꝛ filijs eius: q2 secutus ē dn̄m
Nec miranda indignatio in ꝓpl̄m: cū mihi

quoqꝫ iratus deus ꝓpter vos dixerit. Nec tu
ingredieris illuc: sed iosue filius nun mini
ster tuus ipe intrabit ꝓ te. Hūc exhortare
et robora: et ipe sorte terrā diuidet israheli
Paruuli vr̄i de q̄bus dixistis q̄ captiui du
cerentur. et filij q̄ hodie boni ac mali igno-
rant distantiā. ipi ingrediētur: et ipis dabo
terrā et possidebūt eā: vos aūt reuertimini
et abite in solitudinē ꝑ viam maris rubri
Et rn̄distis mihi. Peccauimus dn̄o. Ascen
demus et pugnabimus: sicut precepit dn̄s
deus nr̄. Cunqꝫ instructi armis ꝑgeretis in
montē: ait mihi dn̄s. Dic ad eos. Nolite
ascendere neqꝫ pugnetis. Non eni sum vo
biscū: ne cadatis corā inimicis vr̄is. Locu-
tus sum et nō audistis: sed aduersantes im
perio dn̄i et tumētes suꝑbia ascendistis in
montē. Itaqꝫ egressus amorreus qui habi
tabat in montib⁹ et obuiā veniēs ꝑsecutus
est vos. sicut solēt apes ꝑsequi: et cecidit de
seir usqꝫ horma. Cūqꝫ reuersi ploraretis co
ram dn̄o nō audiuit vos: nec voci vestre vo
luit acquiescē. Sedistis ergo in cadesbarne
multo tp̄e. ¶ ij.

Profectiqꝫ inde venimus in solitudinē que ducit ad
mare rubrū sicut mihi dixerat dn̄s: et circu
iuimus montē seir longo tp̄e. Dixitqꝫ dn̄s
ad me. Sufficit vobis circuire montē istum
ite ꝯtra aquilonē: et ꝓpl'o p̄cipe dicēs. Trā
sibitis ꝑ terminos fratrū vestrorū filiorum
esau qui habitāt in seir: et timebūt vos. Vi
dete ergo diligenter ne moueamini contra
eos. Neqꝫ enim dabo vobis de terra eorū
q̄ꝫ tū potest vnius pedis calcare vestigiū: qꝛ
in possessionē esau dedi montē seir. Cibos
emetis ab eis pecunia. et comedetis: aquā
emptā haurietis et bibetis. Dn̄s deus tuus
bn̄dixit tibi in om̄i ope manuū tuarū. No
uit iter tuū: quomodo transieris solitudinē
hanc magnā ꝑ quadraginta annos. habi-
tans tecū dn̄s deus tuus: et nihil tibi defuit
Cūqꝫ transissemus fratres nr̄os filios esau
qui habitabāt in seir ꝑ viam campestrē de
helath et de asiongaber: venimus ad iter
qđ ducit in desertū moab. Dixitqꝫ dn̄s ad
me. Nō pugnes ꝯtra moabitas: nec ineas
aduersus eos preliū. Non enim dabo tibi
quicq̄ꝫ de terra eorꝫ: quia filijs loth tradidi
ar in possessionē. Emim p̄mi fuerūt habita
tores eius: populus magnus et validus et
tā excelsus ut de enachim stirpe q̄si gigan-
tes crederent̄: et essent sil'es filiorꝫ enachim
Deniqꝫ moabite appellāt eos emim. In seir
aūt p̄us habitauerūt horim: quibus expul
sis atqꝫ deletis habitauerunt filij esau. sicut
fecit isrl' in terra possessionis sue quā dedit
illi dn̄s. Surgētes ergo ut transiremus tor-
rentē zareth: venimus ad eū. Tempus aūt
quo ambulauimus de cadesbarne usqꝫ ad
transitū zareth triginta et octo annorū fuit
donec ꝯsumeret̄ om̄is ꝯgregatio hominū
bellatorū de castris sic̄ iurauerat dn̄s: cuius
manus fuit aduersus eos ut interirēt de ca-
strorū medio. Postq̄ꝫ aūt vniuersi ceciderūt
pugnatores: locutus est dn̄s ad me dicens
Tu transibis hodie terminos moab vrbē
noīe ar: et accedes in vicinia filiorū amon
Caue ne pugnes cōtra eos: nec mouearis
ad preliū. Nō eni dabo tibi de terra filiorꝫ
amon: qꝛ filijs loth dedi eā in possessionē
Terra gigantū reputata est. et in ipsa olim
habitauerūt gigātes. quos amonite vocāt
zommim. ꝓpl'us magnus ⁊ multus et ꝓcere
longitudinis sic̄ enachim. quos deleuit dn̄s
a facie eorū. et fecit illos habitare ꝓ eis si-
cut fecerat filijs esau qui habitāt in seir de
lens horreos. et terrā eorꝫ illis tradēs: quā
possident usqꝫ in p̄sens. Eueos q̄ꝫ qui ha-
bitabant in aserim usqꝫ gazam capadoces
expulerūt: q̄ egressi de capadocia deleuerūt
eos: et habitauerūt ꝓ illis. Surgite et trāsite
torrentem arnō. Ecce tradidi in manu tua
seon regē esebon amorreū et terrā eius inci
pe possidere: et cōmitte aduersus eū preliū
Hodie incipiā mittere terrorē atqꝫ formi-
dinē tuā in ꝓpl'os q̄ habitant sub om̄i celo
ut audito nomine tuo paueant. et in morē
parturientiū ꝯtremiscāt: et dolore teneant̄.
Misi ergo nuncios de solitudine cademoth
ad seon regē esebon verbis pacificis dicēs.
Transibimus ꝑ terrā tuā: publica gradie-
mur via. Nō declinabimus neqꝫ ad dextrā
neqꝫ ad sinistrā: alimēta p̄cio vende nobis
ut vescamur. aquā pecunia tribue ⁊ sic bibe
mus. Tm̄ ē ut nobis ꝯcedas transitū: sic̄ fe
cerūt filij esau q̄ habitāt in seir. et moabite

qui habitant in ar. donec veniamus ad iordanen: et trāseamus ad terrā quā dn̄s deꝰ noster daturus est nobis. Noluitq; seon rex esebon dare nobis transitū. q2 indurauerat dn̄s deus tuus spiritū eius: et obfirmauerat cor illius. ita ut traderet̄ in manus tuas sicut nunc vides. Dixitq; dn̄s ad me. Ecce cepi tibi tradere seon et terram eius: incipe possidere eā. Egressusq; est seon obuiā nobis cū omni populo suo ad p̄liū in iasa: et tradidit eū dn̄s deus noster nobis: pcussimusq; eū cū filijs suis et omni populo suo cunctasq; vrbes in tp̄e illo cepimus interfectis habitatoribus earū viris ac mulieribus et paruulis. Nō reliquimus ī eis quicq̄ absq; iumētis q̄ in partē venere p̄dantiū et spolijs vrbiū quas cepimus ab aroer q̄ est sup ripam torrentis arnō oppido qđ in valle sitū est usq; galaad. Nō fuit vicus et ciuitas q̄ nostras effugeret manus. Omnes tradidit dn̄s deus noster nobis: absq; terra filioꝝ amon ad quā non accessimus et cūctis q̄ adiacent torrenti ieboc: et vrbibꝰ montanis vniuersisq; locis a quibus nos

Ca. iii.

Iprohibuit dn̄s deus noster. Itaq; ꝯuersi ascēdimus p iter basan Egressusq; est og rex basan in occursum nobis cū ppl'o suo ad bellandū ī edrai dixitq; dn̄s ad me. Ne timeas eum: q2 in manu tua traditus est cū om̄i ppl'o ac terra sua: faciesq; ei sic̄ fecisti seon regi amorreorū qui habitauit in esebon. Tradidit ergo dn̄s deus noster in manibus nr̄is etiā og regem basan et vniuersum ppl'm eius: pcussimusq; eos usq; ad internetōem: vastantes cūctas ciuitates illius vno tp̄e. Nō fuit oppidum qđ nos effugeret. Sexaginta vrbes omnem regionē argob regni og in basan. Cūcte vrbes erant munite muris altissimis portisq; et vectibus: absq; oppidis innumeris q̄ nō habebāt muros et deleuimus eos sic̄ feceramus seon regi esebon. dispdentes omnē ciuitatem virosq; ac mulieres et paruulos: iumēta aūt et spolia vrbiū disripuimus. Tulimusq; illo in tp̄e terrā de manu duorū regū amorreorū qui erāt trans iordanen a torrente arnō usq; ad montē hermon quē sydonij sarion vocāt ⁊ amorrei sanir: om̄s ciuitates q̄ site sunt in planicie. et vniuersam terram galaad et basan usq; ad selcha. et edrai ciuitates regni og in basan. Solus quippe og rex basan restiterat de stirpe gigantū. Monstratur lectus eius ferreus q̄ est in rabath filioꝝ amon: nouē cubitos hn̄s longitudinis: et quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. Terrāq; possedimus tp̄e illo ab aroer q̄ est sup ripā torrētis arnō: usq; ad mediā ptē montis galaad. Et ciuitates illius dedi ruben ⁊ gad: reliquā at̄ ptē galaad et omnē basan regni og tradidi medie tribui manasse omnē regionē argob. Cūcta basan vocatur terra gigantū. Iair filius manasse possedit omnē regionē argob usq; ad termios gessuri et machati. Vocauitq; ex noīe suo basan anothiair id est villas iair: usq; in p̄sentē diē. Machir q̄ꝫ dedi galaad: et tribus ruben. et gad dedi de terra galaad usq; ad torrentē arnō mediū torrentis et finiū usq; ad torrentē ieboc qui est terminus filiorū amon: et planiciē solitudinis atq; iordanē et terminos cenereth vsq; ad mare deserti qđ est salsissimū ad radices mōtis phasga ꝯtra orientē. Precepiq; vobis in tp̄e illo dicens. Dn̄s deus vr̄ dat vobis terrā hanc in hereditatē: expediti p̄cedite fratres vr̄os filios isrl' om̄s viri robusti absq; vxoribus et paruulis atq; iumētis. Noui enī q̄ plura habeatis pecora et in vrbibus remanere debebūt q̄s tradidi vobis: donec requiē tribuat dn̄s fratribus vr̄is sic̄ vobis tribuit. et possideāt etiā ip̄i terrā. quā daturus est eis trans iordanē: tūc reuertet̄ vnusquisq; in possessionē suā quā dedi vobis. Iosue q̄ꝫ in tp̄e illo p̄cepi dicēs. Oculi tui viderūt q̄ fecit dn̄s deus noster duobꝰ his regibus: sic faciet omībus regnis ad q̄ transiturus es. Ne timeas eos. Dn̄s enī deus vester pugnabit pro vobis. Precatusq; sum dn̄m in tp̄e illo dicens. Dn̄e deus tu cepisti ostendere ſuo tuo magnitudinē tuā manūq; fortissimā. Neq; enī est alius deus vel in celo vel in terra qui possit facere opa tua: et cōparari fortitudini tue. Transibo igit̄ et videbo terrā hanc optimā trans iordanē: et montē istum egregiū ⁊ libanū. Iratusq; est

dñs mihi ꝓpter vos nec exaudiuit me: sed dixit mihi. Sufficit tibi: nequaq̃ ultra loq̃ris de hac re ad me. Ascẽde cacumẽ phasge: et oculos tuos circũfer ad occidentẽ et ad aquilonẽ. austrũq; et orientẽ et aspice. Nec enĩ trãsibis iordanen istũ. Precipe iosue et corobora eũ. atq; confortа: qz ipe p̃cedet populũ istũ: et diuidet eis terrã quã visurus es. Mansimusq; in valle contra

Ephanum phogor. ¶ Ca. iiij.

Et nũc israhel audi p̃cepta et iudicia q̃ ego doceo te ut faciẽs ea viuas et ingrediens possideas terrã quã dñs deus patrũ vestrorũ daturus est vobis. Non addetis ad verbũ qđ vobis loquor: nec auferetis ex eo. Custodite mandata dñi dei vestri q̃ ego p̃cipio vobis. Oculi vestri viderũt oia que fecit dominus cõtra beelphegor: quõ extruent omnes cultores eius de medio vestri. Vos aũt qui adheretis dño deo vestro viuitis oĩuersi: usq; in p̃sentem diẽ. Scitis q̃ docuerim vos p̃cepta atq; iustitias sicut mãdauit mihi dominus deus meus: sic facietis ea in terra quã possessuri estis: et obseruabitis et implebitis ope. Hec est enim vr̃a sapientia et intellectus corã populis: ut audiẽtes vniuersi p̃cepta hec dicãt. En ꝓp̃l'us sapiens et intelligens gens magna. Nec est alia natio tã grãdis q̃ habeat deos appropin quãtes sibi: sic deus noster adest cũctis obsecratõnibus nr̃is. Que est enim alia gens sic inclita vt habeat cerimonias iustasq; iudicia: & vniuersam legẽ quã ego ꝓponã hodie ante oculos vr̃os? Custodi igitur temetip̃m et animã tuã sollicite. Ne obliuiscaris v̊borũ q̃ viderũt oculi tui: & ne excidant de corde tuo cũctis diebꝰ vite tue Docebis ea filios ac nepotes tuos: diẽ in quo steteris corã dño deo tuo in oreb q̃n dñs locutus ẽ mihi dicẽs. Cõgrega ad me ꝓp̃l'm vt audiãt sermones meos: et discãt timere me omni tp̃e quo viuũt in terra: docẽãtq; filios suos. Et accessistis ad radices montis qui ardebat usq; ad celũ. erãtq; in eo tenebre et nubes et caligo. Locutusq; est dñs ad vos de medio ignis. Vocẽ verborꝫ eius audistis: et formã penitus nõ vidistis Et ostendit vobis pactũ suũ qđ p̃cepit vt faceretis: et decẽ verba que scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mãdauit in illo tempore ut docerem vos cerimonias et iudicia: que facere deberetis in terra quã possessuri estis. Custodite igit̃ sollicite animas vestras. Nõ vidistis aliquã similitudinẽ in die qua locutus est vobis dñs in oreb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptã similitudinẽ aut imagnẽ masculi vel femine: similitudinẽ oĩm iumentorũ q̃ sunt sup terrã. vel auiũ sub celo volantiũ. atq; reptiliũ q̃ mouẽt̃ in terra: siue piscũ qui sub terra morant̃ in aquis: ne forte oculis eleuatis ad celũ videas solẽ et lunã et oĩa astra celi et errore deceptus adores ea et colas: q̃ creauit dñs deus tuus in ministeriũ cũctis gentibus que sub celo sunt. Vos aũt tulit dñs et eduxit de fornace ferrea egipti: ut haberet ꝓp̃m hereditariũ sicut est in p̃nti die. Iratusq; est dñs contra me ꝓpter sermones vr̃os et iurauit. ut nõ trãsirem iordanẽ: nec ingrederer terrã optimã quã daturus est vobis. Ecce morior in hac humo: nõ trãsibo iordanẽ: vos transibitis et possidebitis terrã egregiam. Caue ne q̃n obliuiscaris pacti dñi dei tui. qđ pepigit tecũ: et facias tibi sculptã similitudinẽ eorꝫ q̃ fieri dñs prohibuit. Quia dñs deus tuus ignis dĩsumẽs est. deus emulator. Si genueritis filios ac nepotes: et morati fueritis in terra. deceptiq; feceritis vobis aliquã similitudinẽ patrãtes malũ corã dño deo vestro ut eũ ad iracundiã ꝓuocetis: testes inuoco hodie celũ et terrã. cito perituros vos esse de terra: quã transito iordane possessuri estis Nõ habitabitis in ea longo tempore: sed delebit vos dominus atq; dispget in oĩs gentes: et remanebitis pauci in nationibꝰ ad quas vos ducturus est dominus. Ibiq; seruietis dijs qui hominũ manu fabricati sunt. ligno et lapidi qui nõ vident: non audiũt nõ comedũt: nõ odorantur. Cũq; quesieris ibi dominũ deũ tuũ inuenies eũ: si tñ toto corde quesieris. et tota tribulatione anime tue: postq̃ te inuenerint omia que p̃dicta sunt. Nouissimo autem tempore reuerteris ad dñm deũ tuũ et audies vocem eius: quia deus misericors dominus deus

tuus est. Nō dimittet te. nec omnino dele-
bit: neqꝫ obliuiscet̄ pacti in quo iurauit pa
tribus tuis. Interroga de diebus antiquis q̄
fuerunt ante te. ex die quo creauit deus ho
minē sup terrā a summo celi usqꝫ ad sum-
mū eius: si facta est aliqn̄ huiuscemodi res
aut unqꝫ cognitū est ut audiret ꝓpl̄us vocē
dn̄i loquentis de medio ignis. sicut tu audi
sti et vidisti: si fecit deus ut ingrederetur et
tolleret sibi gentē de medio nationū ꝑ tem
ptationes signa atqꝫ portēta. ꝑ pugnā et
robustā manū. extentūqꝫ brachiū. et hor ri
biles visiones iuxta omnia q̄ fecit ꝓ nobis
dn̄s deus noster in egipto videntibus ocu
lis tuis: ut scires quoniā dn̄s ipe est deus:
non est alius preter vnum. De celo te fecit
audire vocem suam ut doceret te: et in ter-
ra ostēdit tibi ignē suū maximū: et audisti
verba illius de medio ignis. qꝛ dilexit p̄res
tuos: et elegit semē eoꝝ post eos. Eduxitqꝫ
te p̄cedēs in v̄tute sua magna ex egipto ut
deleret natōnes maximas ⁊ fortiores te in
introitu tuo: et introduceret te daretqꝫ tibi
terrā earū in possessionē: sicut cernis in p̄nti
die. Scito g° hodie et cogitato in corde tuo
q̄ dn̄s ipe est deus in celo sursū: et in terra
deorsū: et nō sit alius. Custodi p̄cepta eius
atqꝫ mādata q̄ ego p̄cipio tibi ut bn̄ sit tibi
et filijs tuis post te: et ꝑmaneas multo tp̄e
sup terrā quam dn̄s deus tuus daturus est
tibi. Tunc separauit moises tres ciuitates
trans iordanen ad orientalē plagā. ut ꝯfu
giat ad eas qui occident nolēs ꝓximū suū.
nec fuerit sibi inimicus ante vnū et alterum
diē. et ad harū aliquā urbiū possit euade-
re: bosor in solitudine q̄ sita est in terra cam
pestri de tribu ruben: et ramoth: in galaad
que est in tribu gad: et golā in basan que
est in tribu manasse. Ista est lex quam ꝓpo
suit moises corā filijs israhel: et hec testimo
nia et cerimonie atqꝫ iudicia q̄ locutus est
ad filios isrl̄. qn̄ egressi sunt de egipto trās
iordanen in valle contra phanū phogor in
terra seon regis amorrei q̄ habitauit in ese
bon quem ꝑcussit moises. Filij q°qꝫ israhel
egressi ex egipto possederunt terram eius et
terrā og regis basan. duorū regū amorreo
rū qui erant trās iordanen ad solis ortum

ab aroer q̄ sita est sup ripā torrētis arnon
usqꝫ ad montē sanir qui est et hermō oēm
planiciē trās iordanen ad orientalē plagā
usqꝫ ad mare solitudinis. et usqꝫ ad radices
Vocauitqꝫ ¶ mōtis phasga ¶ Ca. v.
moises omnē israhelē: et dixit ad eū
Audi isrl̄ cerimonias atqꝫ iudicia: que ego
loquor in auribus v̄ris hodie. Discite ea:
et ope complete. Dn̄s deus noster pep igit
nobiscū fedus in oreb. Nō cū patribus n̄ris
inijt pactū sed nobiscū: qui imp̄sentiarū su
mus et viuimus. Facie ad faciē locutus est
nobis in monte de medio ignis. Ego seque
ster et medius fui inter dn̄m et vos in tp̄e
illo: ut annuntiarē vobis v̄ba eius. Timui-
stis enī ignē: et nō ascendistis in montem.
Et ait. Ego dn̄s deus tuus: qui eduxi te de
terra egipti de domo seruitutis. Non habe
bis deos alienos in ꝯspectu meo. Non fa
cies tibi sculptile. nec similitudinē oīm que
in celo sunt desup. et q̄ in terra deorsū: et q̄
versantur ī aquis sub terra. Nō adorabis
ea: et nō coles. Ego enī sum dn̄s deus tuus
deus emulator reddēs iniquitatē patrū su
per filios in tertiā et quartā generationem
his qui oderūt me: et faciēs misericordiā in
multa milia diligentib⁹ me et custodienti-
bus p̄cepta mea. Nō usurpabis nomē dei
tui frustra: qꝛ nō erit impunitus qui sup re
vana nomē eius assumpserit. Obserua diē
sabbati ut sanctifices eū: sic p̄cepit tibi dn̄s
deus tuus. Sex diebus opaberis: et facies
omīa opa tua. Septimus dies sabbati est
id est requies dn̄i dei tui. Nō facies in eo
quicqꝫ opis tu et filius tuus et filia. seruus
et ācilla: bos et asinus et om̄e iumentū tuū
et pegrinus qui est intra portas tuas: ut re
quiescat seruus et ancilla tua sic et tu. Me-
mento q̄ et ipe ꝑuieris in egipto: et eduxe
rit te inde dn̄s deus tuus in manu forti et
brachio extēto. Idcirco p̄cepit tibi ut obser
uares diē sabbati. Honora patrē tuū ⁊ ma
trē sicut p̄cepit tibi dn̄s deus tuus: ut lōgo
viuas tempore: et bene sit tibi in terra quā
dn̄s deus tuus daturus est tibi. Non occi-
des: neqꝫ mechaberis: furtūqꝫ nō facies: nec
loqueris ꝯtra ꝓximū tuū falsū testimoniū
Nō ꝯcupisces vxorē ꝓximi tui. n̄ domū nō

agrū nō seruū·nō ancillā·nō bouē·nō asinū et vniuersa q̄ illius sunt·Hec v̄ba locutus est dn̄s ad omnē multitudinē vestram in mō te de medio ignis·et nubis et caligīs voce magna·nihil addens amplius:et scripsit ea in duab⁹ tabulis lapideis quas tradidit mihi·Vos autē postq̄ audistis vocē de medio tenebraꝝ·et montē arderet vidistis:accessistis ad me oēs p̄ncipes tribuū et maiores natu:atq; dixistis·Ecce ostendit nobis dn̄s deus noster maiestatē·magnitudinē suā· Vocē eni eius audiuimus de medio ignis:et ꝓbauimus hodie q̄ loquētē deo cū hoīe vixerit homo·Cur ergo moriemur:et deuorabit nos ignis hic maximus? Si eni audierimus vltra vocē dn̄i dei nostri moriemur·Quid est omis caro ut audiat vocē dei viuentis·qui de medio ignis loquit̄ sic nos audiuimus:et possit vivere? Tu magis accede:et audi cūcta q̄ dixerit dn̄s deus noster tibi:loquerisq; ad nos et nos audiētes faciemus ea·Q̄d cū audisset dn̄s ait ad me·Audiui vocē verborum populi huius q̄ locuti sunt tibi·Bene omia sunt locuti·Quis det talē eos habere mentē·ut timeāt me et custodiāt vniuersa mandata mea in oī tp̄e:ut bene sit eis et filiis eorū in sempiternū? Vade et dic eis·Reuertimini in tentoria vestra· Tu vero hic sta mecū:et loquar tibi oīa mandata mea et cerimonias atq; iudicia q̄ docebis eos ut faciāt ea in terra quā dabo illis in possessionē·Custodite igit̄ et facite que p̄cepit dominus deus vobis·Non declinabitis neq; ad dextrā neq; ad sinistrā:sed p viā quā p̄cepit dn̄s deus vester ambulabitis:ut viuatis et bene sit vobis et ꝓtelentur dies vestri in terra possessionis vestre. Ca·vi·

HEc sunt p̄cepta et cerimonie atq; iudicia que mandauit dn̄s deus vester ut docerē vos·et faciatis ea in terra ad quā transgredimini possidendā:ut timeas dominū deum tuū et custodias omnia mandata et p̄cepta eius que ego p̄cipio tibi et filiis ac nepotibus tuis·cūctis diebus vite tue:ut ꝓlongētur dies tui· Audi israhel et obserua ut facias que p̄cepit tibi dn̄s et bene sit tibi et multipliceris amplius sic̄ pollicitus est dominus deus patrū tuoꝝ tibi terrā lacte et melle manantē· Audi israhel Dn̄s deus noster deus vnus est·Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo:et ex tota anima tua:et ex tota fortitudine tua·Erūt q̄ verba hec q̄ ego p̄cipio tibi hodie in corde tuo:et narrabis ea filiis tuis·et meditaberis sedens in domo tua·et ambulans in itinere dormiēs atq; ōsurgens:et ligabis ea quasi signū in manu tua:erūtq; et mouebūtur inter oculos tuos:scribesq; ea in limine et hostiis domus tue·Cumq; introduxerit te dn̄s deus tuus in terrā ꝓ qua iurauit patribus tuis abraham ysaac et iacob·et dederit tibi ciuitates magnas et optimas quas nō edificasti:domos plenas cūctaq; opū quas nō extruxisti·cisternas quas nō effodisti·vineta et oliueta q̄ nō plātasti·et comederis et saturatus fueris:caue diligēter ne obliuiscaris dn̄i dei tui q̄ eduxit te de terra egipti·de domo seruitutis· Dn̄m deū tuū timebis et illi soli seruies:ac p nomē illius iurabis·Nō ibitis post deos alienos cunctarū gentiū q̄ in circuitu vr̄o sunt:qm̄ deus emulator dn̄s deus tuus i medio tui ne quādo irascatur furor dn̄i dei tui contra te et auferat te de sup facie terre·Nō tēptabis dn̄m deū tuū:sicut temptasti in loco tēptationis·Custodi p̄cepta dn̄i dei tui ac testimonia et cerimonias quas p̄cepit tibi:et fac q̄d placitū est et bonū in ōspectu domini ut bene sit tibi:et ingressus possideas terram optimā de qua iurauit dominus patribus tuis ut deleret omnes inimicos tuos coram te sicut locutus est· Cū interrogauerit te filius tuus cras dicēs·quid sibi volūt testimonia hec·et cerimonie atq; iudicia q̄ p̄cepit dominus deus noster nobis:dices ei Serui eramus pharaonis in egipto:et eduxit nos dn̄s de egipto in manu forti:fecitq; signa atq; prodigia magna et pessima in egipto contra pharaonē et omnē domū illius in ōspectu nostro:et eduxit nos inde:ut introductis daret terram sup qua iurauit patribus nr̄is·Preceptiq; nobis dominus ut faciamus omnia legitima hec:et timeamus dn̄m deū nostrū ut bene sit nobis cūctis diebus vite nr̄e sic̄ est hodie·Eritq;

nostri misericos: si custodierimus et feceri-
mus omnia p̄cepta eius corā dño deo no-
stro sicut mandauit nobis. ¶ Ca. vij.

CVm vo introduxerit te dominus deus
tuus in terrā quam possessurus ingre-
dieris. et deleuerit gentes multas coram te
etheū et gergezeū et amorreū chananeū et
pherezeū et eueū et iebuseū. septem gentes
multo maioris numeri q̄ tu es et robustio
res te. tradideritq; eas dñs deus tuus tibi:
p̄cuties eas usq; ad internetionē. Non ini
bis cū eis fedus. nec misereberis earū: neq;
sociabis cū eis ꝯiugia. Filiā tuā nō dabis
filio eius: nec filiam illius accipies filio tuo
q2 seducet filiū tuū ne sequat̄ me. et ut ma
gis seruiat dijs alienis. Irascet̄q; furor dñi
et delebit te cito. Quinpotius hec facietis
eis. Aras eorū subuertite. et ꝯfringite sta-
tuas. lucosq; succidite: et sculptilia ꝯburite
quia ꝓpl'us sanctus es dño deo tuo. Te ele
git dñs deus tuus: ut sis ei populus peculia
ris de cūctis populis qui sunt sup terrā. Nō
quia cūctas gentes numero vincebatis vo
bis iūctus est dñs et elegit vos. cū omibus
sitis populis pautiores: sed q2 dilexit vos
dñs: et custodiuit iuramentū qđ iurauit pa
tribus vestris. Eduxitq; vos in manu forti
et redemit de domo ꝑuitutis: de manu pha
raonis regis egipti: et scies quia dñs deus
tuus ip̄e est deus fortis ⁊ fidelis. custodiēs
pactū et misericordiā diligentibus se et his
qui custodiūt p̄cepta eius in mille genera-
tiones: et reddens odientibus se statim. ita
ut dispdat eos et vltra nō differat: ꝓtinus
eis restituens qđ merentur. Custodi ergo p̄
cepta et cerimonias atq; iudicia: que ego
mādabo tibi hodie ut facias. Si postq̄ au
dieris hec iudicia. custodieris ea et feceris.
custodiet et dñs deus tuus tibi pactum et
misericordiā quā iurauit patribus tuis. et
diliget te et multiplicabit: benedicetq; fru-
ctui ventris tui. et fructui terre tue. frumēto
tuo atq; vindemie. oleo et armentis gregi-
bus ouiū tuarū sup terram: ꝓ qua iurauit
patribus tuis ut daret eā tibi. Benedictus
eris inter om̄es populos. Nō erit apud te
sterilis vtriusq; sexus tam in hominibus q̄
in gregibus tuis. Auferet dñs a te omnem
languorem: et infirmitates egipti pessimas
quas nouisti nō inferet tibi: sed cūctis ho-
stibus tuis. Deuorabis om̄s populos q̄s
dominus deus tuus daturus est tibi. Non
parcet eis oculus tuus: nec seruies dijs eorꝝ
ne sint in ruinā tui. Si dixeris in corde tuo
plures sunt gentes iste q̄ ego. quomodo po
tero delere eas: noli metuere: sed recordare
q̄ fecerit dñs deus tuus pharaoni et cūctis
egiptijs plagas maximas quas vider̄t ocu
li tui et signa atq; portēta manūq; robustā
et extentū brachiū: ut educeret te dominus
deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos
metuis. Insup et scrabones mittet dñs deꝰ
tuus in eos: donec deleat om̄s atq; disper-
dat qui te fugerint et latere poterint. Nō ti
mebis eos: q2 dñs deus tuus in medio tui
est deus magnus et terribilis. Ipse ꝯsumet
nationes has in ꝯspectu tuo paulatim atq;
p partes. Nō poteris eas delere pariter: ne
forte multiplicentur ꝯtra te bestie terre. Da
bitq; eos dñs deus tuus in ꝯspectu tuo: et
interficiet illos donec penitus deleant̄. Tra
detq; reges eorū in manus tuas: et disper-
des nomina eorū sub celo. Nullus poterit
resistere tibi: donec cōteras eos. Sculptilia
eorū igne combures. Nō ꝯcupisces argen
tū et aurū de quibus facta sunt: neq; assu-
mes ex eis tibi quicq̄ ne offendas. ꝓpterea
q2 abominatio est dñi dei tui: nec inferes
quippiā ex idolo in domū tuā: ne fias ana-
thema. sicut et illud est. Quasi spurciciā de
testaberis: et velut inquinamentū ac sordes
abominationi habebis: q2 anathema est.

OMne mandatū qđ ego p̄ ¶ Ca. viij.
cipio tibi hodie. caue diligenter ut fa
cias. ut possitis viuere et multiplicemini: in
gressiq; possideatis terrā ꝓ qua iurauit dñs
patribus vr̄is. Et recordaberis cūcti itineris
p qđ adduxit te dñs deus tuus quadragin
ta annis p desertū ut affligeret te atq; tē-
ptaret: et nota fierēt que in tuo animo ver
sabantur: utrum custodires mandata illius
an nō. Afflixit te penuria et dedit tibi cibū
manna quē ignorabas tu et patres tui. vt
ostenderet tibi q̄ nō in solo pane viuit ho-
mo: sed in omni verbo quod egreditur de
ore dñi. Vestimentū tuum quo operiebaris

nequaq̃ vetustate defecit: et pes tuus nõ est subtritus. En quadragesimus ãnus est: ut recogites in corde tuo: quia sic erudit filiũ suũ homo sic dominus deus tuus erudiuit te ut custodias mandata dñi dei tui. et ambules in vijs eius: et timeas eũ. Dñs enĩ deus tuus introducet te in terrã bonã. terrã riuorũ aquarũq; et fontiũ: in cuius campis et montibus erũpunt fluuiorũ abissi: terram frumenti ordei ac vinearũ. in qua ficus et malagranata et oliueta nascũtur: terrã olei ac mellis. ubi absq; ulla penuria comedes panẽ tuũ. et rerũ omniũ abundantia ꝑ frueris: cuius lapides ferrũ sunt: et de mõtibus eius eris metalla fodiũtur: ut cũ comederis et satiatus fueris: benedicas dño deo tuo ꝓ terra optima quam dedit tibi. Obserua et caue nequando obliuiscaris dñi dei tui. et negligas mandata eius atq; iudicia et ceremonias quas ego precipio tibi hodie. ne postq̃ comederis ⁊ satiatus fueris. domos pulchras edificaueris et habitaueris in eis habuerisq; armẽta et ouiũ greges. argenti et auri cũctarũq; rerũ copiam. eleuetur cor tuũ et non reminiscaris dñi dei tui qui eduxit te de terra egipti de domo seruitutis: et ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili in qua erat serpens flatu adurens et scorpio ac dispas et nulle omnio aque: qui eduxit riuos de petra durissima et cibauit te manna in solitudine qđ nescierũt patres tui. Et postq̃ afflixit ac ꝓbauit. ad extremũ misertus est tui: ne diceres in corde tuo fortitudo mea ⁊ robur manus mee hec mihi omia p̃stiterũt: sed recorderis dñi dei tui. ꝙ ipe vires tibi p̃buerit. ut impleret pactũ suũ sup quo iurauit patribus tuis sicut p̃sens indicat dies. Si naũt oblitus domini dei tui secutus fueris deos alienos. colueris q; illos et adoraueris: ecce nunc p̃dico tibi ꝙ oĩno dispereas. Sicut gentes quas deleuit dñs in introitu tuo: ita et vos ꝑibitis si inobedientes fueritis voci dñi dei vestri.

Audi isrl. tu transgredieris ¶ Ca. ix.
Et accidit in q̄dā die vt ¶ Ca. xiiij. diceret ionathas filius saul ad adolescentē armigerū suū. Veni et trāseamus ad stationē philistinor̄: q̄ est trāns locū illū. Patri autem suo hoc ipm nō indicauit. Porro saul morabaṫ in extrema parte gabaa: sub malogranato que erat in agro gabaa. Et erat ppl's cū eo q̄si sexcētor̄ virorū. Et achias filius achitob fratris ychabod filij phinees. q̄ ortus fuerat ex heli sacerdote dñi in silo: portabat ephod. Sed et populus ignorabat q̄ isset ionathas. Erāt aūt inter ascēsus. per q̄s nitebaṫ ionathas trāsire ad stationes philistinorū. eminentes petre ex vtraq; parte: et q̄si in modū dentiū scopuli hinc inde p̄rupti. Nomē vni boses: et nomen alteri sene. Vnus scopulus p̄minēs ad aquilonē ex aduerso machmas: et alter ad meridiē cōtra gabaa. Dixit aūt ionathas ad adolescentē armigerū suū. Veni trāseamus ad stationē incircūcisorū horū: si forte faciat dñs p nobis: quia nō est dño difficile saluare vel in multis vl' in paucis. Dixitq; ei armiger suus. Fac oīa q̄ placent animo tuo. Perge q̄ cupis: et ero tecum vbicunq; volueris. Et ait ionathas. Ecce nos trāsimus ad viros istos. Cumq; apparuerimus eis. si taliter locuti fuerint ad nos. manete donec veniamus ad vos: stemus in loco nr̄o: nec ascendamus ad eos. Si autē dixerint ascēdite ad nos: ascendamus ad eos: quia tradidit eos dñs in manibus nr̄is. Hoc erit nobis signū. Apparuit igit̄ vterq; statio philistinor̄. Dixerūtq; philistiim. En hebrei egrediuntur de cauernis in q̄bus abscōditi fuerāt. Et locuti sunt viri de statione ad ionathan et ad armigerū eius: dixerūtq;. Ascēdite ad nos: et ostendemus vobis rē. Et ait ionathas ad armigerū suum. Ascēdamus. Sequere me. Tradidit enim dñs eos in manus isrl'. Ascēdit autē ionathas. manibus et pedibus reptās: et armiger eius post eū. Itaq; cū vidissent facie ionathe. alij cadebāt ante ionathan: alios armiger eius interficiebat. sequens eum. Et facta est plaga p̄ma quā percussit ionathas et armiger eius. q̄si viginti virorū in media parte iugeris. quā par boum in die arare cōsueuit. Et factum est miraculum in castris et per agros. Sed et omnis populus stationis eorū q̄ erant ad p̄dandum obstupuit: et conturbata sunt castra. Et accidit quasi miraculum a deo. Et respexerūt speculatores saul q̄ erant in gabaa beniamin. Et ecce multitudo p̄strata: et huc illucq; diffugiens. Et ait saul populo qui erat cū eo. Requirite et videte: quis abierit ex nobis. Cumq; requisissent: repertum est nō adesse ionathan. et armigerum eius. Et ait saul ad achiam. Applica archam domini. Erat enī ibi archa domini in die illa: cum filijs isrl'. Cūq; loqueretur saul ad sacerdotē: tumultus magnus exortus est in castris philistinorum. Crescebatq; paulatim: et clarius resonabat.

Et ait saul ad sacerdotē. Cōtrahe manum
tuā. Cōclamauit ergo saul et om̄is ꝓpl's q̄
erat cū eo: et venerūt vsq; ad locū certami-
nis. Et ecce versus fuerat gladius vniuscu-
iusq; ad proximū suū: et cedes magna ni-
mis. Sz et hebrei q̄ fuerāt cū philistijm he-
ri et nudiustertius. ascēderātq; cū eis in ca
stris: reuersi sunt vt essent cū isrl'. et his qui
erāt cū saul et ionatha. Om̄es q̄z israhelite
q̄ se abscōderāt ī mōte ephraim. audiētes
ꝙ fugissent philistei: sociauer̄t se cū suis in
prelio. Et erāt cū saul q̄si decem milia viro
rum. et saluauit dn̄s deus israhel in die illa.
Pugna autē ꝑuenit vsq; ad bethauen. Et
viri isrl' sociati sunt sibi in die illa. Adiura
uit aūt saul ꝓpl'm dicēs. Maledictus vir
q̄ comederit panē vsq; ad vesperā: donec
vlciscar de inimicis meis. Et nō manduca-
uit vniuersus populus panē. Omneq; terre
vulgus venit in saltum: in quo erat mel su
per faciē agri. Ingressus est itaq; populus
saltū. et apparuit fluēs mel: nullusq; appli-
cuit manū ad os suū. Timebat enim popu
lus iuramentū. Porro ionathas nō audie-
rat: cū adiuraret pr̄ eius populum. Extēdit
q; summitatē virge quā habebat ī manu:
et intinxit in fauū mellis Et cōuertit manū
suā ad os suū: et illuminati sunt oculi eius.
Rn̄densq; vnus de populo ait. Iureiuran-
do ꝯstrinxit pr̄ tuus ꝓpl'm dicēs. Maledi
ctus vir q̄ comederit panē hodie. Defece-
rat aūt ꝓpl's. Dixitq; ionathas. Turbauit
pr̄ meus terrā. Vidistis ipsi q2 illuminati
sunt oculi mei. eo ꝙ gustauerim paululum
de melle isto: quāto magis si comedisset po
pulus de preda inimicoꝝ suoꝝ quā repit?
Nonne maior plaga facta fuisset in phili-
stijm. Percusser̄t ergo in die illa philisteos.
a machmis vsq; in hailon. Defatigatus
est aūt populus nimis: et versus ad p̄dam.
tulit oues et boues. et vitulos: et mactauer̄t
in terra. Comeditq; populus cū sanguine.
Nūciauerūt aūt sauli dicētes: ꝙ populus
peccassz dn̄o. comedens cū sanguine. Qui
ait. Preuaricati estis. Voluite ad me iam
nūc saxū grāde. Et dixit saul. Dispgami-
ni ī vulgus. et dicite eis vt adducat ad me
vnusquisq; bouem suū ꝛ arietē: et occidite
sup istud. et vescimini: et nō peccabitis do-
mino. comedentes cū sanguine. Adduxit
itaq; oīs ꝓpl's vnusq̄sq; bouē in manu sua
vsq; ad noctē: et occiderūt ibi. Edificauit
aūt saul altare dn̄o. Tūcq; p̄mū cepit edi
ficare altare dn̄o. Et dixit saul. Irruamus
sup philisteos nocte: et vastemus eos vsq;
dū illucescat mane: nec relinq̄m⁹ ex eis vi-
rū. Dixitq; ꝓpl's. Om̄e qd̄ bonū tibi videt̄
in oculis tuis fac. Et ait sacerdos. Acceda-
mus huc ad deū. Et cōsuluit saul dn̄m di-
cens. Nū ꝑsequar philistijm si trades eos
in manu isrl'? Et nō rn̄dit ei in die illa. Di
xitq; saul. Applicate huc vniuersos āgulos
populi: et scitote et videte per quē accident
hoc peccatū hodie. Viuit dn̄s saluator is-
rahel: q2 si ꝑ ionathā filiū meū factū ē. abs
q; retractatōe morietur. Ad qd̄ nullus ꝯtra
dixit ei de oī populo. Et ait ad vniuersum
isrl'. Separamini vos in ꝑtē vnā: et ego cū
ionatha filio meo ero in ꝑte altera. Respō
ditq; ꝓpl's ad saul. Qd̄ bonū tibi videt̄ in
oculis tuis fac. Et dixit ad dn̄m deū isrl'.
Dn̄e deus isrl' da iudiciū: q̄d ē ꝙ nō rn̄de
ris ſuo tuo hodie? Si ī me aut in ionatha
filio meo ē iniq̄tas hec: da ostēsionē. Aut
si hec iniq̄tas ē in ꝓpl'o tuo: da sanctitatem.
Et deꝑhensus ē ionathas et saul: populus
aūt exiuit. Et ait saul. Mittite sortē inter
me: et inter ionathā filiū meū. Et captus ē
ionathas. Dixit autē saul ad ionathā. In
dica mihi q̄d fecens. Et indicauit ei iona
thas: et ait. Gustās gustaui in summitate
virge q̄ erat in manu mea paululū mellis.
Et ecce ego morior? Et ait saul. Hec faci
at mihi deus: et hec addat: q2 morte mori
ens ionatha. Dixitq; ꝓpl's ad saul. Ergo
ne ionathas morietur: qui fecit salutē hanc
magnā in isrl'? Hoc nephas ē. Viuit dn̄s:
si ceciderit capillus de capite eius in terrā:
q2 cū deo opatus ē hodie. Liberauit g° po-
pulus ionathā: vt nō moreretur. Recessit
q; saul: nec ꝑsecutus est philistijm. Porro
philistijm abierūt in loca sua. Et saul cō-
firmato regno super israhel. pugnabat ꝑ cir
cuitū aduersum omnes inimicos eius: con
tra moab et filios amon. edom. et reges so
ba et philisteos: et quocunq; se verterat.

ſuperabat· Congregatoq3 exercitu percuſſit amalech: et eruit iſrahel de manu vaſtatoꝝ eius· Fuerũt autẽ filij ſaul ionathas· et ieſui· et melchiſua· Et nomina duarũ filiarũ eius: nomẽ ꝑmogenite merob· et nomẽ minoris michol: et nomẽ vxoris ſaul achinoem· filia achimaas· Et nomẽ p̃incipis militie eius abner filius ner: patruelis ſaul· Porro cis fuit pater ſaul: et ner p̃ abner filius abiel· Erat aũt bellũ potẽs aduersum philisteos: oĩbus diebus ſaul· Nã quẽcũq3 viderat ſaul virum fortem et aptum ad prelium sociabat eum sibi· ¶ Ca·xv·

ET dixit samuel ad saul· Me misit dñs: vt vngerẽ te in regẽ sup ꝓp̃l'm eius iſrl'· Nũc ergo audi vocẽ dñi· Hec dicit dñs exercituum· Recẽſui quecũq3 fecit amalech iſrahel: q̃modo reſtitit ei in via cũ aſcẽderet de egipto· Nunc ergo vade et percute amalech: et demolire vniuersa eius· Nõ parcas ei· et nõ concupiſcas ex rebus ip̃ius aliq̃d: ſz interfice a viro vſq3 ad mulierẽ· et paruulũ atq3 lactentẽ: bouẽ et ouẽ· camelũ et aſinũ· Precepit ita q3 saul populo: et recẽſuit eos q̃ſi agnos ducẽta milia peditũ: et decẽ milia virorꝝ iuda· Cũq3 veniſſet saul vſq3 ad ciuitatem amalech: tetendit inſidias in torrẽte· Dixitq3 saul cineo· Abite· recedite· atq3 diſcedite ab amalech: ne forte inuoluã te cũ eo· Tu enĩ feciſti miſericordiã cũ oĩbus filijs iſrahel: cũ aſcẽderent de egipto· Et receſſit cineus de medio amalech· Percuſſitq3 saul amalech ab eiula donec venias ſur· q̃ eſt e regione egipti· Et apphẽdit agag regẽ amalech vnũ· Oĩe autẽ vulgus interfecit in ore gladij· Et pepcit saul et populus agag· et optimis gregibus ouiũ et armẽtorꝝ· et veſtibus· et arietibus: et vniuerſis q̃ pulchra erãt: nec voluerunt diſpdere ea· Quicq̃d ergo vile fuerat et reprobum: hoc demoliti ſunt· Factũ eſt autẽ verbũ dñi ad samuel dicens· Penitet me q3 cõſtituerim saul regẽ: q2 dereliquit me: et verba mea ope nõ impleuit· Cõtriſtatuſq3 ẽ samuel et clamauit ad dominũ tota nocte· Cunq3 de nocte ſurrexiſſet samuel vt iret ad saul mane: nũciatum eſt samuel: eo q3 veniſſet saul in carmelum: et erexiſſet sibi fornicẽ triũphalẽ· et reuerſus tranſiſſet: deſcẽdiſſq3 in galgala· Venit g̃ samuel ad saul: et saul offerebat holocauſtum dño· de initijs predarũ q̃ attulerat ex amalech· Et cũ veniſſz samuel ad saul: dixit ei saul· Benedictus tu dño· Impleui verbum dñi· Dixitq3 samuel· Et q̃ eſt hec vox gregũ que reſonat in auribus meis· et armẽtorꝝ: quam ego audio· Et ait saul· De amalech adduxerũt ea· Pepcit enĩ populus melioribus ouibus et armẽtis· vt immolarentur dño deo tuo: reliqua vero occidimus· Ait autẽ samuel ad saul· Sine me: et indicabo tibi q̃ locutus ſit dñs ad me nocte· Dixitq3 ei· Loq̃re· Et ait samuel· Nõne cũ paruulus eſſes in oculis tuis: caput in tribubus iſrl' factus es· Vnxitq3 te dñs in regem ſup iſrl'· et miſit te dñs in viã et ait· Vade et interfice peccatores amalech: et pugnabis cõtra eos vſq3 ad internecionẽ eorꝝ· Quare ergo nõ audiſti vocẽ dñi: ſed verſus ad predã es· et feciſti malũ in oculis dñi· Et ait saul ad samuelẽ· Immo audiui vocẽ dñi· et ambulaui in via p̃ quam miſit me dñs: et adduxi agag regẽ amalech: et amalech interfeci· Tulit aũt de preda ꝓp̃l's oues et boues· p̃micias eorꝝ q̃ ceſſa ſunt: vt immolet dño deo ſuo in galgalis· Et ait samuel· Nũq̃d vult dñs holocauſta aut victimas: et nõ potius vt obediat̃ voci dñi· Melior eſt enĩ obediẽtia q3 victime· et auſcultare magis q3 offerre adipem arietũ: qm̃ q̃ſi peccatũ ariolãdi ẽ repugnare: et q̃ſi ſcelus ydolatrie· nolle acquieſcere· Pro eo ergo q3 abieciſti ſermonẽ dñi: abiecit te dñs ne ſis rex· Dixitq3 saul ad samuelẽ· Peccaui: q2 p̃uaricatus ſum ſermonem dñi: et verba tua· timẽs ꝓp̃l'm: et obediens voci eorꝝ· Sz nũc porta q̃ſo peccatũ meum: et reuertere mecũ vt adorẽ dñm· Et ait samuel ad saul· Nõ reuertar tecũ· q2 ꝓiecisti ſermonẽ dñi: et ꝓiecit te dñs: ne ſis rex ſuper iſrl'· Et conuersus ẽ samuel vt abiret· Ille aũt apphẽdit summitatẽ palli eius: que et ſciſſa ẽ· Et ait ad eum samuel· Scidit dñs regnum iſrahel a te hodie: et tradidit illud proximo tuo meliori te· Porro triumphator in iſrl' nõ pcet: et penitudine nõ flectet̃·

Neqꝫ enī hō ē: vt agat pñiam. At ille ait. Peccaui. Sed nūc honora me corā senioribus populi mei. et corā isrl: et reuertere mecū vt adorē dñm deū tuū. Reuersus ergo samuel: secutus ē saulē. Et adorauit saul dominum. Dixitqꝫ samuel. Adducite ad me agag regem amalech. Et oblatus est ei agag pinguissimus tremēs. Et dixit agag. Siccine separat amara mors? Et ait samuel. Sicut fecit absqꝫ liberis mulieres gladius tuus: sic absqꝫ liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta cōcidit eū samuel: corā dño in galgalis. Abijt aūt samuel in ramatha: saul vero ascendit in domū suā ī gabaa. Et nō vidit samuel vltra saul: vsqꝫ ad diem mortis sue. Veruntamē lugebat samuel saul: qm̄ dñm penitebat ꝙ cōstituisset regē saul sup israhel. ¶ Ca. xvj.

Dixitqꝫ dñs ad samuelē. Vsqꝫquo tu luges saul. cū ego ꝓiecerim eum ne regnet sup isrl? Imple cornu tuū oleo: et veni vt mittā te ad ysai bethleemitem. Prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et ait samuel. Quomodo vadā? Audiet enī saul: et interficiet me. Et ait dñs Vitulum de armēto tolles in manu tua: et dices. Ad immolandū dño veni. Et vocabis ysai ad victimā. Et ego ostendā tibi quid facias: et vnges quēcunqꝫ mōstrauero tibi. Fecit ergo samuel sic locutus ē ei dñs. Venitqꝫ in bethleem. Et āmirati sunt seniores ciuitatis: occurrētes ei. Dixerūtqꝫ. Pacificus ne ē īgressus tuus? Et ait. Pacificus. Ad immolādū dño veni. Sāctificamini et venite mecū: vt immolē. Sanctificauit ergo ysai. et filios eius: et vocauit eos ad sacrificiū. Cūqꝫ ingressi essent vidit heliab et ait. Nū corā dño est christus eius? Dixit dñs ad samuelē. Ne respicias vultū eius. neqꝫ altitudinem stature eius: qm̄ abieci eum: nec iuxta intuitū hominis ego iudico. Homo enī videt eaq̄ parēt: dñs aūt intuet̄ cor. Et vocauit ysai aminadab: et adduxit eū corā samuel. Qui dixit. Nec hūc elegit dñs Adduxit at̄ ysai samma: de quo ait. Etiā hūc nō elegit dñs. Adduxit itaqꝫ ysai septē filios suos corā samuel. Et ait samuel ad ysai. Nō elegit dñs ex istis. Dixitqꝫ samuel ad ysai. Nūquid iā ꝯpleti sunt filij? Qui rñdit. Adhuc reliquus est paruulus: et pascit oues. Et ait samuel ad ysai. Mitte: et adduc eū. Nec enī discūbemus: p̄usqꝫ huc ille veniat. Misit ergo ⁊ adduxit eū. Erat aūt rufus et pulcher aspectu: decoraqꝫ facie. Et ait dñs. Surge et vnge eū. Ipse ē enī. Tulit ergo samuel cornu olei: et vnxit eū in medio fratrū eius. Et directus ē spiritus dñi a die illa ī dauid: et deīceps. Surgensqꝫ samuel abijt in ramatha. Spiritus aūt dñi recessit a saul: et exagitabat eū spiritus neqꝫ a dño. Dixer̄tqꝫ ꝑui saul ad eū. Ecce spiritus dñi malus exagitat te. Iubeat dñs nr̄ rex: et serui tui q̄ corā te sunt. querēt hominē scientē psallere cithara: vt qñ arripuerit te spiritus dñi malus psallat manu sua: et leuius feras. Et ait saul ad ꝑuos suos. Prouidete ergo mihi aliquē bñ psallētem: et adducite eū ad me. Et rñdēs vnus de pueris. ait. Ecce vidi filiū ysai bethleemitē scientē psallere. et fortissimū robore: et virū bellicosum. et prudentē ī verbis. et virū pulchrū: et dñs est cū eo. Misit ergo saul nūcios ad ysai: dicens. Mitte ad me dauid filiū tuū qui est in pascuis. Tulit itaqꝫ ysai asinū plenū panib⁹. et lagenā vini. et hedū de capris vnū: et misit ꝑ manum dauid filij sui sauli. Et venit dauid ad saul: ⁊ stetit corā eo. At ille dilexit eū nimis: et factus ē eius armiger. Misitqꝫ saul ad ysai dicens. Stet dauid in cōspectu meo. Inuenit enī gratiā in oculis meis. Igit̄ qñcunqꝫ spiritus dñi malus arripiebat saul. dauid tollebat citharā et ꝑcutiebat manu sua: et refocillabat̄ saul: et leuius habebat. Recedebat enī ab eo spūs malus. ¶ Ca. xvij.

Congregātes aūt philistijm agmina sua in p̄liū: ꝯuenerūt in sochot iude: et castrametati sunt inter sochot et azecha. in finib⁹ domin. Porro saul et viri isrl cōgregati. venerūt in valle therebinti: et direxerūt aciē ad pugnandū cōtra philistijm. Et philistijm stabāt sup montē ex parte hac: et isrl stabat supra montem ex altera parte: vallisqꝫ erat inter eos. Et egressus ē vir spurius de castris philistinorum noīe goliath de geth. altitudinis sex cubitorum

et palmo: et cassis erea super caput eius: et lorica hamata induebatur. Porro pondus lorice eius quinq; milia siclorum erat: et ocreas ereas habebat in cruribus: et clypeus ereus tegebat humeros eius. Hastile aūt haste eius erat quasi licatorium texentium. Ipsum aūt ferrū haste eius sexcentos siclos habebat ferri. Et armiger eius antecedebat eū. Stansq; clamabat aduersum phalāgas isrl': et dicebat eis. Quare venistis parati ad prelium? Nūq̄d ego nō sum philisteus: et vos serui saul? Eligite ex vobis virū: et descēdat ad singulare certamē. Si quiuerit pugnare mecū. et percusserit me: erimus vobis serui. Si autē ego prevaluero et percussero eum: vos serui eritis: et seruietis nobis. Et aiebat philisteus. Ego exprobraui agminibus isrl' hodie. Date mihi virū: et ineat mecū singulare certamē. Audiens autē saul et omnes israhelite sermones philistei huiuscemodi: stupebāt et metuebāt nimis. Dauid autem erat filius viri ephratei de q̄ superius dictū est. de bethleem iuda cui nomē erat ysai: q̄ habebat octo filios: et erat vir in diebus saul senex et grādeuus inter viros. Abierunt autē tres filij eius maiores. post saul in plīū. Et nomina triū filiorū eius q̄ prexerūt ad bellū: heliab p̄mogenitus. et secūs amina dab: tertius q̄q; samma. Dauid aūt erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis saulē: abijt dauid et reuersus ē a saul: vt pasceret gregem p̄ris sui in bethleem. Procedebat vero philisteus mane et vespe: et stabat q̄draginta diebus. Dixit autē ysai ad dauid filiū suū. Accipe fratribus tuis ephi polēte. et decē panes istos: et curre i castra ad fratres tuos: et decem formellas casei. has deferes ad tribunū. Et fratres tuos visitabis si recte agant: et cū q̄bus ordinati sunt disce. Saul aūt illi et omnes filij isrl' in valle therebinti pugnabāt aduersū philistijm. Surrexit itaq; dauid mane et cōmēdauit gregē custodi: et onustus abijt sicut precepat ei ysai. Et venit ad locū magala et ad exercitum: q̄ egressus ad pugnā vociferatus erat in certamine. Direxerat enī acies isrl': sed et philistijm ex aduerso fuerāt preparati. Derelinquēs ergo dauid vasa q̄ attulerat sub manu custodis ad sarcinas. cucurrit ad locum certaminis: et interrogabat si omnia recte agerent erga fratres suos. Cūq; adhuc illo loqueretur eis: apparuit vir ille spurius ascēdens. goliath nōie. philisteus de geth. de castris philistinorum. Et loquente eo hec eadē vba audiuit dauid. Omnes aūt israhelite cū vidissent virū fugerūt a facie eius: timētes eum valde. Et dixit vnus quispiā de israhel. Num vidisti virū hunc q̄ ascendit? Ad exprobrandū enī israhel ascendit. Virū ergo qui percusserit eū ditabit rex diuitijs magnis: et filiā suam dabit ei: et domū patris eius faciet absq; tributo in isrl'. Et ait dauid ad viros q̄ stabāt secum dicēs. Quid dabit viro q̄ percusserit philisteum hunc. et tulerit opprobrium de israhel? Quis est enī hic philisteus incircūcisus: q̄ exprobrauit aciem dei viuētis? Referebat autē ei populus eundē sermonē dicēs. Hec dabūtur viro: q̄ percusserit eū. Quod cū audisset heliab frater eius maior loquēte eo cū alijs: iratus ē cōtra dauid et ait. Quare veni sti: et cui reliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiā tuā. et nequiciā cordis tui: q̄ vt videres plīum descēdisti? Et dixit dauid. Quid feci? Numquid nō verbū est? Et declinauit paululū ab eo ad aliū. Dixitq; eūdem sermonem. Et rēdit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt aūt verba q̄ locutus ē dauid: et annūciata in cōspectu saul. Ad quē cū fuisset adductus: locutus est ei. Nō cōcidat cor cuiusq̄ in eo. Ego seruus tuus vadā: et pugnabo aduersus philisteū. Et ait saul ad dauid. Nō vales resistere philisteo isti: nec pugnare aduersus eū: q̄ puer es. Hic aūt vir bellator ē ab adolescētia sua. Dixitq; dauid ad saul. Pascebat seruus tuus p̄ris sui gregem: et veniebat leo vel ursus. et tollebat arietē de medio gregis: et p̄sequebar eos. et percutiebā. eruebamq; de ore eorum. Et illi cōsurgebāt aduersum me: et appēdebā mentū eorū: et suffocabā interficiebāq; eos. Nā et leonē et ursum interfeci ego seruus tuus. Erit igit et philisteus hic incircūcisus quasi vnus ex eis. Nūc vadam:

et auferā opprobriū populi. Quoniā q̄s ē
iste philisteus incircūcisus: q̄ ausus est ma
ledicere exercitui dei viuētis? Et ait dauid.
Dn̄s qui eripuit me de manu leonis et de
manu vrsi: ipe me liberabit de manu phili
stei huius. Dixit autē saul ad dauid. Va-
de: et dn̄s tecū sit. Et induit saul dauid ve
stimentis suis: et imposuit galeā ereā super
caput eius: et vestiuit eū lorica. Accinctus
ergo dauid gladio eius sup vestem suam:
cepit tēptare si armatus possz incedere. Nō
enim habebat cōsuetudinē. Dixitqz dauid
ad saul. Nō possum sic incedere: quia non
vsum habeo. Et deposuit ea. Et tulit bacu
lum suū quē semp habebat in manibus: et
elegit sibi q̄nqz limpidissimos lapides de
torrente. et misit eos in perā pastoralē quā
habebat secum: et fundam in manu tulit. et
ꝓcessit aduersum philisteū. Ibat aūt phi-
listeus incedens et appropinquans aduer-
sum dauid: et armiger eius ante eū. Cūqz
inspexisset eū philisteus et vidisset dauid:
despexit eū. Erat autē adolescens rufus: et
pulcher aspectu. Et dixit philisteus ad da-
uid. Nūq̄d ego canis sum. ꝙ tu venis ad
me cū baculo? Et maledixit philisteus da-
uid i dijs suis. Dixitqz ad dauid. Veni ad
me: et dabo carnes tuas volatilibus celi et
bestijs terre. Dixit aūt dauid ad philisteū.
Tu venis ad me cū gladio. et hasta. et cli-
peo: ego aūt venio ad te in nomine dn̄i ex-
ercituū dei agminū israhel. q̄bus exprobra-
sti hodie: et dabit te dn̄s in manu mea: et
ꝑcutiā te: et auferam caput tuū a te. Et da
bo cadauera castroꝝ philistijm hodie vo-
latilibus celi. et bestijs terre: vt sciat om̄is
terra. qꝛ est dn̄s deus in isrl̄: et nouerit vni-
uersa ecc̄ia hec. qꝛ nō in gladio nec in ha-
sta saluat dn̄s. Ip̄ius enī est bellū: et tradet
vos in manus nr̄as. Cum ergo surrexisset
philisteus. et veniret et appropinquaret
ꝯtra dauid: festinauit dauid et occurrit ad
pugnā ex aduerso philistei. Et misit ma-
nū suā in perā. tulitqz vnū lapidē et funda
iecit: et circūducēs ꝑcussit eū in frōte. et infi
xus est lapis in fronte eius: et cecidit in fa-
ciem suam sup terram. Preualuitqz dauid
aduersum philisteum in funda et lapide:

ꝑcussumqz philisteū interfecit. Cūqz gladiū
nō haberet in manu dauid. cucurrit et stetit
sup philisteū: et tulit gladiū eius. et eduxit
eū de vagina sua et interfecit eū: preciditqz
caput eius. Vidētes autem philistijm ꝙ
mortuus esset fortissimus eoꝝ fugerūt. Et
cōsurgētes viri isrl̄ et iuda vociferati sunt:
et ꝑsecuti sunt philisteos. vsqz dū venirent
in vallē et vsqz ad portas accharon. Ceci-
derūtqz vulnerati de philistijm in via sarim
et vsqz ad geth: ⁊ vsqz ad accharon. Et re-
uertentes filij isrl̄. postq̄z ꝑsecuti sunt phili-
steos: inuaserūt castra eoꝝ. Assumēs aūt
dauid caput philistei attulit illud in iheru-
salē: arma v̄o eius posuit i tabernaculo suo.
Eo aūt tpe q̄ viderat saul dauid egrediē-
tem cōtra philisteū: ait ad abner p̄ncipem
militie sue. De q̄ stirpe descendit hic ado-
lescens? Dixitqz abner. Viuit anima tua
rex. si noui. Et ait rex. Interroga tu cuius fi
lius sit iste puer. Cūqz regressus essz dauid
ꝑcusso philisteo: tulit eū abner. et introdu-
xit corā saule caput philistei habentem in
manu. Et ait ad eū saul. De qua ꝓgenie
es o adolescēs? Dixitqz dauid. Filius ser-
ui tui ysai bethleemite ego sum. ¶ Ca. xviij.

ET factū ē cū cōplessz loqui ad saul.
anima ionathe ꝯglutinata ē anime
dauid. et dilexit eū ionathas q̄si animam
suā. Tulitqz eū saul in die illa: et nō ꝯces-
sit ei vt reuerteret̄ in domū patris sui. Ini-
erūt aūt dauid et ionathas fedus. Dilige-
bat enī eū q̄si animā suā. Nā expoliauit
se ionathas tunica q̄ erat indutus. et dedit
eam dauid: et reliqua vestimēta sua. vsqz
ad gladiū et arcū suū. et vsqz ad baltheū.
Egrediebat̄ q̄qz dauid ad om̄ia qn ecūqz
misissz eū saul: et prudenter se agebat. Po-
suitqz eum saul sup viros belli: et acceptus
erat in oculis vniuersi populi: maximeqz i
ꝯspectu famuloꝝ saul. Porro cū reuerteret̄
ꝑcusso philisteo dauid: et ferret caput eius
in ihrl̄m: egresse sunt mulieres de vniuersis
vrbibus isrl̄. cantantes. chorosqz ducētes
in occursum saul regis. in timpanis leticie ⁊
in sistris: et p̄cinebant mulieres ludentes:
atqz dicentes. Percussit saul mille: et dauid
decem milia. Iratus est autem saul nimis:

et displicuit in oculis eius iste sermo Di-
xitq3. Dederũt dauid decem milia: et mihi
mille dederũt. Quid ei superest nisi solum re-
gnũ? Nõ g° rectis oculis saul aspiciebat da
uid: a die illa et deinceps. Post diẽ aũt al
terã inuasit spũs dei malus saul: et prophe
tabat in medio dom⁹ sue. Dauid aũt psal
lebat manu sua: sic ꝑ singulos dies. Tene
batq3 saul lanceã et misit eam: putãs ꝙ cõ
figere possz dauid cũ pariete. Et declinauit
dauid a facie eius secũdo. Et timuit saul
dauid: eo ꝙ essz dñs cũ eo. et a se recessissz.
Amouit ergo eũ saul a se: et fecit eũ tribu-
nũ sup mille viros. Et egrediebat̃. et intra-
bat in ꝯspectu populi. In om̃ib⁹ q̃3 viis su
is dauid prudẽter agebat: et dñs erat cum
eo. Vidit itaq3 saul ꝙ prudẽs essz nimis:
et cepit cauere eũ. Omnis autẽ isrl̃ et iuda
diligebat dauid. Ipse autẽ ingrediebat̃ et
egrediebat̃ ante eos. Dixitq3 saul ad da-
uid. Ecce filia mea maior merob. ipsã da
bo tibi vxorẽ: tantũmodo esto vir fortis. et
preliare bella dñi. Saul aũt reputabat di-
cens. Nõ sit manus mea in eo: sed sit super
eũ manus philistinoꝝ. Ait aũt dauid ad
saul. Quis ego sum. aut que est vita mea
aut cognatio patris mei in isrl̃. vt fiam ge
ner regis? Factũ est aũt tempus cũ deberet
dari merob filia saul dauid. data est hadri
el molathite vxor. Dilexit autẽ dauid mi-
chol filiã saul alteram. Et nũciatũ est saul:
et placuit ei. Dixitq3 saul. Dabo eã illi. vt
fiat ei in scandalũ: et sit sup eũ manus phi
listinoꝝ. Dixitq3 saul ad dauid. In duab⁹
reb⁹ gener meus eris hodie. Et mandauit
saul ꝑuis suis. Loq̃mini ad dauid clã me:
dicẽtes. Ecce places regi. et om̃es serui eius
diligunt te. Nũc ergo esto gener regis. Et
locuti sunt serui saul in auribus dauid: oĩa
verba hec. Et ait dauid. Num parũ vide
tur vobis generũ esse regis? Ego aũt sum
vir paup et tenuis. Et renunciauerũt serui
saul dicẽtes. Huiuscemodi verba locutus
est dauid. Dixit aũt saul. Sic loq̃mini ad
dauid. Nõ habet rex spõsalia necesse. nisi
tantũ centũ ꝓpucia philistinoꝝ: vt fiat vl-
tio de inimicis regis. Porro saul cogitabat
dauid tradere ĩ manus philistinoꝝ. Cũq3
renunciassent serui eius dauid verba q̃ di-
xerat saul: placuit sermo ĩ oculis dauid. vt
fieret gener regis. Et post paucos dies sur-
gens dauid abijt in accharon cũ viris qui
sub eo erãt. et ꝑcussit ex philistijm ducen-
tos viros. et attulit eoꝝ ꝓpucia et annume
rauit ea regi: vt essz gener eius. Dedit ita-
q3 saul ei michol filiã suam vxorẽ. Et vidit
saul et intellexit ꝙ dñs essz cũ dauid. Mi
chol aũt filia saul diligebat eũ. Et saul ma
gis cepit timere dauid. Factusq3 ẽ saul ini
micus dauid cũctis diebus. Et egressi sunt
ꝓncipes philistinoꝝ. A ꝓncipio aũt egres-
sionis eorũ prudẽtius se gerebat dauid q̃3
omnes viri saul: et celebre factum est no-
men eius nimis.

Ca. xix.

Locutus ẽ aũt saul ad ionathan filiũ
suũ: et ad om̃es seruos suos: vt occi-
derẽt dauid. Porro ionathas filius saul di
ligebat dauid valde. Et ĩdicauit ionathas
dauid dicẽs. Querit saul pater meus occi-
dere te. Quapropter obserua te queso ma
ne: et manebis clã et abscõderis. Ego aũt
egrediẽs stabo iuxta patrẽ meũ ĩ agro vbi
cunq3 fuerit. et ego loquar de te ad patrem
meũ: et quodcũq3 videro nũciabo tibi. Lo
cutus est ergo ionathas de dauid bona: ad
saul patrẽ suũ. Dixitq3 ad eum. Ne pecces
rex in seruũ tuũ dauid. q2 nõ peccauit tibi:
et opa eius bona sunt tibi valde. et posuit
aĩam suã in manu tua et ꝑcussit philisteũ.
et fecit dñs salutẽ magnã vniuerso israhe
li. Vidisti: et letatus es. Quare ergo pec-
cas in sanguine innoxio: ĩterficiẽs dauid q̃
est absq3 culpa? Qđ cũ audissz saul: placa
tus voce ionathe iurauit. Viuit dñs: q2 nõ
occidet̃. Vocauit itaq3 ionathas dauid: et
indicauit ei oĩa verba hec. Et introduxit io
nathas dauid ad saul: et fuit ãte eũ. sic fue-
rat heri et nudiustertius. Motũ est aũt rur
sum bellum. et egressus dauid pugnauit
aduersum philistijm: percussitq3 eos plaga
magna. et fugerũt a facie eius. Et factus ẽ
spũs dñi malus in saul. Sedebat aũt in do
mo sua: et tenebat lanceam. Porro dauid
psallebat in manu sua. Nisusq3 est saul cõ
figere dauid lãcea in pariete. Et declinauit
dauid a facie saul. Lãcea at̃ casso vulnere

plata ē in parietē: et dauid fugit: et saluatus ē nocte illa. Misit g° saul satellites suos nocte in domū dauid: vt custodirēt eum ⁊ interficeret̄ mane. Qđ cū annūciauissz dauid michol vxor sua dicēs: nisi saluaueris te nocte hac: cras morieris: deposuit eum ꝑ fenestrā. Porro ille abijt et aufugit: atqz saluatus ē. Tulit autē michol statuā. et posuit eā sup lectū: et pellē pilosam caprarū posuit ad caput eius: et opuit eam vestimētis. Misit aūt saul apparitores q̄ raperēt dauid: et rn̄sum ē ꝙ egro taret. Rursumqz misit saul nūcios vt viderēt dauid. dicēs. Afferte eū ad me in lecto: vt occidat̄. Cūqz venissent nūcij. inuentum est simulachrū sup lectū: et pellis caprarū ad caput eius. Dixitqz saul ad michol. Quare sic illusisti mihi: et dimisisti inimicū meū vt fugeret? Et rn̄dit michol ad saul. Quia ipse locutus est mihi dicēs. Dimitte me: alioquin interficiam te. Dauid autē fugiēs saluatus ē. Et venit ad samuel in ramatha: ⁊ nūciauit ei omnia que fecerat sibi saul. Et abierūt ipe et samuel: et morati sunt in naioth. Nūciatū ē aūt sauli a dicētib⁹. Ecce dauid in naioth in ramatha. Misit ergo saul lictores vt raperent dauid. Qui cū vidissent cuneū ꝓphetarū vaticinantiū et samuel stantem sup eos: factus est etiā spūs dn̄i ī illis: et ꝓphetare ceperūt etiā ipi. Qđ cū nūciatū esset sauli: misit et alios nūcios. Prophetauerūt aūt et illi. Et rursum misit saul tertios nuncios: q̄ et ipi ꝓphetauerunt. Et iratus iracundia saul abijt etiam ipe in ramatha: et venit vsqz ad cisternā magnā que est in sochoth. Et interrogauit et dixit. In q° loco sunt samuel et dauid? Dictūqz ē ei. Ecce in naioth sūt in ramatha. Et abijt in naioth in ramatha. Et factus ē etiā sup eū spiritus dn̄i: et ambulauit ingrediēs: et ꝓphetabat vsqz dū veniret in naioth ī ramatha. Et expoliauit etiā ipe se vestimētis suis. et ꝓphetauit cū ceteris corā samuel: et cecinit nudus tota die illa et nocte. Vnde et exiuit ꝓuerbiū. Num et saul inter ꝓhetas? ¶ Ca. xx.

Fugit aūt dauid de naioth q̄ est in ramatha: veniensqz locutus ē corā ionatha. Quid feci? Que ē iniq̄tas mea. et qđ peccatum meū ī patrem tuū: qz querit animā meā? Qui dixit. Absit a te: non morieris. Neqz enī faciet pater meus q̄cq̄z grāde vel paruū: nisi p̄us indicauerit mihi. Hūc g° celauit a me pr̄ meus sermonē tantūmodo. Nequaq̄z enim erit istud. Et iurauit rursum dauid. Et ait ille. Scit ꝓfecto pr̄ tuus ꝙ inueni gratiā in oculis tuis. et dicet. Nesciat hoc ionathas: ne forte tristet̄. Quinimmo viuit dn̄s et viuit aīa tua: qz vno tantū (vt ita dicā) gradu ego morsqz diuidimur. Et ait ionathas ad dauid. Quodcūqz dixerit mihi aīa tua faciā tibi. Dixit aūt dauid ad ionathā. Ecce kalēde sunt crastino: et ego ex more sedere soleo iuxta regē ad vescendū. Dimitte g° me vt abscōdar in agro: vsqz ad vesperam diei tertie. Si respiciēs requisierit me pater tuus: rn̄debis ei. Rogauit me dauid vt iret celeriter in bethleem ciuitatē suā: quia victime sollēnes ibi sunt vniuersis contribulib⁹ suis. Si dixerit bn̄: pax erit ꝑuo tuo. Si aūt fuerit iratus: scito qz cōpleta ē malicia eius. Fac g° misericordiā in seruū tuū: qz fedus dn̄i me famulū tuū tecū inire fecisti. Si autē ē iniq̄tas aliq̄ in me. tu me interfice: et ad patrem tuū ne introducas me. Et ait ionathas. Absit hoc a me. Neqz enī fieri pōt. vt si certe cognouero cōpletā esse patris mei maliciā cōtra te: nō annūciē tibi. Rn̄ditqz dauid ad ionathan. Quis renūciabit mihi: si q̄d forte rn̄derit tibi pr̄ tuus dure de me? Et ait ionathas ad dauid. Veni et egrediamur foras in agrum. Cūqz exissent ambo in agrū: ait ionathas ad dauid. Domine deus isr̄l si inuestigauero sententiā patris mei crastino vel perēdie et aliq̄d boni fuerit super dauid. et nō statim misero ad te et notū tibi fecero: hec faciat deus ionathe et hec augeat. Si autem ꝑseuerauerit patris mei malicia aduersum te: reuelabo aurē tuā et dimittam te vt vadas in pace: et sit dn̄s tecum sicut fuit cū patre meo. Et si vixero. facies mihi miscđias dn̄i: si v̄o mortuus fuero: nō auferas misericordiā tuā a domo mea vsqz in sempiternum. Aut si nō fecero. qn̄ eradicauerit dn̄s inimicos dauid vnūquēqz de terra: auferat

ionathā de domo sua: et reqrat dñs de manu inimicoꝝ dauid. Pepigit ergo ionathas fedus cum domo dauid. Et addidit ionathas deterare dauid: eo qꝫ diligeret illum. Sicut enī animā suā ita diligebat eū. Dixitqꝫ ad eū ionathas. Cras kalende sunt: et reqrēris. Reqretur enim sessio tua vsqꝫ perēdie. Descēdes ergo festinus et venies in locū vbi celādus es in die qñ opari licꝫ et sedebis iuxta lapidē cui nomē ē ezel. Et ego tres sagittas mittā iuxta eum: et iaciā qsi exercēs me ad signū. Mittā quoqꝫ et puerū: dicēs ei. Vade et affer mihi sagittas. Si dixero puero. ecce sagitte intra te sunt. tolle eas: tu veni ad me. qꝛ pax tibi est et nihil est mali: viuit dñs. Si autē sic locutus fuero puero. ecce sagitte vltra te sunt: vade in pace quia dimisit te dominus. De verbo aūt quod locuti sumus ego et tu: sit dñs inter me et te vsqꝫ in sempiternū. Absconditus est ergo dauid in agro: et venerūt kalende: et sedit rex ad comedendū panē. Cūqꝫ sedisset rex super cathedram suā secundū consuetudinē que erat iuxta parietē: surrexit ionathas et sedit abner ex latere saul. vacuusqꝫ apparuit locus dauid: et nō est locutus saul quicqꝫ in illa die. Cogitabat enī qꝫ forte euenisset ei. vt nō esset mundus nec purificatus. Cumqꝫ illuxisset dies secunda post kalēdas: rursus apparuit vacuus locus dauid. Dixitqꝫ saul ad ionathā filiū suū. Cur nō venit filius ysai nec heri nec hodie ad vescendū? Respōditqꝫ ionathas sauli. Rogauit me obnixe vt iret in bethleem: et ait. Dimitte me: quoniā sacrificiū sollēne est in ciuitate mea: vnus de fratribus meis accersiuit me. Nunc ergo si inueni gratiā in oculis tuis: vadā cito et videbo fratres meos. Ob hāc causam. nō venit ad mēsam regis. Iratus aūt saul aduersum ionathan: dixit ei. Fili mulieris virū vltro rapientis: nūqd ignoro qꝛ diligis filiū ysai in confusionē tuam. et in cōfusionem ignominie matris tue? Omnib⁹ enī diebus qbus filius ysai vixerit sup terrā: nō stabilieris tu neqꝫ regnū tuū. Itaqꝫ iā nunc mitte. et adduc eū ad me: qꝛ filius mortis est. Respōdens aūt ionathas sauli pri suo ait. Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit saul lanceā vt percuteret eū. Et intellexit ionathas: qꝫ diffinitū esset a patre suo. vt interficeretur dauid. Surrexit ergo ionathas a mensa in ira furoris: et nō comedit in die calēdarū secūda panē. Contristatus est enim sup dauid: eo qꝫ cōfudisset eū pater suus. Cumqꝫ illuxisset mane venit ionathas in agrū iuxta placitū dauid: et puer paruulus cū eo. Et ait ad puerū suū. Vade et affer mihi sagittas: quas ego iacio. Cumqꝫ puer cucurrisset: iecit alia sagittā trās puerū. Venit itaqꝫ puer ad locū iaculi: quod miserat ionathas. Et clamauit ionathas post tergū pueri et ait. Ecce ibi est sagitta: porro vltra te. Clamauitqꝫ iterū ionathas post tergū pueri dicens. Festina velociter ne steteris. Collegit aūt puer ionathe sagittas. et attulit ad dominū suū: et qd ageret penitus ignorabat: Tantummodo enī ionathas et dauid rem nouerant. Dedit ergo ionathas arma sua puero: et dixit ei. Vade et defer in ciuitatē. Cūqꝫ abisset puer surrexit dauid de loco q̄ vergebat ad austrum: et cadens pnus in terram. adorauit tertio. Et osculātes se alterutrū fleuerūt pariter: dauid autē amplius. Dixit ergo ionathas ad dauid. Vade in pace. Quecunqꝫ iurauimus ambo in nōie domini. dicētes: dominus sit inter me et te. et inter semē tuū et semen meū. vsqꝫ in sempiternū. Et surrexit dauid et abiit sed et ionathas ingressus est ciuitatē

Ca. xxi.

Venit aūt dauid in nobe. ad achimelech sacerdotem. Et obstupuit achimelech. eo qꝫ veniss dauid: et dixit ei. Quare tu solus. et nullus ē tecū? Et ait dauid ad achimelech sacerdotē. Rex precepit mihi sermonē. et dixit. Nemo sciat rē ꝓpter quā missus es a me: et cuiusmodi precepta tibi dederi. Nā et pueris meis cōdixi in illum. et illū locū. Nūc ergo si q̄d habes ad manū. vl̄ quinqꝫ panes da mihi: aut q̄cquid inuenieris. Et respōdens sacerdos ad dauid ait illi. Nō habeo laicos panes ad manū: sed tantū panem sanctū. Si mūdi sunt pueri: maxime a mulieribus: māducēt. Et rīndit dauid sacerdoti: et dixit ei. Et quidem si de mulieribꝰ agit̄. ita nouimus nos ab heri

et nudiustertius qñ egrediebamur: et fuerūt vasa puerorꝝ sancta. Porro via hæc polluta ē: sꝫ et ipa hodie sanctificabit̄ in vasis. Dedit g̊ ei sacerdos sanctificatū panē. Neqꝫ enim erat ibi panis nisi tantū panes ꝓpositionis qui sublatꝰ fuerāt a facie dñi: vt ponerent̄ panes calidi. Erat aūt ibi vir q̄dā de seruis saul in die illa intus in tabernaculo dñi: et nomē eius doech ydumeus: potentissimus pastorū saul. Hic pascebat mulas saul. Dixit aūt dauid ad achimelech. Si habes hic ad manū hastā aut gladiū da mihi: q2 gladiū meū et arma mea nō tuli mecū. Sermo enī regis vrgebat. Et dixit sacerdos. Ecce hic gladius goliath philistei. quē pcussisti in valle therebinti: ē inuolutus pallio post ephod. Si istū vis tollere: tolle. Neqꝫ enī hic est alius absqꝫ eo. Et ait dauid. Nō ē huic alter similis. Da mihi eum. Surrexit itaqꝫ dauid. et fugit in die illa a facie saul: et venit ad achis regē geth. Dixerūtqꝫ serui achis: cum vidissent dauid. Numq̄d nō iste est dauid rex terre? Nōne huic cātabant per chorꝫ dicētes: pcussit saul mille. et dauid decē milia? Posuit autem dauid sermones istos in corde suo: et extimuit valde a facie achis regis geth. Et mutauit os suū coram achis. et colabebat̄ inter manus eorꝫ: et impingebat in bā. Et ait achis ad seruos suos. Vidistis hominē insanū: quare adduxistis eum ad me? An desint nobis furiosi: qz introduxistis istū vt fureret me pñte? Dimittite illū hinc: ne ingrediatur domū meā. ¶ Ca. xxij.

ABijt ergo dauid inde: et fugit in speluncam odollā. Quod cū audissent fratres eius et oīs domus patris eius descēderūt ad eū illuc. Et cōuenerūt ad eum oīes q̄ erāt in angustia cōstituti. et oppressi ere alieno et amaro animo: et factus ē eorū ꝑnceps. Fuerūtqꝫ cū eo q̄si q̄dringēti viri. Et ꝓfectus est dauid inde in maspha: q̄ est moab. Et dixit ad regē moab. Maneat oro pr̄ meus et mater mea vobiscum: donec sciā q̄d faciat mihi deus. Et reliquit eos ante faciem regis moab. Manseruntqꝫ apud eū cūctis diebꝰ q̄bus dauid fuit in ꝑsidio. Dixitqꝫ gad prophēta ad dauid. Noli manere in ꝑsidio. Proficiscere et vade in terrā iuda. Et ꝓfectus ē dauid. et venit in saltū areth. Et audiuit saul qꝫ apparuissꝫ dauid: et vir q̄ erāt cū eo. Saul autē cū maneret in gabaa et essꝫ in nemore qđ est in rama. hastā manu tenēs. cūctisqꝫ ꝑui eius circūstarēt eū: ait ad ꝑuos suos q̄ assistebant ei. Audite me nunc filij ieamini. Nūq̄d omnibus vobis dabit filius ysai agros et vineas et vniuersos vos faciet tribunos et centuriones: qm̄ cōiurastis oēs aduersum me. et nō ē q̄ mihi renūciet. maxime cū et filius meus fedus iūxerit cū filio ysai. Nō est q̄ vicē meā doleat ex vobis. nec q̄ annūciet mihi: eo qꝫ suscitauerit filius meus seruū meū aduersum me insidiātem mihi vsqꝫ hodie. Rñdēs aūt doech ydumeus q̄ assistebat. et erat ꝓmus inter ꝑuos saul: vidi inq̄t filiū ysai ī nobe. apud achimelech filiū achitob sacerdotē. Qui cōsuluit ꝓ eo dñm: et cibaria dedit ei. Sꝫ et gladiū goliath philistei dedit illi. Misit g̊ rex ad accersiendum achimelech sacerdotē filiū achitob: et omnē domū ꝑris eius sacerdotū q̄ erant in nobe. Qui vniuersi venerūt ad regē. Et ait saul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui respōdit. Presto sum dñe. Dixitqꝫ ad eū saul. Quare cōiurastis aduersum me tu et filius ysai. et dedisti ei panes et gladiū. et oraluisti ꝓ eo dñm: vt cō surgeret aduersum me insidiator vsqꝫ hodie permanēs? Rñdensqꝫ achimelech regi ait. Et q̄s in oīb̄ ꝑuis tuis sic̄ dauid fidelis et gener regis et pgēs ad imperiū tuū: et gloriosus in domo tua? Nū hodie cepi ꝓ eo consulere dñm? Absit hoc a me. Ne suspicet̄ rex aduersum ꝑuū suū rē huiuscemodi: in vniuersa domo ꝑris mei. Nō enī sciuit seruus tuus q̄cqꝫ sup hoc negocio: vl̄ modicū vl̄ grāde. Dixitqꝫ rex. Morte moreris achimelech tu et omnis domus ꝑris tui. Et ait rex emissarijs q̄ circūstabāt eū. Cōuertimini: et interficite sacerdotes dñi. Nā manus eorꝫ cū dauid ē: sciētes qꝫ fugissꝫ et nō indicauerūt mihi. Noluerūt aūt serui regis extēdere manus suas in sacerdotes dñi. Et ait rex ad doech. Cōuertere tu:

et irrue in sacerdotes dñi. Cōuersusq; doech ydumeus irruit i sacerdotes: et trucidauit in die illa octogintaq̄nq; viros vestitos ephoth lineo. Nobe aūt ciuitatē sacerdotū percussit in ore gladij: viros et mulieres et paruulos et lactātes. boues q; asinū et ouē in ore gladij. Euadēs aūt unus filius achimelech filij achitob cuius nomē erat abiathar. fugit ad dauid: et ānunciauit ei q̄ occidisset saul sacerdotes dñi. Et ait dauid ad abiathar. Sciebā enī in die illa: q̄ cum ibi esset doech ydumeus. q̄ culdubio ānūciaret saul. Ego sum reus omniū animarū patris tui. Mane mecum: ne timeas: Si q̄s quesierit animā meā queret et animā tuā: mecum q; seruaberis. Ca. xxiij.

ET annūciauerūt dauid dicētes. Ecce philistiim oppugnāt ceilā: et diripiunt areas. Cōsuluit ergo dauid dñm dicēs. Num vadā et percutiā philisteos istos? Et ait dñs ad dauid. Vade et percuties philisteos: et saluabis ceilā. Et dixerūt viri q̄ erāt cū dauid ad eū. Ecce nos hic i iudea cōsistētes timemus: quāto magis si uerimꝰ i ceilā aduersum agmina philistinorumꝰ Rursum ergo dauid cōsuluit dñm. Qui rīdens ait ei. Surge et vade in ceila. Ego enī tradā philisteos in manu tua. Abiit gꝰ dauid et viri eius in ceila: et pugnauit aduersum philisteos. Et abegit iumēta eorū. et percussit eos plaga magna: et saluauit dauid habitatores ceile. Porro eo tpe q̄ fugiebat abiathar filius achimelech ad dauid in ceilam: ephothsecū habēs. descenderat. Nunciatum est aūt saul: q̄ veniss̄ dauid in ceilā. Et ait saul. Tradidit eū dñs i manus meas: cōclususq; est introgressus vbē: in qua porte et sere sunt. Et p̄cepit saul oi populo vt ad pugnā descēderet in ceilam: et obsideret dauid et viros eius. Quod cū resciss̄ dauid q̄ pararet ei saul clām malū: dixit ad abiathar sacerdotem. Applica ephoth. Et ait dauid. Dñe deus isrl audiuit famā seruus tuus q̄ disponat saul uenire ad ceilā: vt euertat vbē ꝓpter me. Si tradent me viri ceile in manus eius: et si descēdet saul sicut audiuit seruus tuus: dñe deus israhel indica seruo tuo. Et ait dñs. Descēdet. Dixitq; rursum dauid. Si tradent me viri ceile. et viros qui sunt mecū in manus saul? Et dixit dominus. Tradent. Surrexit ergo dauid et viri eius q̄si sexcēti et egressi de ceila huc atq; illuc vagabantur incerti. Nūciatūq; est saul q̄ fugisset dauid de ceila et saluatus esset: quā obrē dissimulauit exire. Morabat aūt dauid in deserto in locis firmissimis: māsitq; in mōte solitudinis ziph in mōte opaco. Querebat eū tamen saul cūctis diebus: et nō tradidit eū dñs in manus eius. Et vidit dauid q̄ egressus ess̄ saul vt quereret animā eius. Porro dauid erat in deserto ziph in silua. Et surrexit ionathas filius saul et abiit ad dauid in silua: et corroborauit manus eius in deo: dixitq; ei. Ne timeas. Neq; enī inueniet te manus saul pris mei. Et tu regnabis sup israhel: et ego ero tibi secundus. Sed et saul pr̄ meus scit hoc. Percussit ergo vterq; fedus coram domino. Mansitq; dauid in silua: ionathas aūt reuersus est in domū suā. Ascenderunt aūt ziphei ad saul in gabaa dicentes. Nōne ecce dauid latitat apud nos in locis tutissimis silue in colle achille. que est ad dextrā deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua vt descenderes descende: nīm autē erit vt tradamus eū in manus regis. Dixit q; saul. Benedicti vos a dño: q̄r doluistis vicē meā. Abite ergo oro et diligētius p̄parate. et curiosius agite: et considerate locū vbi sit pes eius: vel q̄s viderit eum ibi vbi dixistis. Recogitat enī de me: q̄ callide insidier ei. Considerate et videte oīa latibula eius in q̄bus absconditur: et reuertimini ad me ad rē certā: vt vadā vobiscū. Quod si etiā i terra se obstruxerit: perscrutabor eū in cūctis mīlibus iuda. At illi surgētes abierūt in ziph āte saul. Dauid aūt et viri eius erāt in deserto maon in campestribus ad dexterā iesimuth: Iuit ergo saul et socij eius ad q̄rendum eū. Et nūciatum est dauid: statimq; descendit ad petrā. et versabatur in deserto maon. Quod cū audiss̄ saul persecutus ē dauid in deserto maon. Et ibat saul. et viri eius ad latus mōtis ex pte una: dauid aī et viri eius erāt in latē mōtis ex pte altera. Porro dauid despabat se

posse euadere a facie saul. Itaq; saul et viri eius in modū corone cingebant dauid et viros eius: vt caperēt eos. Et nūcius venit ad saul dicēs. Festina et veni: qm̄ infuderūt se philistijm sup terrā. Reuersus est g° saul desistēs psequi dauid: et prexit in occursum philistinorū. Propter hoc vocauerūt locū illū petrā diuidentem ¶ Ca. xxiiij.

a Ascēdit ergo dauid inde: et habitauit in locis tutissimis engaddi. Cūq; reuersus essz saul postq̄ psecutus ē philisteos: nūciauerūt ei dicentes. Ecce dauid in deserto est engaddi. Assumēs ergo saul tria milia electorū virorū ex om̄i isrl̄. prexit ad inuestigandū dauid et viros eius: etiā sup abruptissimas petras q̄ solis ibicibus peruie sunt. Et venit ad caulas ouiū que se offerebāt vianti: eratq; ibi spelūca: quam ingressus ē saul vt purgaret ventrē. Porro dauid et viri eius in interiore parte spelūce latebāt. Et dixerūt serui dauid ad eū. Ecce dies de q̄ locutus est dn̄s ad te: ego tradā tibi inimicū tuū vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo dauid: et precidit orā clamidis saul silenter. Post hec pcussit cor suū dauid: eo q̄ abscidisset oram clamidis saul. Dixitq; ad viros suos. Propicius sit mihi dn̄s ne faciā hanc rem dn̄o meo christo dn̄i vt mittā manū meā in eū: qr christus dn̄i est. Viuit dn̄s: qr nisi dn̄s pcusserit eū. aut dies eius venerit vt moriatur. aut descendēs in preliū perient ꝓpicius mihi sit dn̄s vt nō mittam manum meam in christū dn̄i. Et cōfregit dauid viros suos sermonib⁹ istis: et nō pmisit eos vt cōsurgerēt in saul. Porro saul exurgens de spelūca: pgebat cepto itinere. Surrexit aūt dauid post eū: et egressus de spelūca clamauit post tergū saul dicēs. Dn̄e mi rex. Et respexit saul post se: et inclinās se dauid ꝓnus in terram adorauit. Dixitq; ad saul. Quare audis verba hominū loquētiū: dauid q̄rit malum aduersum te? Ecce hodie viderūt oculi tui. q̄ tradiderit te dn̄s in manu mea in spelunca: et cogitaui vt occiderē te: sz pepercit tibi oculus meus. Dixi enī. Nō extēdam manum meā in dominum meum: qr christus dn̄i ē. Quinpo tius pater mi vide et cognosce orā clamidis tue ī manu mea: q°modo cum p̄ciderē summitatē clamidis tue. nolui extendere manū meā in te. Animaduerte et vide: qm̄ nō est in manu mea malū neq; iniquitas: neq; peccaui in te. Tu aūt insidiaris anime mee: vt auferas eam. Iudicet dn̄s inter me et te et vlciscatur me dn̄s ex te: manus autē mea nō sit in te sicut dicitur in prouerbio antiquo. Ab impijs egredietur impietas. Manus ergo mea nō sit in te. Quē psequeris rex isrl̄ quem psequeris? Canē mortuū psequeris: et pulicē vnum. Sit dn̄s iudex et iudicet inter me et te: et videat et iudicet causam meā: et eruat me de manu tua. Cū aūt cōplessz dauid loquēs sermones huiuscemodi ad saul: dixit saul. Nūq̄d vox hec tua ē fili mi dauid? Et leuauit saul vocē suā. et fleuit: dixitq; ad dauid. Iustior tu es q̄z ego. Tu enī tribuisti mihi bona: ego aūt reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie q̄ feceris mihi bona: q°mō tradiderit me dn̄s in manu tua: et nō occideris me. Quis enī cū inuenerit inimicū suū dimittet eū in via bona? Sz dn̄s reddat tibi vicissitudinē hāc: ꝓ eo qđ hodie opatus es in me. Et nūc qr scio q̄ certissime regnaturus sis. et habiturus in manu tua regnum isrl̄. iura mihi in dn̄o ne deleas semē meū post me: neq; auferas nomē meum de domo p̄ris mei. Et iurauit dauid sauli. Abijt g° saul in domū suā: et dauid et viri eius ascēderūt ad tutiora loca.

m Mortuus ē aūt samuel: et cōgregatus ē vniuersus isrl̄. et plāxerūt eū nimis: et sepelierūt eū in domo sua in ramatha. Cōsurgēsq; dauid: descēdit ī desertū pharan. Erat aūt vir q̄spiā in solitudine maon: et possessio eius in carmelo: et hō ille magnus nimis: erātq; ei oues tria milia et mille capre. Et accidit vt tōderetur grex eius in carmelo. Nomē autē viri illius erat nabal: et nomē vxoris eius abigail. Eratq; mulier illa prudētissima. ⁊ speciosa. Porro vir eius durus et pessim⁹: et maliciosus. Erat aūt de genere caleph. Cū aūt audissz dauid in deserto q̄ tōderet nabal gregē suum: misit decē iuuenes et dixit eis. Ascēdite in carmelū ⁊ venietis ad nabal ⁊ salutabitis

cipū ꝓuinciarū: ac reliquus exercit? seque
batur. Et percussit vnusquisqz virū qui con-
tra se veniebat: fugeruntqz siri: et persecutus

est eos isrl'. Fugit q̊q3 benadab rex sirie in e
quo cū equitibus suis. Necnō egressus rex
isrl' pcussit equos et currus: et pcussit siriam
plaga magna nimis. Accedēs aūt ꝓpheta
ad regē israhel dixit ei. Vade et ꝯfortare: et
scito. et vide quid facias. Sequēti enī anno
rex sirie ascendet ꝯtra te. Serui vero regis si
rie dixerūt ei. Dij montiū sūt dij eorū: ideo
superauerūt nos. Sed melius est ut pugne-
mus ꝯtra eos in campestribus: et obtinebi
mus eos. Tu ergo verbū hoc fac. Amoue
reges singulos ab exercitu tuo: et pone p̄nci
pes ꝓ eis: et instaura numerū militū qui ce
ciderunt de tuis et equos ſm equos pristi
nos. et currus ſm currus quos ante habui-
sti: et pugnabimus ꝯtra eos in campestri-
bus: et videbis q̄ obtinebimus eos. Cre-
didit ꝯsilio eorū: et fecit ita. Igit̄ postq̄3 an
nus transierat. recensuit benadab siros. et a
scendit in affec: ut pugnaret ꝯtra isrl'. Porro
filij israhel recensiti sunt et acceptis cibariis
ꝓfecti ex aduerso: castraq3 metati sunt cō-
tra eos quasi duo parui greges caprarū: si-
ri aūt repleuerūt terrā. et accedēs vnus vir
dei dixit ad regem israhel. Hec dicit dn̄s.
Quia dixerūt siri deus montiū est dn̄s. et
nō est deus valliū: dabo omnē multitudinē
hanc grandē in manu tua: et scietis q2 ego
sum dn̄s. Dirigebātq3 septē diebus ex ad
uerso hi atq3 illi acies: septima aūt die cō-
missum est bellum. Percusserūtq3 filij isrl' de
siris centū milia peditū in die vna. Fugerūt
aūt siri qui remanserunt in affec in ciuitatē:
et cecidit murus su p viginti septē milia ho-
minū q̄ remanserāt. Porro benadab fugiēs
ingressus est ciuitatē in cubiculū qđ erat in
tra cubiculū: dixerūtq3 ei serui sui. Ecce au
dimus q̄ reges domus isrl' clementes sint.
Ponamus itaq3 saccos in lūbis nr̄is et funi
culos in capitibus nr̄is: et egrediamur ad
regē isrl': forsitan saluabit animas nostras
Accinxerūt saccis lūbos suos et posuerūt fu
niculos in capitibus suis: venerūtq3 ad re-
gem isrl' et dixerūt ei. Seruus tuus benadab
dicit. Viuat oro te anima mea. Et ille ait.
Si adhuc viuit: frater meus est. qđ accepe
rūt viri pro omine: et festinātes rapuerūt
verbū ex ore eius: atq3 dixerūt. Frater tuus
benadab. Et dixit eis. Ite et adducite eum
ad me. Egressus est ergo ad eū benadab:
et leuauit eū in currū suū. qui dixit ei. Ciui-
tates quas tulit pater meus a p̄re tuo red-
dam: et plateas fac tibi in damasco sic fecit
pater meus in samaria: et ego federatus re
cedā a te. Pepigit ergo fedus et dimisit eū
Tunc vir quidā de filijs ꝓphetarū dixit ad
sociū suū in sermone dn̄i. Percute me. At il
le noluit pcutere. Cui ait. Quia noluisti au
dire vocē dn̄i: ecce recedes a me: et pcutiet
te leo. Cūq3 paululū recessiss3 ab eo: inuenit
eū leo atq3 pcussit. Sed et alterū inueniens
virū: dixit ad eū. Percute me. Qui pcussit
eū: et vulnerauit. Abijt ergo ꝓpheta et oc-
currit regi in via: et mutauit aspersione pul
ueris os et oculos suos. Cūq3 rex transisset:
clamauit ad regē et ait. Seruus tuus egres-
sus est ad p̄liandū cominus: cunq3 fugisset
vir vnus adduxit eū quidā ad me: et ait.
Custodi virū istū. Qui si lapsus fuerit erit
aīa tua ꝓ aīa eius: aut talentū argēti appē
dens. Dū aūt ego turbatus huc illucq3 me
verterē: subito nō comparuit. Et ait rex isrl'
ad eū. Hoc ē iudiciū tuū: qđ ipe decreuisti.
At ille statim abstersit puluerē de facie sua
et cognouit eū rex isrl' q̄ ess3 de ꝓphetis qui
ait ad eū. Hec dicit dn̄s. Q2 dimisisti virū *
dignū morte de manu tua. erit aīa tua pro
aīa eius: et ꝓpl'us tuus ꝓ ꝓpl'o eius. Reuer-
sus est igit̄ rex isrl' in domū suā. audire ꝯtē
nens: et furibūdus venit in samariā. ¶ xxi.

Post verba aūt hec tp̄e illo vinea erat
naboth iesrahelite q̄ erat in iesrahel:
iuxta pallaciū achab regis samarie. Locut⁹
est ergo achab ad naboth dicēs. Da mihi
vineā tuā ut faciam mihi ortū olerū: quia
vicina est et ꝓpe domū meā. Daboq3 tibi
ꝓ ea vineā meliorē: aut si comodius tibi
putas argēti p̄ciū q̄3tū digna est. Cui rn̄dit
naboth. Propicius mihi sit dn̄s: ne dē here
ditatē p̄rm meorū tibi. venit ergo achab in
domū suā. indignās et frendēs su p v̄bo qđ
locutus fuerat ad eū naboth iesrahelites di
cēs nō dabo tibi hereditatē p̄rm meorū. et
ꝓiciēs se in lectulū suū auertit faciē suā ad
parietē: et nō comedit panē. Ingressa ē aūt
ad eū iezabel uxor sua: dixitq3 ei. quid est

hoc vnde anima tua ꝺtriſtata eſt·et quare
nō comedis panem? Qui rñdit ei· Locutus
ſum naboth ieſrahelite et ꝺixi ei· Da mihi
vineā tuā accepta pecunia: aut ſi tibi pla
cet ꝺabo tibi vineā meliorē ꝓ ea·et ille ait
Nō ꝺabo tibi vineam meā· Dixit ergo ad
eū iezabel uxor eius· Grandis auctoritatis
es: et ꝺn̄ regis regnū iſrl̄· Surge et comede
panem: et equo animo eſto· Ego ꝺabo tibi
vineā naboth ieſrahelite· Scꝑſit itaq; lr̄as
ex nomie achab·et ſignauit eas anulo eius
et miſit ad maiores natu et optimates qui
erant in ciuitate eius: et habitabant cū na-
both· Litterarū aūt hec erat ſentētia· Predi
cate ieiunīū et ſedere facite naboth inter p̄-
mos ppl̄i: et ſubmittite ꝺuos uiros filios be
lial ꝺtra eū·et falſum teſtimoniū ꝺicāt be-
nedixit naboth ꝺeū et regē: et educite eū et
lapidate·ſicq; moriat̄· Fecerūt ergo ciues
eius maiores natu et optimates qui habi
tabāt cū eo in urbe ſic p̄ceperat eis iezabel:
et ſicut ſcriptū erat in lr̄is quas miſerat ad
eos· Predicauerūt ieiunīū: et ſedere fecerūt
naboth inter primos ppl̄i· et adductis duo
bus viris filiis ꝺiaboli fecer̄t eos ſedere cō
tra eū· At illi ſcilicet ut uir diabolica ꝺixe-
rūt ꝺtra eum teſtimoniū coram multitudine
Bñdixit naboth ꝺeū et regē· Quā obrē edu
xerūt eū extra ciuitatē: et lapidibus interfe
cerūt· Miſerūtq; ad iezabel ꝺicētes· Lapida
tus eſt naboth: et mortuus eſt· Factum eſt
aūt cū audiſſet iezabel lapidatū naboth et
mortuū: locuta ē ad achab· Surge poſſide
vineā naboth ieſrahelite: q̄ noluit tibi ac-
quieſcere et ꝺare eā accepta pecunia· Non
enī viuit naboth: ſꝫ mortuus eſt· qđ cū au-
diſſet achab mortuū videlicꝫ naboth: ſurre
xit et deſcendebat in vineā naboth ieſrahe
lite ut poſſideret eā· Factus eſt igitur ſermo
dn̄i ad heliam thesbiten ꝺicēs· Surge de-
ſcende in occurſum achab regis iſrahel: qui
eſt in ſamaria· Ecce ad vineā naboth deſcē
dit: ut poſſideat eā·et loquens ad eū ꝺicēs
Hec ꝺicit ꝺn̄s ꝺeus· Occiꝺiſti: inſuꝑ et poſ-
ſeꝺiſti· Et poſt hec addes· Hec ꝺicit ꝺn̄s: In
loco hoc in quo linxerūt canes ſanguinē na
both: lambēt quoq; ſanguinē tuum· Et ait
achab ad heliā· Nō inuenīſti me inimicū
tuū: qui ꝺixit· Inueni: eo q; venūꝺatus ſis
ut faceres malū in cōſpectu ꝺn̄i· Hec ꝺicit
ꝺominus· Ecce ego inducā ſuꝑ te malū·et
demetam poſteriora tua: et interficiam de
achab mingentē ad parietē: et clauſum et
ultimū in iſrahel·et ꝺabo domū tuam ſicut
domū ieroboā filij nabath· et ſicut domū
baaſa filij ahia: q2 egiſti ut me ad iracun-
ꝺiam ꝓuocares: et peccare feciſti iſrl̄· Sed
et de iezabel locutus eſt ꝺn̄s ꝺicēs· Canes
comedēt iezabel: in agro ieſrahel· Si mor-
tuus fuerit achab in ciuitate comedēt eum
canes: ſi autē mortuus fuerit in agro come
dent eū volucres celi· Igitur nō fuit alter ta-
lis ſicut achab: qui venūꝺatus eſt vt face-
ret malū in ꝺſpectu ꝺn̄i· Concitauit enī eū
iezabel uxor ſua: et abominabilis factus
eſt: intantū vt ſequeretur idola que fecerāt
ammorrei: quos ꝺſumpſit ꝺn̄s a facie fi-
liorū iſrahel· Itaq; cū audiſſet achab ſermo
nes iſtos ſcidit veſtimēta ſua·et operuit ci-
licio carnē ſuā: ieiunauitq; et ꝺormiuit in
ſacco: et ambulauit demiſſo capite· Et fa-
ctus eſt ſermo ꝺn̄i ad heliam thesbiten ꝺi
cens· Nōne vidiſti humiliatē achab coram
me? Quia igit̄ humiliatus eſt mei cauſa n̄
inducā malū in diebus eius: ſed in diebus
filij ſui inferā malū domui eius. ¶ Ca·xxij·

¶ Ranſierūt igit̄ tres anni abſq; bello in
ter ſiriā et iſrahel· In anno aūt tertio ꝺe
ſcendit ioſaphat rex iuda ad regē iſrl̄· Di-
xitq; rex iſrl̄ ad ſeruos ſuos· Ignoratis q̄ no
ſtra ſit ramoth galaad·et negligimus tolle
re eam de manu regis ſirie? Et ait ad ioſa-
phat· Venies ne mecum ad p̄liandū in ra-
moth galaad? Dixitq; ioſaphat ad regem
iſrl̄· Sicut ego ſum: ita·tu· Populus meus
et ppl̄us tuus vnū ſunt: et equites mei equi
tes tui· Dixitq; ioſaphat ad regē iſrl̄· Que
re oro te hodie ſermonē dn̄i· Congregauit
ergo rex iſrl̄ ꝓphetas q̄ꝺringentos circiter vi
ros: et ait ad eos· Ire debeo in ramoth ga-
laad ad bellandū an quieſcere? qui reſpon
derūt· Aſcēde: et ꝺabit eā ꝺn̄s in manu re
gis· Dixit autem ioſaphat· Non eſt hic ꝓ
phēta ꝺomini quiſpiā: ut interrogemus per
eū? Et ait rex iſrahel ad ioſaphat· Reman-
ſit vir vnus ꝑ quem poſſumus interrogare

dñm: ſz ego odi eū. qz nō ꝓphetat mihi bo
nū ſz malū: michęas filius iemla. Cui ioſa
phat ait. Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo
rex iſrł eunuchū quendā: et dixit ei. Feſti-
na adducere micheam filiū iemla. Rex aūt
iſrł. ⁊ ioſaphat rex iuda ſedebāt vnuſquiſq;
in ſolio ſuo veſtiti cultu regio in area iuxta
oſtiū porte ſamarie: ⁊ vniuerſe ꝓphete ꝓphe
tabāt in conſpectu eorū. Fecit q̄ſ ſibi ſede-
chias filius chanaan cornua ferrea et ait.
Hec dicit dñs. His ventilabis ſyrā: donec
deleas eā. Oēſq; ꝓphete ſimiliter ꝓphetа
bāt dicētes. Aſcēde in ramoth galaad et
vade ꝓſpere: et tradet dñs in manus regis.
Nūcius vero q̄ ierat ut vocaret micheā: locu
tus eſt ad eū dicēs. Ecce ſermones ꝓphetа
rū ore vno regi bona p̄dicāt. Sit ergo ſmo
tuus ſil'is eorū: et loquere bona. Cui miche
as ait. Viuit dñs: q̄z q̄cūq; dixerit mihi
dñs hoc loquar. Venit itaq; ad regē: et ait
illi rex. Michea: ire debemus in ramoth ga-
laad ad p̄landū an ceſſare? Cui ille rñdit.
Aſcende et vade ꝓſpere: et tradet dñs in
manu regis. Dixit aūt rex ad eū. Iterū atq;
iterū adiuro te: ut nō loquaris mihi niſi q̄
verum eſt in nomine dñi. Et ille ait. Vidi
cunctū iſrł diſperſum in montib⁹: q̄ſi oues
nō hñtes paſtorē. Et ait dñs. Nō habent
iſti dñm: reuertat̄ vnuſquiſq; in domū ſuā
in pace. Dixit ergo rex iſrahel ad ioſaphat
Nūquid nō dixi tibi q̄z non ꝓphetat mihi
bonū: ſed ſemp malū? Ille vero addēs ait.
Propter hoc audi ſmonē dñi. Vidi dñm
ſedentē ſup ſoliū ſuū: et omnē exercitū celi
aſſiſtentē ei a dextris ⁊ a ſiniſtris. et ait dñs
Quis decipiet achab regē iſrł ut aſcendat:
et cadat in ramoth galaad? Et dixit vnus
verba hūiuſcemōi: et alius aliter. Egreſſus
eſt aūt ſpūs: et ſtetit corā dño: et ait. Ego
decipiam illū. Cui locutus eſt dñs. In quo
Et ille ait. Egrediar et ero ſpūs mendax in
ore oīm ꝓphetarū eius. Et dixit dñs. De
cipies ⁊ p̄ualebis: egredere et fac ita. Nūc
igit̄ ecce dedit dñs ſpiritū mendacij in ore
oīm ꝓphetarū tuorū qui hic ſūt: et dñs lo
cutus eſt ꝑa te malū. Acceſſit aūt ſedechi-
as filius chanaan: et percuſſit micheam in
maxillā. et dixit. Me ne ergo diuiſit ſpūs
dñi et locutus eſt tibi? Et ait michęas. Vi-
ſurus es in die illa: qñ ingrediens cubiculū
intra cubiculum ut abſcondaris. Et ait rex
iſrł. Tolle micheā et maneat apud ammō
p̄ncipē ciuitatis. ⁊ apud ioas filiū amalech
et dicite eis. Hec dicit rex. Mittite virū iſtū
in carcerē: ⁊ ſuſtentate eū pane tribulatōis
et aqua anguſtie: donec reuertar in pace.
Dixitq; michęas. Si reuerſus fueris in pa-
ce: nō eſt locutus in me dñs. Et ait audite
populi oēs. Aſcendit itaq; rex iſrł et ioſa-
phat rex iuda in ramoth galaad. Dixit ita
q; rex iſrł ad ioſaphat. Sume arma et in-
gredere p̄liū: et induere veſtibus tuis. Por-
ro rex iſrł mutauit habitū ſuū: et ingreſſus
eſt bellū. Rex aūt ſyrie p̄ceperat p̄ncipibus
curruū triginta duob⁹ dicens. Nō pugnabi
tis ꝑua nec magna ſed contra regē iſrahel ſolū. Cū ergo vidiſſent p̄ncipes
curruū ioſaphat ſuſpicati ſūt q̄ ipſe eſſ̄ rex
iſrł: et impetu facto pugnabāt contra eū. Et
exclamauit ioſaphat. Intellexerūtq; prin
pes curruū q̄ nō eſſ̄ rex iſrł: et ceſſauerūt ab
eo. Vnus aūt quidā tetendit arcū in incer-
tū ſagittā dirigens: et caſu p̄uſſit regē iſrł
inter pulmonē et ſtomachū. At ille dixit
aurige ſuo. Verte manū tuam. ⁊ eice me de
exercitu: q̄z grauiter vulneratus ſum. Com
miſſum eſt ergo p̄liū in die illa. Et rex iſrł
ſtabat in curru ſuo contra ſiros: et mortuus
eſt veſpere. Fluebat aūt ſanguis plage in
ſinū currus: et p̄co inſonuit in vniuerſo exer
citu anteqū ſol occumberet dicens. Vnuſ-
quiſq; reuertat̄ in ciuitatē et in terrā ſuam.
Mortuus eſt aūt rex: et platus eſt in ſama
riā. Sepelierūtq; regē in ſamaria: et lauerūt
currū eius in piſcina ſamarie et lixerūt ca
nes ſanguinē eius: ⁊ habenas lauerūt iuxta
verbū dñi q̄ locutus fuerat. Reliqua aūt
ſermonū achab et vniuerſa que fecit. et do
mus eburnea quā edificauit. cunctarūq; ur
bium q̄s extruxit: nōne hec ſcr̄pta ſunt i libro
verborū dierū regum iſrł? Dormiuit ergo
achab cū p̄rib⁹ ſuis: ⁊ regnauit ochozias fi
lius eius ꝓ eo. Ioſaphat vero filius aſa re-
gnare ceperat ſup iudā: anno q̄rto achab
regis iſrł. Triginta quīq; annoꝝ erat cū re-
gnare cepiſſ̄: et viginti q̄nq; ānis regnauit

in ierusalē. Nomē matris eius azuba filia
salai. Et ambulauit in omni via asa patris
sui: et nō declinauit ex ea. Fecitq; qđ rectū ē
in ɔspectu dñi: verūtamē excelsa nō abstu
lit. Adhuc enī ꝓpl'us sacrificabat et adole
bat incensū in excelsis. Pacēq; habuit iosa
phat cū rege isrl'. Reliqua aūt verboꝝ iosa-
phat et opera eius q̄ gessit et p̄lia nōne hec
scp̄ta sunt in libro v̄boꝝ dierū regū iuda?
Sz et reliquias effeminatoꝝ q̄ remāserant
in diebus asa patris eius abstulit de terra.
Nec erat tūc rex ɔstitutus in edom. Rex v̄o
iosaphat fecerat classes in mari q̄ nauiga-
rent in ophir ꝓp ter aurū: et ire no poterant:
qz ɔfracte sūt in asyongaber. Tūc ait ocho
zias filius achab ad iosaphat. Vadāt ꝑui
mei cū seruis tuis in nauib⁹. Et noluit iosa
phat. Dormiuitq; iosaphat cū p̄rib⁹ suis:
et sepultus est cū eis in ciuitate dauid p̄ris
sui: regnauitq; iorā filius eius ꝓ eo. Ocho-
zias aūt filius achab regnare ceperat super
isrl' in samaria āno septiodecimo iosaphat
regis iuda: regnauitq; sup isrl' duob⁹ annis
et fecit malū in ɔspectu dñi: et ambulauit
in via p̄ris sui et m̄ris sue: et in via ihero-
boam filij nabath q̄ peccare fecit isrl'. Serui
uit q̄z baal et adorauit eū: et irritauit dñm
deū israhel iuxta omīa q̄ fecerat pater eius

Finit liber tertius. Incipit Regum quartus

Reuaricatus est ¶ Ca. i
aūt moab in isrl' postq̄z
mortuus est achab. Ce
ciditq; ochozias p can
cellos cenaculi sui. qđ
habebat in samaria et
egrotauit: misitq; nun
cios dices ad eos. Ite ɔsulite beelzebub deū
accharon: utrū viuere queā de infirmitate
mea hac. Angelus autē dñi locutus est ad
heliā thesbiten dicēs. Surge et descende in
occursū nūciorū regis samarie: et dices ad
eos. Nūquid nō est deus in isrl': ut eatis ad
ɔsulendū beelzebub deum accharon? Quā
obrem hec dicit dñs. De lectulo super quē
ascendisti nō descendes: sz morte morieris
Et abijt helias: reuersiq; sūt nūcij ad ocho
ziam. qui dixit eis. Quare reuersi estis? At
illi rn̄derunt ei. Vir occurrit nobis: et dixit
ad nos. Ite et reuertimini ad regē qui misit
vos: et dicetis ei. Hec dicit dñs. Nūquid
qz nō erat deus in isrl' mittis ut ɔsulat̄ beel
zebub deus accharō? Idcirco de lectulo sup
quē ascendisti nō descendes: sz morte mo-
rieris. qui dixit eis. Cuius figure et habitus
est vir ille qui occurrit vobis: et locutus est
v̄ba hec? At illi dixerūt. Vir pilosus: et zo
na pellicea accinctus renib⁹. qui ait. Helias
thesbites est. Misitq; ad eū quinquagena
riū p̄ncipē: et quinquaginta q̄ erant sub eo.
qui ascendit ad eū: sedentiq; in vertice mō
tis ait. Homo dei: rex p̄cepit ut descendas.
Respondensq; helias. dixit quinquagenario
Si homo dei sum: descēdat ignis de celo. et
deuoret te et quinquaginta tuos. Descendit
ergo ignis de celo et deuorauit eū: et quinq̄
ginta qui erāt cū eo. Rursumq; misit ad eū
p̄ncipē quinquagenariū alterū: et quinq̄gin
ta cū eo. qui locutus est illi. Homo dei: hec
dicit rex. Festina descende. Rn̄dens helias
ait. Si homo dei ego sū: descendat ignis de
celo et deuoret te et quinq̄ginta tuos. Descē
dit ergo ignis de celo: et deuorauit illum: et
quinquaginta eius. Iterū misit p̄ncipē quinq̄
genariū tertiū: et quinquaginta q̄ erāt cū eo
qui cū venisset curuauit genua ɔtra heliam
et p̄catus est eū et ait. Homo dei noli despi
cere animā meā. et aīas seruoꝝ tuoꝝ qui
mecū sūt. Ecce descendit ignis de celo et de
uorauit duos p̄ncipes quinquagenarios p̄
mos: et quinq̄genos qui cū eis erāt. Sz nūc
obsecro ut miserearis anime mee. Locutus
est aūt angelus dñi ad heliā dicēs. Descē
de cū eo. ne timeas. Surrexit igit̄ et descen-
dit cū eo ad regē: et locutus ē ei. Hec dicit
dñs. Quia misisti nūcios ad ɔsulendū beel
zebub deū accharō q̄si nō esset deus in isrl'.
a quo posses interrogare ꝑmonē: ideo de le
ctulo sup quē ascēdisti nō descēdes: sz mor
te morieris. Mortuus est aūt iuxta ꝑmonē
dñi quē locutus est helias: et regnauit iorā
frater eius ꝓ eo: anno scđo ioram filij iosa-
phat regis iude. Nō enī habebat filiū. Reli-
qua aūt v̄boꝝ ochozie q̄ opatus est nōne
hec scp̄ta sunt in libro sermonū dieiū regū

Factū est aūt israhel. ¶ Ca. ii.
cū leuare vellet dñs heliā p turbinē

in celū ibant helias et helisеus de galgalis. Dixitq; helias ad helisеū. Sede hic: q2 dñs misit me usq; in bethel. Cui ait helisеus. Vivit dñs et viuit aia tua: q2 non derelinquā te. Cūq; descendissent bethel: egressi sūt filij pphetarū qui erant in bethel ad helisеū: et dixerūt ei. Nūquid nosti: q2 hodie dñs tollet dñm tuū a te? Qui rndit. Et ego noui. Silete. Dixit aūt helias ad helisеum. Sede hic: q2 dñs misit me in iherico. Et ille ait. Vivit dñs. et viuit aia tua: q2 non derelinquā te. Cūq; venissent iherico: accessерūt filij pphetarū qui erāt in iherico ad helisеū et dixerūt ei. Nūquid nosti: q2 dñs hodie tollet dñm tuū a te? Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autē ei helias. Sede hic: q2 dñs misit me usq; ad iordanē. qui ait. Vivit dominus. et viuit aia tua: q2 nō derelinquā te. Ierūt igit̄ ambo pariter: et quīquaginta viri de filijs pphetarū secuti sunt eos. qui et steterūt e contra longe. Illi aūt ambo stabant sup iordanē. Tulitq; helias palliū suū et inuolunt illud: et percussit aquas q̄ diuise sūt in vtramq; partē: et transierūt ambo p siccū. Cūq; transissent: helias dixit ad helisеū. Postula q̄d vis: ut faciā tibi anteq; tollar a te. Dixitq; helisеus. Obsecro ut fiat in me duplex spūs tuus. qui rndit. Rem difficilē postulasti. Attamē si videris me qñ tollar a te erit q̄d petisti: si aūt nō videris non erit. Cūq; pgerent et incedentes sermocinarent ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt vtrūq;. Et ascendit helias p turbinē in celū. helisеus autē videbat: et clamabat. Pater mi pater mi: currus israhel et auriga eius. Et nō vidit eum amplius. Apphendit̄q; vestimenta sua: et scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium helie q̄d ceciderat ei. Reuersusq; stetit sup ripam iordanis: et pallio helie q̄d ceciderat ei percussit aquas: et nō sunt diuise. Et dixit. Vbi est deus helie etiam nūc? Percussitq; aquas: et diuise sunt huc atq; illuc: et transiit helisеus. Videntes aūt filij pphetarū qui erant in iherico decontra dixerunt. Requieuit spūs helie sup helisеū. Et veniētes in occursū eius adorauerūt eū proni in terrā: dixerūtq; illi. Ecce cum filijs tuis sunt quīquaginta viri fortes. qui pñt ire et querere dñm tuū: ne forte tulerit eum spiritus dñi et proiecerit eū in vnū montū aut in vnā vallū. Qui ait. Nolite mittere. Coegerūtq; eū: donec acquiesceret et diceret. Mittite. Et miserūt quīquaginta viros qui cū quesissent tribus diebus: non inuenerūt. Et reuersi sunt ad eū. At ille habitabat in iherico: et dixit eis. Nūquid nō dixi vobis: nolite mittere? Dixerūt q̄dam viri ciuitatis ad helisеū. ecce habitatio ciuitatis huius optima est sicut tuipe dñe, p spicis: sed aque pessime sunt: et terra sterilis. At ille ait. Afferte mihi vas nouū: et mittite in illud sal. q̄d cū attulissent: egressus ad fontē aquarū misit in illū sal: et ait. Hec dicit dñs. Sanaui aquas has: et nō erit ultra in eis mors neq; sterilitas. Sanate sunt ergo aq; usq; in diē hanc: iuxta verbū helisei q̄d locutus est. Ascendit aūt inde helisеus in bethel. Cūq; ascenderet p viam pueri parui egressi sunt de ciuitate: et illudebāt ei dicētes. Ascende calue. ascende calue. qui cū respexisset vidit eos: et maledixit eis in nomine dñi. Egressiq; sunt duo ursi de saltu: et lacerauerūt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt aūt inde in montem carmeli: et inde reuersus est in samariam. Ca.iij.

IOram vero filius achab regnauit super israhel in samaria: anno decimooctauo iosaphat regis iude. Regnauitq; duodecim annis: et fecit malū coram dño: sed nō sicut pater suus et mater. Tulit enī statuas baal quas fecerat pater eius: verūtamē in peccatis iheroboam filij nabath q̄ peccare fecit israhel adhesit: nec recessit ab eis. Porro mesa rex moab nutriebat pecora multa: et soluebat regi israhel centū milia agnorū. et centū milia arietū cū vellеribus suis. Cūq; mortuus fuisset achab: prauaricatus est fedus q̄d habebat cū rege israhel. Egressus est igit̄ rex ioram in die illa de samaria: et recensuit vniuersū israhel: misitq; ad iosaphat regem iuda dicens. Rex moab recessit a me: veni mecū contra eū ad prelium. qui rndit. Ascendā. Qui meus est tuus est: populus meus pplus tuus: et equi mei equi tui. Dixitq;. Per quam viam ascendemus At ille rndit. Per desertū ydumee. Perrexerūt igitur rex israhel et rex iuda et rex edom

et circuierũt per viam septẽ dierũ: nec erat
aqua exercitui et iumẽtis q̃ sequebañ eos
Dixitq; rex israhel. Heu heu heu. Congre-
gauit nos dñs tres reges: ut traderet in ma
nu moab. Et ait iosaphat. Est ne hic ꝓphe
ta dñi: ut deprecemur dñm p eum? Et rñdit
vnus de seruis regis israh'. Est hic helyseus fi
lius saphat: q̃ fundebat aquã sup manus
helie. Et ait iosaphat. Est apud eũ sermo
dñi? Descenditq; ad eũ rex israhel et iosa
phat rex iuda: et rex edom. Dixit autẽ hely
seus ad regẽ israhel. Quid mihi et tibi est
Vade ad ꝓphetas patris tui et matris tue.
Et ait illi rex israhel. Quare congregauit dñs
tres reges hos ut traderet eos ĩ manus mo
ab? Dixitq; ad eũ helyseus. Viuit dñs exer-
cituũ in cuius ospectu sto: q̃ si non vultũ
iosaphat regis iude erubescerem: nõ atten
dissem quidẽ te: nec respexissem. Nũc autẽ
adducite mihi psalten. Cumq; caneret psal
tes: facta est sup eũ manus dñi. et ait. Hec
dicit dñs. Facite alueum torrentis huius
fossas et fossas. Hec enĩ dicit dñs. Nõ vi-
debitis ventũ neq; pluuiã: et alueus iste re
plebitur aquis: et bibetis vos et familie ve
stre et iumẽta vestra. Parũq; est hoc in cõ
spectu dñi: insup tradet etiã moab in ma-
nus vr̃as. et percutietis oẽm ciuitatẽ munitã
et omnẽ urbẽ electã: et vniuersũ lignũ fru-
ctiferũ succidetis cunctosq; fontes aquarũ
obturabitis: et oẽm agrũ egregũ oprietis
lapidibus. Factũ est igitur mane q̃n sacri-
ficiũ offerr̃ solet: ecce aque veniebãt p viã
edom. et repleta est terra aquis. Vniuersi
aũt moabite audiẽtes q̃ ascendissent tres
reges ut pugnarẽt aduersus eos conuocaue-
rũt omnes qui accincti erant baltheo desup:
et steterunt in terminis. Primoq; mane sur-
gentes. et orto iam sole ex aduerso aquarũ
viderũt moabite ecõtra aquas rubras q̃si
sanguinem: dixeruntq;. Sanguis gladij est.
Pugnauerũt reges inter se: et cesi sũt mutuo
Nũc perge ad predam moab. Perrexerũtq; in
castra israh'. Porro consurgẽs israhel percussit
moab: at illi fugerũt corã eis. Venerũt igit̃
qui vicerãt: et percusserũt moab et ciuitates
destruxerũt: et omnẽ agrũ optimũ mittẽtes
singuli lapides repleuerũt: et vniuersos fon
tes aquarũ obturauerũt: et omnia ligna fru
ctifera succiderũt: ita ut muri tantũ fictiles
remanerẽt. Et circũdata est ciuitas a funda
bularijs: et magna ex parte percussa. q̃ cũ
vidisset rex moab p̃ualuisse scilicet hostes
tulit secũ septingentos viros educẽtes gla-
dios ut irrumperẽt ad regẽ edom: et nõ po
tuerunt. Arripiensq; filiũ suũ p̃mogenitũ q̃
regnaturus erat ꝓ eo obtulit holocaustũ sup
murũ: et facta est indignatio magna in israh'
Statimq; recesserũt ab eo: et reuersi sunt in
terram suam. Ca. iiij.

Vlier aũt quedã de uxoribus ꝓphe-
tarũ clamabat ad helyseum dicẽs. Seruus
tuus vir meus mortuus est: et tu nosti q̃
seruus tuus fuit timens deũ. et ecce creditor
venit ut tollat duos filios meos ad seruiẽ
dũ sibi. Cui dixit helyseus. quid vis ut faciã
tibi? Dic mihi. Quid habes in domo tua?
At illa rñdit. Nõ habeo ancilla tua quicq̃
in domo mea: nisi parũ olei quo vngar. Cui
ait. Vade et pete mutuo ab oĩbus vicinis
tuis vasa vacua non pauca: et ingredere et
claude ostiũ tuũ cũ intrinsecus fuerint tu et
filij tui. et mitte inde in oĩa vasa hec: et cũ
plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier: et clau
sit ostiũ sup se et sup filios suos. Illi offere-
bãt vasa: et illa infundebat. Cũq; plena fuis
sent vasa: dixit ad filiũ suũ. Affer mihi ad
huc vas. Et ille rñdit. Nõ habeo. Stetitq;
oleũ. Venit aũt illa et indicauit hõi dei. et
ille. Vade inquit vende oleũ et redde credi
tori tuo: tu aũt et filij tui viuite de reliquo.
Facta est aũt quedã dies: et trãsibat hely-
seus p̃ sunã ciuitatẽ. Erat aũt ibi mulier ma
gna: q̃ tenuit eũ ut comederet panẽ. Cumq;
frequẽter inde trãsiret: diuertebat ad eã ut
comederet panẽ. q̃ dixit ad virũ suũ. Ani-
aduerto q̃ vir dei sanctus est iste: q̃ trãsit p
nos frequẽter. Faciamus ergo ei cenaculũ
paruũ: et ponamus ei in eo lectulũ et mẽsam
et sellã et candelabrũ: ut cũ venerit ad nos
maneat ibi. Facta est ergo dies quedã: et
veniẽs diuertit in cenaculũ: et requieuit ibi
Dixitq; ad giezi puerũ suũ. Voca sunami
ten istã. q̃ cũ vocasset eã. et illa stetisset corã
eo: dixit ad puerũ suũ. Loquere ad eã. ecce
sedule in oĩbus ministrasti nobis: q̃d vis

ut faciã tibi? Nũquid habes negocium: et
vis ut loquar regi siue p̃ncip i militie? que
rñdit. In medio populi mei habito. Et ait.
Quid ergo vult ut faciã ei? Dixitq; giezi.
Ne queras. Filiũ enĩ nõ habet: et vir eius
senex est. Precepitq; itaq; ut vocaret eã. que
cũ vocata fuisset ↄstetisset ante ostiũ: dixit
ad eã. In tp̃e isto in hac eadẽ hora si vita
comes fuerit: habebis in utero filiũ. At illa
Noli queso dñe mi vir dei: noli mentiri an
cille tue. et cepit mulier: et peperit filium in
tp̃e. et in hora eadem qua dixerat helyseus
Creuit autẽ puer: et cũ esset quedã dies et
egressus isset ad p̃rem suũ ad messores: ait
p̃ri suo. Caput meũ doleo. At ille dixit pue
ro. Tolle: duc eũ ad matrẽ suã. qui cũ tulis
set et duxisset eũ ad matrẽ suã: posuit eũ il
la super genua sua usq; ad meridiẽ: et mor
tuus est. Ascendit aũt et collocauit eũ sup
lectũ hominis dei: et clausit ostiũ. et egressa
vocauit virũ suũ. et ait. Mitte mecũ obse-
cro vnũ de pueris et asinã: ut excurrã vsq;
ad hominẽ dei ↄ reuertar. qui ait illi. Quã
ob causam vadis ad eũ? Hodie nõ sunt ka
lende neq; sabbatũ. que rñdit. vadã. Stra
uitq; asinã: et p̃cepit puero. Mina et ꝓpera
ne mihi moram facias in eũdo: et hoc age
qđ p̃cipio tibi. Profecta est igitur: et venit
ad virũ dei in monte carmeli. Cũq; vidisset
eã vir dei decontra: ait ad giezi puerũ suũ
Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursũ
eius: et dic ei: Recte ne agit̃ circa te et circa
virũ tuũ: et circa filiũ tuũ? que rñdit. Recte
Cũq; venisset ad virũ dei in montẽ apphen
dit pedes eius: et accessit giezi ut amoueret
eã. Et ait homo dei. Dimitte illã. Anima
enĩ eius in amaritudine ẽ: et dñs celauit a
me et nõ indicauit mihi. Que dixit illi. Nũ
quid petiui filiũ a dño meo? Nũquid non
dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi
Accinge lũbos tuos: ↄ tolle baculũ meũ in
manu tua et vade. Si occurrent tibi homo
nõ salutes eũ: et si salutauerit te quispiã nõ
rñdeas illi. et pones baculũ meũ super fa-
ciẽ pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs
et viuit anima tua: nõ dimittã te. Surrexit
ergo et secutus est eã. Giezi autẽ p̃cesserat
ante eos: et posuerat baculũ sup faciẽ pue
ri: et nõ erat vox neq; sensus. Reuersusq; est
in occursũ eius: ↄ nũciauit ei dicẽs. Nõ sur
rexit puer. Ingressus est ergo helyseus domũ
et ecce puer mortuus iacebat i lectulo eius
Ingressusq; clausit ostiũ sup se et sup pue-
rum: et orauit ad dñm. et ascendit et incu-
buit sup puerũ: posuitq; os suũ sup os eius
et oculos suos super oculos eius. et manus
suas sup manus eius et incuruauit se super
eũ: et calefacta est caro pueri. At ille reuer
sus deambulabat in domo semel huc atq;
illuc: et ascẽdit et incubuit sup eũ. et oscula
uit puer septies: aperuitq; oculos. et ille vo-
cauit giezi: et dixit ei. Voca sunamitẽ hãc.
q̃ vocata ingressa est ad eũ. qui ait. Tolle
filiũ tuũ. Venit illa ↄ corruit ad pedes eius:
et adorauit sup terrã. Tulitq; filium suũ et
egressa est: et helyseus reuersus est in gal-
gala. Erat aũt fames in terra: et filij ꝓphe-
tarũ habitabãt coram eo: dixitq; vni de pue
ris suis. Pone ollam grandẽ: et coque pul
mentũ filijs ꝓphetarũ. et egressus est vnus
in agrũ: ut colligeret herbas agrestes. Inue-
nitq; q̃si vitẽ silueſtrẽ: et collegit ex ea colo
quintidas agri et impleuit palliũ suum: et re
uersus scidit i ollã pulmẽti. Nesciebat enĩ
quid esset. Infuderũt igit̃ sociis ut comede-
rent. Cũq; gustassent de coctione: exclama
uerũt dicẽtes. Mors in olla vir dei. et nõ po
tuerũt comedere. At ille: afferte inq̃t farinã
Cũq; tulissent: misit in ollã et ait. Infunde
turbe ut comedãt. ↄ nõ fuit amplius quicq̃
amaritudinis in olla. Vir aũt quidã venit
de balsalisa deferẽs viro dei panes p̃micia
rũ et viginti panes ordeaceos et frumentũ
nouũ in pera sua. At ille dixit. Da ꝓpl'o ut
comedat. Rñditq; ei minister eius. Quantũ
est hoc ut apponã coram centũ viris? Rursũ
ille: da ait ꝓpl'o ut comedat. Hec enĩ dicit
dñs. Comedẽt: et superit. Posuit itaq; coram
eis. q̃ comederũt: et supfuit iuxta vbũ dñi

¶ Naaman princeps militie regis syrie erat vir magnus apud do- ¶ Ca. v.
minũ suũ: et honoratus. Per illũ enĩ dedit
dñs salutẽ syrie. Erat aũt vir fortis et dives
sz leprosus. Porro de syria egressi fuerãt la
trunculi: et captuã duxerãt de terra israhel
puellã paruulã. q̃ erat in obsequio uxoris

naaman. q̄ ait ad dn̄am suā. Vtinā fuisset
dn̄s meus ad ꝓphetam qui est in samaria
ꝓfecto curasset eū a lepra quam habet. In
gressus ē itaq; naaman ad dn̄m suū: et nū
ciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta est puella de
terra isrl̄. Dixitq; ei rex sirie. Vade. et mit-
tam lr̄as ad regē isrl̄. qui cū ꝓfectus essz et
tulisset secū decē talenta argēti et sexmilia
aureos: et decem mutatoria vestimentorū
detulit lr̄as ad regē israhel in hec verba. Cū
acceperis epistolam hanc: scito ꝙ miserim
ad te naaman seruū meū ut cures eū a le-
pra sua. Cūq; legisset rex isrl̄ lr̄as scidit ve
stimēta sua et ait. Nūquid deus ego sū ut
occidere possim ⁊ viuificare: q2 iste misit ad
me ut curē hominē a lepra sua? Animad-
uertite et videte: ꝙ occasiones q̄rat aduer
sū me. qđ cū audissz heliseus vir dei scidisse
videlicet regē isrl̄ vestimēta sua: misit ad
eū dicēs. Quare scidisti vestimēta tua? ve
niat ad me: et sciat esse ꝓphetam in israhel.
Venit ergo naaman cū equis et currib⁹: et
stetit ad ostiū domus helisei. Misitq; ad eū
heliseus nūciū dicēs. Vade ⁊ lauare septies
in iordane: ⁊ recipiet sanitatē caro tua atq;
mundaberis. Iratus naaman recedebat di
cens. Putabā ꝙ egrederetur ad me et stās
inuocaret nomē dn̄i dei sui: et tangeret ma
nu sua locū lepre: et curaret me. Nūquid nō
meliores sunt abana et pharfar fluuij da-
masci om̄ibus aquis isrl̄. ut lauer in eis et
munder? Cū ergo vertisset se et abiret indi-
gnans: accesserūt ad eum serui sui. et locuti
sunt ei. Pater: et si rem grandē dixissz tibi ꝓ
pheta. certe facere debueras: q̄ꝫ tomagis q2
nūc dixit tibi lauare et mūdaberis. Descen
dit et lauit septies in iordane iuxta ſmonē
viri dei: et restituta est caro eius sicut caro
pueri paruuli: et mundatus est. Reuersusq;
ad virū dei cū vniuerso comitatu suo: ve-
nit et stetit corā eo et ait. Vere scio ꝙ non
sit alius deus in vniuersa terra: nisi tantū in
isrl̄. Obsecro itaq; ut accipias benedictionē
a seruo tuo. At ille respōdit. Viuit dn̄s ante
quē sto: q2 nō accipiā. Cunq; vim faceret
penitus nō acquieuit. Dixitq; naaman. vt
vis. Sed obsecro ꝯcede mihi seruo tuo: ut
tollā onus duorū burdonū de terra. Non
enim faciet vltra seruus tuus olocaustū aut
victimā dijs alienis: nisi dn̄o. Hoc autem
solū est de q° depceris dn̄m ꝓ seruo tuo: qn̄
ingredietur dn̄s meus templū remmon ut
adoret. et illo innitente super manū meā. si
adorauero in templo remmon adorāte eo
in eodem loco: ut ignoscat mihi dn̄s seruo
tuo pro hac re. Qui dixit ei. Vade in pace
Abijt ergo ab eo: electo terre tp̄e. Dixitq;
giezi puer viri dei. Pepercit dn̄s meus na
aman siro isti: ut nō acciperet ab eo q̄ attu
lit. Viuit dn̄s q2 currā post eū: et accipiā
ab eo aliquid. et secutus est giezi post ter-
gū naaman. quem cū vidisset ille currentē
ad se: desilijt de curru in occursū eius et ait
Rectene sunt om̄ia? Et ille ait. Recte. Dn̄s
meus misit me ad te dicēs Modo venerūt
ad me duo adolescētes de monte ephraim
ex filijs ꝓphetarū. Da eis talentū argēti: et
vestes mutatorias duplices. Dixitq; naa
man. Melius est ut accipias duo talenta. et
coegit eū: ligauitq; duo talenta argenti in
duobus saccis. et duplicia vestimēta et im
posuit duob⁹ pueris suis: qui et portauerūt
corā eo. Cunq; venisset iam vesperi. tulit de
manu eorū. et reposuit in domo: dimisitq;
viros ⁊ abierūt: ipe aūt ingressus stetit corā
dn̄o suo. Et dixit heliseus. Vnde venis gie
zi? Qui rn̄dit. Nō iuit seruus tuus quoq̄ꝫ.
At ille ait. Nonne cor meū in p̄senti erat:
qn̄ reuersus est homo de curru suo in occur
sum tui? Nūc igit̄ accepisti argentū et acce
pisti vestes: ut emas oliueta et vineas et
oues et boues et ſuos et ancillas. sed et le
pra naamā adherebit tibi ⁊ semini tuo usq;
in sempiternū. et egressus est q̄si nix ab eo

Dixerūt aūt filij ¶ leprosus. ¶ Ca. vj.
ꝓphetarū ad heliseū. Ecce locus in q°
habitamus corā te: angustus ē nobis. Ea
mus usq; ad iordanē et tollāt singuli de sil
ua materias singulas: ut edificemus nobis
ibi locū ad habitandū. qui dixit. Ite et ait
vnus ex illis. Veni ergo et tu cū seruis tuis
Respondit ego veniā. et abijt cū eis. Cunq;
venissent ad iordanen: cedebāt ligna. Ac-
cidit autem: ut cum vnus materiam succi-
disset caderet ferrum securis in aquam. Ex
clamauitq; ille ⁊ ait. Heu heu heu domine

mi: hoc ꝑm mutuo acceperā. Dixit aūt ho-
mo dei. Vbi cecidit? At ille monstrauit ei
locū. Precidit ergo lignū: et misit illuc. Na-
tauitq; ferrum. Et ait. Tolle. Qui extendit
manū: et tulit illud. Rex aūt syrie pugnabat
contra isrl': consiliūq; iniit cū seruis suis dicēs
In loco illo et illo ponamus insidias. Misit
itaq; vir dei ad regē israhel dicēs. Caue ne
transeas in locū illū: quia ibi syri in insidijs
sunt. Misit itaq; rex israhel ad locū quē di-
xerat ei vir dei et ꝓoccupauit eū: et obserua
uit se ibi nō semel neq; bis. Conturbatūq;
est cor regis syrie ꝑ hac re: et uocatis suis
seruis ait. Quare nō indicatis mihi quis pro
ditor mei sit apud regē isrl'? Dixitq; vnus
seruorū eius. Nequaq; dñe mi rex: sed helis
seus ꝓpheta qui est in isrl' indicat regi isra-
hel omnia verba quecūq; locutus fuerīs in
cubiculo tuo. Dixitq; eis. Ite et videte ubi sit
ut mittā et capiam eū. Annūtiauerūt ei di
cētes. Ecce in dothaim. Misit g̃ illuc equos
et currus: et robur exercitus. qui cū venissent
nocte: circūdederūt ciuitatē. Consurgēs aūt
diluculo mīster viri dei egressus est: viditq;
exercitū in circuitu ciuitatis et equos et cur
rus. Nūciauitq; ei dicēs. Heu heu heu dñe
mi quid faciemus? At ille rndit. Noli time
mere. Plures enī nobiscum sunt: q̃q; cū illis.
Cumq; orasset heliseus ait. Dñe: aperi ocu-
los huius ut videat. et aperuit dñs oculos
pueri: et vidit. et ecce mons plenus equoꝝ
et curruū igneorū i circuitu helisei. Hostes
vero descenderūt ad eū. Porro heliseus ora
uit ad dñm dicēs. Percute obsecro gentem
hanc cecitate. Percussitq; eos dñs ne vide
rent: iuxta verbū helisei. Dixit autē ad eos
heliseus. Nō est hec via: nec ista est ciuitas
Sequimini me: et ostendā vobis virū quē
queritis. Duxit ergo eos in samariā. Cūq;
ingressi fuissent in samariam: dixit heliseus
Dñe aperi oculos istorū ut videant. Aperi-
uitq; dñs oculos eorū: et viderūt se esse in
medio samarie. Dixitq; rex isrl' ad heliseū:
cū vidisset eos. Nūquid ꝑcutiā eos pater
mi? Et ille ait. Nō ꝑcuties. Neq; enī cepi-
sti eos gladio et arcu tuo: ut ꝑcutias. Sz po
ne panē et aquā coram eis ut comedāt et bi
bant: et vadant ad dñm suū. Appositaq;
est eis cibor magna ꝓparatio: et comede-
rūt et biberūt: et dimisit eos: abieruntq; ad
dñm suū. et ultra nō venerūt latrones ſine
in terrā israhel. Factū est aūt post hec con
gregauit benadab rex syrie vniuersum exer
citū suum: et ascendit et obsidebat samariā
Factaq; est fames magna in samaria: et
tamdiu obsessa est donec venūdaretur ca-
put asini octogīta argenteis: et quarta pſ
cabi stercoris columbarū quinq; argenteis
Cūq; rex isrl' trāsiret ꝑ murū: mulier quedā
exclamauit ad eū dicēs. Salua me dñe mi
rex. Qui ait. Non te saluet dñs. Vnde te
possum saluare? De area: vel de torculari?
Dixitq; ad eā rex. Quid tibi vis? Que re-
spōdit. Mulier ista dixit mihi. Da filiū tuū
ut comedamus eū hodie: et filiū meū co-
medemus cras. Coximus g̃ filiū meū et co
medimus: dixiq; ei die altera. Da filiū tuū
ut comedamus eū. que abscondit filiū suū
Qđ cū audisset rex scidit vestimēta sua: et
trāsiebat ꝑ murū. Viditq; oīs ꝓpl's cilicū
quo vestitus erat ad carnē intrinsecus. Et
ait rex. Hec mihi faciat deus. et hec addat
si steterit caput helisei filij saphat sup ipm
hodie. Helisseus aūt sedebat in domo sua:
et senes sedebāt cū eo. Permisit itaq; virū:
et anteqũ veniret nūcius: ille dixit ad senes
Nunquid scitis q̃ miserit filius homicide
hic ut ꝑcidatur caput meum? Videte ergo
cū venerit nūcius. claudite ostiū: et nō sina
tis eū introire. Ecce enī sonitus pedum dñi
eius post eū est. Adhuc illo loquente ecce
apparuit nūcius qui veniebat ad eū. et ait.
Ecce tantū malū a dño est. quid amplius
expectabo a domino?

¶ Ca. vij

Dixit autē helisseus. Audite verbū dñi
Hec dicit dñs. In tempe hoc cras modius
simile vno statere erit: et duo modij ordei
statere vno in porta samarie. Rndens vnus
de ducibus sup cuius manū rex incūbebat
homini dei ait. Si dñs fecerit etiā cathara
ctas in celo: nūquid poterit esse qđ loque-
ris? qui ait. Videbis oculis tuis: et inde nō
comedes. Quatuor ergo viri erant lepro si
iuxta introitū porte: qui dixerūt ad inuicē
Quid hic esse volumus donec moriamur.
Siue ingredi voluerimus ciuitatem. fame

moꝛiemur: ſiue manſerimus hic moꝛiendū nobis eſt. Venite ergo et trāſfugiamus ad caſtra ſirie. Si pepercerint nobis viuemus: ſi aūt occidere voluerint: nihilominus moꝛiemur. Surrexerūt ergo veſperi: ut venirent ad caſtra ſirie. Cumq; veniſſent ad p̄ncipiū caſtroꝝ ſirie: nullū ibidē repererūt. Siquidē dn̄s ſonitū audiri fecerat in caſtris ſirie. curruū et equoꝝ: et exercitus plurimi. Dixerūtq; adinuicē. Ecce mercede conduxit ad uerſū nos rex iſrahel reges gethæoꝝ et egi ptioꝝ: et venerūt ſup nos. Surrexerūt ergo et fugerūt in tenebꝛis: et dereliquerūt tentoria ſua et equos et aſinos in caſtris: fugeruntq; animas tantū ſuas ſaluare cupientes. Igit̄ cū veniſſent leꝛoſi illi ad p̄ncipiū caſtroꝝ ingreſſi ſunt vnum tabernaculū: et comederūt et biberūt. Tulerūtq; inde argentū et auꝝ et veſtes: et abierunt et abſconderūt. et rurſū reuerſi ſunt ad aliud tabernaculū: et inde ſimiliter auferentes abſconderūt. Dixerūtq; adinuicē. Nō recte facimus Hec enī dies boni nūcij eſt. Si tacuerimus et noluerimus nunciare uſq; mane: ſceleris arguemur. Venite eamus: et nūciemus in aula regis. Cūq; veniſſent ad poꝛtā cuitatis: narrauerūt eis dicentes. Iuimus ad caſtra ſirie et nullū ibidē reperimus hominē niſi equos et aſinos alligatos: et fixa tentoria. Ierūt ergo poꝛtarij: et nūciauerūt in palacio regis intrinſecus. qui ſurrexit nocte: et ait ad ſeruos ſuos. Dico vobis quid fecerunt nobis ſiri. Sciūt q2 fame laboꝛamus: et idcirco egreſſi ſunt de caſtris: et latitant in agris dicētes. Cū egreſſi fuerint de cuitate capiemus eos viuos: et tūc cuitatē ingredi poterimus. Reſpondit aūt vnus ſeruoꝝ eius Tollamus quinq; equos qui remanſerūt in urbe: q2 ipſi tantū ſunt in vniuerſa multitudine iſrahel. alij enī conſumpti ſunt: et mittentes explorare poterimus. Adduxerūt ergo duos equos: miſitq; rex in caſtra ſiroꝝ dicens. Ite et videte. qui abierunt poſt eos uſq; ad ioꝛdanen. Ecce aūt omnis via plena erat veſtibus et vaſis: q̄ p2oꝛecerant ſirus cū turbarentur. Reuerſiq; nūcij indicauerūt regi. Et egreſſus p̄pl'us diripuit caſtra ſirie factuſq; eſt modius ſimile ſtatere vno: et duo modij oꝛdei ſtatere vno: iuxta verbū dominī. Porro rex ducē illū in cuius manu incubuerat oſtituit ad poꝛtā: quē cōculcauit turba in introitu poꝛte et moꝛtuus eſt: iuxta q̄d locutus fuerat vir dei quādo deſcēderat rex ad eū. Factūq; eſt ſm̄ ſermonē viri dei. quē dixerat regi qñ ait. Duo modij oꝛdei ſtatere vno erūt. et modius ſimile ſtatere vno hoc eodē tp̄e cras in poꝛta ſamarie: quando reſponderat dux ille viro dei. et dixerat. etiā ſi dn̄s fecerit catharactas in celo nunquid poterit fieri q̄d loqueris: et dixit ei. videbis oculis tuis et inde non comedes. Euenit ergo ei ſicut p̄dictū erat: et conculcauit eū p̄pl'us in poꝛta et moꝛtuus eſt

HEliſeus aūt locutus eſt ad mulierē: cuius viuere fecerat filiū dicēs. Surge: vade tu et domus tua: et pegrinare vbicunq; reperis. Vocabit enim dn̄s famē: et veniet ſup terrā ſeptē annis. q̄ ſurrexit et fecit iuxta verbū hois dei: et vadēs cū domo ſua: peregrinata eſt in terra philiſtiim diebꝰ multis. Cūq; finiti eſſent anni ſeptē: reuerſa eſt mulier de terra philiſtiim. et ingreſſa ē ut interpellaret regē ꝓ domo ſua et ꝓ agris ſuis. Rex aūt loquebatur cū giezi puero viri dei dicens. Narra mihi omnia magnalia q̄ fecit heliſeus. Cūq; ille narraret regi quomodo moꝛtuū ſuſcitaſſet: apparuit mulier cuius viuificauerat filiū clamās ad regē ꝓ domo ſua et ꝓ agris ſuis. Dixitq; giezi. Dn̄e mi rex hec eſt mulier: et hic ē filius eius quē ſuſcitauit heliſeus. Et interrogauit rex mulierē. q̄ narrauit ei. Dedit̄q; ei rex eunuchū vnū dicēs. Reſtitue ei oīa q̄ ſua ſunt: et vniuerſos reditus agroꝝ a die qua reliquit terrā uſq; ad p̄ns. Venit q̄q; heliſeus damaſcū: et benadab rex ſirie egrotabat. Nūciaueř̄tq; ei dicētes. Venit vir dei huc. et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera et vade in occurſū viri dei: et conſule dn̄m p eū dicens. Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur azahel in occurſum eius habēs ſecū munera et omnia bona damaſci onera q̄draginta camelorū. Cūq; ſtetiſſet coꝛā eo ait. Filius tuus benadab rex ſirie miſit me ad te dicens. Si ſanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq;

ei helíseus. Vade dic ei. Sanaberis. Porro
ostendit mihi dñs: q2 morte morietur. Ste
titq3 cū eo: et oturbatus est vsq3 ad suffusio
nē vultus. Fleuitq3 vir dei. Cui asahel ait.
Quare dñs meus flet? At ille dixit. Quia
scio q̄ facturus sis filijs isrl' mala. Cuitates
eorum munitas igne succēdes: et iuuenes
eorū interficies gladio: et parulos eorum
elides. et prægnantes diuides. Dixitq3 asa
hel. Quid enī sum seruus tuus canis: ut fa
ciam rē istā magnā? Et ait helíseus. Osten
dit mihi dñs te regē sirie fore. quí cū recess-
isset ab helíseo: venit ad dñm suū. quí ait
ei. Quid tibi dixit helíseus? At ille rñdit.
Dixit mihi: recipies sanitatē. Cūq3 venisset
dies altera. tulit stragulū et infudit aquā:
et expandit sup faciē eius. quo mortuo: re
gnauit asahel p eo. Anno quinto ioā filij
achab regis israhel regnauit ioā filius ioſa
phat rex iuda. Triginta duo q̄ annorū erat
cū regnare cepisset: et octo annis regnauit
in ierusalē. Ambulauitq3 in vijs regū isrl':
sicut ambulauerat domus achab. Filia enī
achab erat vxor eius. et fecit q̄ malū est in
ospectu dñi. Noluit aūt dñs disperdere iu-
dam ꝓpter dauid serui sui: sicut ꝓmiserat
ei ut daret illi lucernā et filijs eius cūctis die
bus. In diebus eius recessit edom ne esset
sub iuda: et ostituit sibi regē. Venitq3 ioā
sera: et omnis exercitus cū eo. et surrexit no-
cte: percussitq3 ydumeos qui eū circūdede-
rant et p̄ncipes curruū. Populus aūt fugit
in tabernacula sua. Recessit ergo edom ne
esset sub iuda: usq3 ad diē hanc. Tūc recess
it et lobna in tempore illo. Reliqua aūt ser
monū ioā et vniuersa q̄ fecit: nōne hec scri
pta sunt in libro verborū dierū regū iuda?
Et dormiuit ioā cū p̄ib⁹ suis: sepultusq3
est cū eis in ciuitate dauid: et regnauit ocho
zias filius eius p̄o eo. Anno duodecimo
ioā filij achab regis isrl': regnauit ochozias
filius ioā regis iude. Viginti duorū ānorū
erat ochozias cum regnare cepisset: et vno
anno regnauit in ierusalē. Nomen mr̄is eius
athalia filia amri regis isrl': et ambulauit in
vijs domus achab: et fecit q̄ malum est
coram dño sicut domus achab. Gener enī do
mus achab fuit. Abijt quoq3 cū ioā filio
achab ad preliandū cōtra asahel regē sirie
in ramoth galaad: et vulnerauerūt sirī ioā
qui reuersus est ut curaretur in isrl': q2 vul-
nerauerūt eū sirī in ramoth preliantē cōtra
asahel regē sirie. Porro ochozias filius io-
ram rex iuda descēdit inuisere ioā filiū ach
ab in iesrahel: q2 egrotabat ibi. ¶ Ca. ix

Eliseus aūt ꝓphetes vocauit vnū de fi
lijs ꝓphetarū: et ait illi. Accinge lūbos
tuos et tolle lenticulā olei hāc in manu tua
et vade in ramoth galaad. Cūq3 veneris il
luc: videbis iehu filiū iosaphat filij namsi
et ingressus suscitabis eū de medio fratrum
suorū et introduces in interius cubiculū: te
nensq3 lenticulā olei fundes sup caput eius
et dices. Hec dicit dñs. Vnxi te regē super
isrl'. Aperiesq3 ostiū et fugies: et nō ibi sub
sistes. Abijt ergo adolescēs puer ꝓphete in
ramoth galaad: et ingressus est illuc. Ecce
aūt ꝓncipes exercitus sedebāt. Et ait. Ver-
bū mihi ad te o ꝓnceps. Dixitq3 iehu. Ad
quē ex oñibus nobis? At ille dixit. Ad te
o ꝓnceps. Et surrexit: et ingressus est cubi-
culum. At ille fudit oleū sup caput eius. et
ait. Hec dicit dñs deus isrl'. Vnxi te regem
sup ꝓplm dñi isrl': et percuties domū achab
dñi tui. et vlciscar sanguinē seruorū meorū
ꝓphetarū et sanguinē oīm seruorū dñi de
manu iezabel: pdamq3 oēm domū achab.
Et interficiā de domo achab mingentē ad
parietē. et clausū et nouissimū in isrl'. et da
bo domū achab sicut domū iheroboā filij
nabath: et sicut domū baasa filij achia. Ihe
zabel q̄q3 comedent canes in agro iesrahel
nec erit q̄ sepeliat eā. Aperuitq3 ostiū et fu-
git. Iehu aūt ingressus est ad seruos dñi sui
qui dixerūt ei. Rectene sunt oīa? Quid ve-
nit insanus iste ad te? Qui ait eis. Nostis
hominē: et quid locutus sit? At illi rñdert.
Falsū est: sz magis narra nobis. quí ait eis
Hec et hec locutus est mihi. et ait. Hec di
cit dñs. Vnxi te regē sup isrl'. Festinauerūt
itaq3: et vnus quisq3 tollēs palliū suū posue-
rūt sub pedibus eius in similitudinē tribu-
nalis: et cecinerūt tuba atq3 dixerūt. Regna
bit iehu. Coniurauit ergo iehu filius ioſa-
phat filij namsi ctra ioā. Porro ioā obse
derat ramoth galaad ipe et omnis israhel

ɔtra. aſabel regē ſirie: et reuerſus fuerat ut curaret̄ in ieſrahel ꝓp ter vulnera: q2 pcuſſe rant eum ſiri ꝓhantē cōtra aſahel regē ſirie Dixitq3 iehu. Si placet vobis nemo egre diatur ꝓfugus de ciuitate: neve adat et nun ciet in ieſrahēl. et aſcendit: et ꝓfectus est in ieſrahel. Ioꝛā enī egrotabat ibi: ⁊ ochozias rex iuda deſcēderat ad viſitandū ioꝛā. Igit̄ ſpeculatoꝛ q̄ ſtabat ſup turrim ieſrahel: vi dit globū iehu venientis. et ait. Video ego globū. Dixitq3 ioꝛā. Tolle currū: ⁊ mitte in occurſum eoꝝ: et dicat vadēs. Rectene ſūt oīa? Abiit ergo q̄ aſcenderat currū in oc curſū eius. et ait. Hec dicit rex. Pacata ſūt oia. Dixitq3 iehu. Quid tibi et pac? Trāſi et ſequere me. Nūciauit q3 ſpeculatoꝛ di cens. Venit nūcius ad eos: et nō reuertitur. ⁊ iſit etiā currū equoꝛū ſcōm: venitq3 ad eos: et ait. Hec dicit rex. Nūquid pax ē? et ait iehu. Quid tibi ⁊ pac? Transi et ſeqū me. Nūciauit aūt ſpeculatoꝛ dicens. Venit uſq3 ad eos et nō reuertit̄. Est aūt inceſſus q̄ſi inceſſus iehu filij namſi. Pꝛeceps enī gra ditur. Et ait ioꝛam. Iūgite currū. Iūxerūtq3 currū eius. et egreſſus est ioꝛā rex iſrahel et ochozias rex iuda: ſinguli in currib? ſuis. Egreſſiq3 ſunt in occurſū iehu: et inuenerūt eū in agro naboth ieſrahelite. Cūq3 vidiſſet ioꝛā iehu: dixit. Pax est iehu? At ille rñdit Que pax? Adhuc foꝛnicatōes iezabel ma tris tue. et veneficia eius multa vigent. Con uertit aūt ioꝛā manū ſuā: et fugiens ait ad ochoziā. Inſidie ochozia. Porro iehu teten dit arcū manu: et pcuſſit ioꝛā inter ſcapu las. ⁊ egreſſa est ſagitta p coꝛ eius: ſtatimq3 coꝛruit in curru ſuo. Dixitq3 iehu ad bada cher ducē. Tolle ꝓice eum in agro naboth ieſrahelite. ☞emini enī q̄ ego et tu ſeden tes i curru ſequebamur achab pꝛem huius q3 dñs onus hoc leuauerit ſup eū dicens. Si nō ꝓ ſanguine naboth. et ꝓ ſanguine fi liozū eius quē vidi heri ait dñs: reddā tibi in agro iſto dicit dñs. Nūc ergo tolle et ꝓi ce eū in agro iuxta v̄bū dñi. Ochozias aūt rex iuda videns hoc fugit p viam domus ozi: pſecutuſq3 est eum iehu: et ait. Etiam hunc pcutite in curru ſuo. et pcuſſerūt eū in aſcenſu gaber: qui est iuxta ieblaam. qui fu git in mageddo: et moꝛtuus est ibi. Et im poſuerūt eū ſerui eius ſup currū ſuū et tule rūt in ieruſalē: ſepelierūtq3 in ſepulchꝛo cū patribus ſuis in ciuitate dauid. Anno vn decimo ioꝛā filij achab regis iſrahel regna uit ochozias ſuper iudam: venitq3 iehu in ieſrahel. Porro iezabel introitu eius audito depinxit oculos ſuos ſtibio. et oꝛnauit ca put ſuū: et reſpexit p feneſtrā ingredientem iehu p poꝛtā: ⁊ ait. Nūquid pax poteſt eſſe zamri. qui interfecit dñm ſuū? Leuauitq3 ie hu faciē ſuā ad feneſtrā et ait. Que ē iſta Et inclinauerūt ſe ad eū duo vel tres eunu chi: et dixerūt. Hec est illa iezabel. At ille dixit eis. Precipitate eā deoꝛſum. et ꝓcipita uerūt eā. Aſperſuſq3 est ſanguine paries: et equoꝛū vngule oculcauerunt eā. Cumq3 in trogreſſus eſſet ut comederet biberetq3 ait. Ite et videte maledictā illā et ſepelite eā: q2 filia regis est. Cūq3 iſſent ut ſepelirēt eā: nō inuenerūt niſi caluariā et pedes et ſum mas manus. Reuerſiq3 nūciauerūt ei. et ait iehu. Sermo dñi est: quē locutus est p ſeruū ſuū behā thesbiten dicēs. In agro ieſrahel comedent canes carnes iezabel. et erūt car nes iezabel ſicut ſtercus ſup faciem terre in agro ieſrahel: ita ut nō dicāt. Hec ci

filiis iuda et ierusalē. et obiurgaui optimates iuda: et dixi eis. Que est hec res mala quā vos facitis: et ꝓphanatis diē sabbati? Nūquid non hec fecerūt pres nri: et adduxit deus nr̄ sup nos oēm malū hoc. et sup ciuitatē hanc? et vos additis iracundiā super israhel: violando sabbatū. Factum est aūt cū quieuissent portę ierusalē ante sabbati: dixi. et clauserūt ianuas: et p̄cepi ut non aperirēt eas usq; post sabbatū. Et de pueris meis ostitui sup portas: ut nullus inferret onus die sabbati. ⁊ manserūt negociatores et vendentes vniuersa venalia foris ierusalē semel ⁊ bis: et otestatus sum eos: et dixi eis. Quare manetis ex aduerso muri? Si secūdo hoc feceritis: manū mittā in vos. Itaq; ex tēpore illo nō venerūt in sabbato. Dixiq; leuitis ut mūdarentur. et venirēt ad custodiēdas portas: et sanctificandā diē sabbati. Et ꝓ hoc ergo memento mei deus. et parce mihi ꝑm multitudinem miserationū tuarū. Sz et in diebus illis vidi iudeosducentes vxores azotidas. ammonitidas et moabitidas. Et filij eorū ex media pte loquebant azotice: ⁊ nesciebāt loqui iudaice et loquebant iuxta linguā ꝑpl̄i et populi. Et obiurgaui eos: et maledixi. et cecidi ex eis viros ⁊ decaluaui eos: et adiurauī in deo ut nō darēt filias suas filiis eor̄: et nō acciperēt de filiab⁹ eor̄ filiis suis. et sibimetipsis dicens. Nūq̄d nō in huiuscemodi peccauit salomon rex israhel? et certe in gentib⁹ multis nō erat rex similis ei: et dilectus deo suo erat et posuit eū deus regē sup omnē israhel. et ipm ergo duxerūt ad pcām mulieres alienigene Nūq̄d et nos inobedientes faciemus omne malū grande hoc. ut p̄uaricemur in deo nostro: et ducamus vxores peregrinas? De filiis at̄ ioiada filij eliasib sacerdotis magni gener erat sanaballath oronitis: quē fugaui a me. Recordare dñe deus meus aduersum eos qui polluūt sacerdotiū: iusq; sacerdotale ⁊ leuiticū. Igit̄ mūdaui eos ab omnibus alienigenis: et ostitui ordines sacerdotū et leuitarū vnūquēq; in ministerio suo: et in oblatōe ligno rū in tp̄ib⁹ ostitutis et in p̄micijs. Memento mei deus meus in bonū Amen. Finit neemie qui ē esdre secundus.

Incipit liber tertius Esdre. Ca. j.

Et fecit iosias pascha in iherosolimis domio: et immolauit phase quartadecia luna p̄mi mens statuēs sacerdotes p vices suas stolis amictos in tēplo dñi. Et dixit leuitis sacris seruis israhel: ut sanctificarēt se dño in positione sancte arche dñi in domo quam edificauit salomon filius dauid rex Nō erit vobis tollere sup humeros eā. Et nūc ꝺseruite dño vestro et curā agite gētis illius israhel ex pte ꝑm pagos et tribus vestras ꝑm scripturam dauid regis israhel. te ꝑm magnificentiā salomonis filij eius: oēs in tēplo et ꝑm particulā p̄ncipatus paternā vestrā. eorū qui stant in ospectu fratrū filioꝝ israhel. Immolate pascha: et sanctificia parate fratrib⁹ vestris: et facite ꝑm p̄ceptū domini qđ datū est moysi. Et donauit iosias in plebem q̄ inuenta est. ouiū agnoꝝ et hedorū et caprarū. trigīta milia: vitulos tria milia. Hec de regalibus data sunt ꝑm ꝓmissionē ꝑpl̄i et sacerdotibus in pascha oues numero duo milia: ac vituli centū. Et iechonias et semeias et nathanael fratres et asabias et oziel ⁊ coraba in phase. oues quinq; milia: vitulos quingentos. Et hec cū fierēt eleganter: steterūt sacerdotes et leuite habentes azima p tribus. et ꝑm partes p̄ncipatus patrū in ospectu ꝑpl̄i offerebāt dño ꝑm ea q̄ in libro moysi scripta sunt. Et assauerūt phase igni ꝓut oportebat: et hostias coxerūt in emolis et in ollis cū benīu olētia Et attulerūt omnibus qui erant ex plebe: et post hec parauerūt sibi et sacerdotibus. Sacerdotes enī offerebāt adipes usq; dū finita esset hora: et leuite parauerūt sibi et fratribus suis filiis aaron. et sacrificatores filias offerebant scd̄m ordinem. ꝑm p̄ceptum dauid et asaph: et zacharias et iedithus qui erat a rege. et ostiarij per singulas ianuas: ita ut n̄ p̄uaricaret vnusquisq; suam. Fratres enim eorū parauerunt illis. Et ꝺsummata sunt que pertinebant ad sacrificium domini In illa die egerunt phase. et offerebant hostias sup domini sacrificū

secundū pceptū regis ioſie. Et egerūt filij iſrahel qui inuenti ſunt in tpe illo phaſe: et die feſti azimoꝝ p dies ſeptem. Et nō eſt celebratū phaſe tale in iſrł a tpibus ſamuel ꝓphete: et oēs reges iſrahel nō celebrauerūt tale paſcha quale egit ioſias. et ſacerdotes. et leuite. et iudei. et ois iſrł. qui inuenti ſunt in cōmoratiōe ieroſolimis. Octauodecimo anno regnāte ioſia celebratū ē phaſe. Et directa ſunt opa ioſie in ſpectu dñi ſui in corde pleno metuentis. et q̄ circa illū quidē ſcripta ſunt in pristinis tpibus. de eis qui peccauerūt. quiq; irreligioſi fuerunt in dominū pre omī gentē: et qui nō queſierunt verba dñi ſuper iſrahel. Et poſt omnē actū hūc ioſie. aſcēdit pharao rex egipti veniens in carchamis abīcere ſup eufraten: et exiit in obuiam illius ioſias. Et miſit rex egipti ad ioſiā dicēs. Quid mihi et tibi ē rex iude? Non ſum miſſus a dño. Sup eufraten enī bellū meū eſt. Feſtinās deſcēde. Et nō eſt reuerſus ioſias ſup currū: ſed expugnare eum conabat. nō attendēs verbū ꝓphete ex ore dñi: ſed cōſtituit ad eū bellū in campō mageddo. Et deſcenderūt principes ad regem ioſiā. Et dixit rex puens ſuis Amouete me a pcho. Infirmatus ſum enī valde. Et ſtatim amouerūt eum pueri ipſius de acie. Et aſcendit ſup currū ſecūdariū ſuū: et puenīens ieroſolimā vita functus eſt: et ſepultus eſt in paterno ſepulchro. Et in tota iudea lugebāt ioſiam: et qui p̄ſidebant cū vxoribus lamentabāt eum uſq; in hūc die. Et datū eſt hoc fieri ſemp in oīe genus iſrł. Hec aūt p̄ſcripta ſūt in libro hyſtoriarū regū iude: et ſingula geſta actus ioſie et eius gloria. et intellectus eius in lege dñi: qr eque geſta ſunt ab eo et que nō ſcripta ſunt in libro regū iſrahel et iude. Et aſſumētes qui erant ex gente iechonīā filiū ioſie cōſtituerunt regē ꝓ ioſia patre ſuo. cū eſſet annoꝝ triginta trium: et regnauit ſup iſrahel mēſibus tribus. Et amouit eum rex egipti ne regnaret i ieroſolimis. et mulctauit gentē argenti talenta centū: et auri talēta vnū. Et ſtituit rex egipti regē ioakim fratrē ipius regē iude et ieruſalē: et alligauit magiſtratus ioachim zaracelem fratrē ſuū: et apprehēdēs reduxit egiptū. Annoꝝ erat ioakim viginti quiq; cū regnare cepiſſet in terra iuda et in ieruſalē: et fecit malū in ſpectu dñi. Poſt hūc aūt aſcēdit nabuchodonoſor rex babilonis: et alligans eū in aureo vinculo perduxit in babiloniā: et ſacra vaſa domini accepit nabuchodonoſor et tulit. et ſecrauit in templo ſuo in babilonia. Nam de immūdicia illius. et irreligioſitate. ſcriptū eſt in libro temporū regū Et regnauit ioachin filius eius ꝓ eo. Cum autē ſtitutus ē erat annoꝝ octo. Regnauit aūt menſes tres et dies decē in ieruſalē: et fecit malū in cōſpectu dñi. Et poſt annū mittens nabuchodonoſor trāſmigrauit eū babiloniā ſimul cū ſacris vaſis dñi: et cōſtituit ſedechiam regē iuda et ieruſalē. cum eſſet annoꝝ vigintiunius. Regnauit autē annis vndecim. Et fecit malū in cōſpectu dñi: et non eſt ventus a verbis que dicta ſunt ab ieremia. ꝓpheta ex ore dñi. Et adiuratus a rege nabuchodonoſor piurās diſceſſit: et indurata ceruice ſua. et corde ſuo. trāſgreſſus eſt legittima dñi dei iſrahel. Et duces populi dñi multa inique geſſerūt et impie egerūt ſup oēs immūdicias gentiū: et polluerunt templū dñi qđ ſanctū erat in ieroſolimis. Et miſit deus patrū ſuoꝝ p angelū ſuū reuocare eos: propter qđ parceret illis et tabernaculo ſuo. Ipſi vero ſubſannabant in angelis ſuis: et qua die locutus eſt dñs erāt illudētes ꝓphetis eius. Qui vſq; ad iracundiā cōcitatus eſt. ſup gentē ſuam ꝓpter irreligioſitatē ſuā: et p̄cepit aſcēdere reges chaldeoꝝ. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio in circuitu ſancti templi eoꝝ: et nō pepcerunt iuueni. et ſeni. et virgini. et adoleſcēti: ſed oēs traditi ſunt in manus ipſoꝝ et omnia ſacra vaſa dñi. et regales apothecas reſumētes tulerūt in babiloniā: et incenderūt domū dñi et demoliti ſunt muros ieruſalē: et turres eius incēderūt in igne Et oīa ſūmauerūt oia honorifica eius: et ad nihilū redegerūt: et reliq̄s a gladio in babilonē. Et erāt ſeruī illius vſq; dū regnarent perſe. in repletiōe verbi dñi in ore ieremie: quouſq; beneplacite ageret terra ſabbata ſua. Omni tempe deſertiōis ſue ſabbatiſauit in

applicatione annoꝝ ſeptuaginta. ¶ Ca.ij.

BEgnāte cyro rege pſarū in ꝺſumma tione verbi ꝺñi in oze ieremie.ſuſcitauit ꝺñs ſpiritū cyri regis pſarū:et p̄dicauit in toto regno ſuo ſimul p ſcripturā ꝺicens. Hec ꝺicit cyrus rex pſarū. Me ꝺſtituit regem orbi terrarū ꝺñs iſrahel ꝺñs excelſus: et ſignificauit mihi edificare domū ſibi in ieruſalē que ē in iudea.Si q̄s eſt ex genere vr̄o:ꝺñs ip̄ius aſcēdat cū eo in ieruſalem. Quotq̄t ergo circa loca habitant adiuuent eos.qui ſunt in loco ip̄o in auro et argento. in substantijs cū equis et iumentis:cunctis alijs q̄ ſcōm vota apponunt in edē ꝺñi q̄ eſt in ieruſalē. Et ſtātes p̄ncipes tribuū pagoꝝ et iudee ex tribu beniamin et ſacerdotes et leuite.quos excitauit ꝺñs aſcēdere et edificare domū ꝺñi que eſt in ieruſalē:et q̄ erāt in circuitu eoꝝ adiuuerūt in omī auro et argēto eius et iumētis et votis q̄ꝫplurimis:multa quoꝝ ſenſus excitatus ē. Et cyrus rex ꝓtulit vaſa ſacra ꝺñi que trāſtulit nabuchodonoſor rex babilōis ex ieruſalē et ꝺſecrauit ea ydolo ſuo.Et ꝓferēs ea cyrus rex pſarū tradidit mitridato q̄ erat ſup theſauros ip̄ius.Per hunc aūt tradita ſunt ſalmanaſaro p̄ſidi iudee.Horū aūt hic numerus.Scibatozia argētea.duo milia q̄dringenta:athuſce argentee triginta:phiale auree triginta: itē argētee duo milia quadringente:et alia vaſa mille. Omnia aūt vaſa aurea et argētea quiq; milia octingētaſexaginta.Et enumerata ſūt ſalmanaſaro ſimul cū his q̄ ex captiuitate babilonie venerant in iero ſolimā. In artarxerxis aūt regis perſarū tp̄ibus. ſcripſerūt ei de his qui inhabitabāt in iudea et ieruſalē.balſamus et mitridatus et ſabellius.r ratbimus balthemus ſamelius ſcriba: et reliqui inhabitantes in ſamaria. et ceteris locis ſubiectā ep̄lam regi artarxerxi. Dñe puer tui ratbimus ab accedētibus.et ſabellius ſcriba:et reliqui curie tue iudices in celeuſiriā et phenicē. Et nunc notū ſit ꝺño regi: qm̄ iudei q̄ aſcenderūt a vobis ad nos veniētes in ieruſalem ciuitatē refugā et peſſimā edificāt furnos eius:et ſtatuūt muros.et templū ſuſcitant. Q3 ſi ciuitas iſta et mur ꝺſūmati fuerint.nō tantū tributa nō ſuſtinebūt pendere:ſed etiā regibus reſiſtēt. Et q̄d agit̄ circa templum:recte haberi arbitrati ſumus nō deſpicere hoc ip̄m.ſz notū facere ꝺño regi:ut ſi videbit̄ rex. querat̄ in libris patrū tuoꝝ: et inuenies in āmonitionibus ſcripta de his:ſcies qm̄ ciuitas iſta fuit refuga. et reges et ciuitates ꝺcutiēs:et iudei refuge et p̄lia cōmittētes i ea ab eterno:obquā cauſam ciuitas iſta ꝺeſerta ē.Nunc ergo notū facimus ꝺñe rex:qm̄ ſi ciuitas hec edificata fuerit et huius mur erecti fuerint:ꝺeſcēſus tibi nō erit in celeuſiriā.r phenicē. Tunc ſcripſit rex rathimo q̄ ſcribebat accedentia. et belthimo.r ſabellio ſcribe:et ceteris ꝺſtitutis.et inhabitātibus in ſiria et phenice eaque ſubiecta ſūt.Legi ep̄lam quā miſiſtis mihi. Precepi ergo inquirī: et inuentū eſt. qm̄ ciuitas illa ē ab euo regibus reſiſtens et hoīes refuge.et p̄lia in ea efficiētes:et reges fortiſſimi erāt in ieruſalē ꝺñantes.r tributa exigētes.a celeuſiria et phenice.Nūc ergo p̄cepi ꝓhibere hoīes illos edificare ciuitatē.et ꝓhibere ne q̄d vltra hec fiat: ſed nec ꝓcedāt in plurimū:ex qua ſunt malicie ita ut regibus moleſtia imporꝝt̄. ¶ Ca.iij.

NVnc recitatis his q̄ a rege artarxerxis ſcripta fuerant ratbimus et ſabellius ſcriba et q̄ cū his cōſtituti erāt iungētes feſtinanter venerūt in ieruſalē.cū equitatu et turba.et agmine:ceperūtq; edificātes ꝓhibere. Et vacabāt ab edificatione templi in ieruſalē:uſq; ſcōo anno regni darij regis perſarū.Rex darius fecit cenā magnā oībus vernaculis ſuis:et omnibus magiſtratibus medie.r p̄ſidis.r oībus purpuratis.et p̄tonibus.r ꝺſulib⁹ et p̄fectis ſub illo ab india uſq; ethiopiā:centū.r.xxvij.ginti ſeptē ꝓuinciis. Et cū māducaſſent.r bibiſſent.r ſaciati reuerterent̄.tūc darius rex aſcēdit i cubiculo ſuo et ꝺormiuit et expgefactus eſt. Tunc illi tres iuuenes corpis cuſtodes qui cuſtodiebant corpus regis: ꝺixerūt alter alteri. Dicamus vnuſquiſq; noſtrū ſermonē qui p̄cellat: et cuiuſcūq; apparuerit ſermo ſapiētior alterius:ꝺabit illi rex darius ꝺona magna.purpura cooptri. et in auro bibere et ſup aurū ꝺormire.et currum aureū freno.et cydarim

bissinā·et torquē circa collū: et scdo loco se
debit a dario ꝓpter sapiētiā suā: et cogna-
tus darij vocabit̄. Tunc scribentes singuli
suū verbū signauerunt: et posuerūt sub tus
ceruical darij regis: et dixerūt. Cūq; surrexe
rit rex dabimus illi scripta nr̄a: et q̊dcunq;
iudicauerit rex e tribus·et magistratus ꝑsi-
dis·qm̄ verbū eius sapiētius est: ipi dabit̄
victoria sic̄ scriptū est. Vnus scripsit·forte
est vinū. Alius scripsit·fortior ē rex. Terti-
us scripsit·fortiores sunt mulieres: sup oīa
aūt vincit veritas. Et cū surrexissz rex acce-
perunt scripta sua: et dederūt illi·et legit. Et
mittēs vocauit om̄s magistratus ꝑsarū·et
medos·et purpuratos·et p̄tores·ꝛ p̄fectos
et sederūt in ꝯcilio: et lecta sūt scripta corā
ipis. Et dixit. Vocate adolescētes·et ipi in
dicabūt verba sua. Et vocati sunt: et intro-
ierūt. Et dixit illis. Indicate nobis de his q̄
scripta sunt. Et cepit p̄or q̄ dixerat de forti
tudine vini. Et dixit. Viri quā p̄ualet vi-
nū omībus hoībus q̄ bibūt illud? Sedu-
cit mentē. Itēq; regis et orphani facit men-
tem vanā. Itē serui ac liberi pauꝑis ac diui
tis et oēm mentē ꝯuertit in securitatē·et io-
cunditatē: et nō meminit oēm tristitiā·ꝛ de-
bitū: et oīa p̄cordia facit honesta: et nō me
minit regē nec magistratū: et oīa ꝑ talenta
loq̄ facit. Et nō meminerūt cū biberint ami
ciciā nec fraternitatē. sed post nō multū su-
munt gladios: et cū a vino merserint·et sur
rexerint nō meminerūt que gesserūt. O viri
num p̄cellit vinū? Quis sic cogitat facere?

Et tacuit hoc dicto. ¶ Ca.iiij.

Et inchoauit sequēs dicere: qui dixit
de fortitudine regis. O viri: num p̄cellūt ho
mines·qui terrā ꝛ mare obtinēt·et omīa q̄
in eis sunt? Rex aūt sup oīa p̄cellit·et dn̄a
tur eorꝫ: et omne quodcūq; dixerit illis fa-
ciūt. Et si miserit illos ad bellatores: vadūt
et demolliūt mōtes et muros et turres. Iu-
gulant̄ ꝛ iugulāt: et regis verbū nō p̄tereūt
Nam si vicerint·afferūt regi omīa quecūq;
p̄dati fuerint. Similiter et alij oēs et quot-
quot nō militant nec pugnāt sed colunt ter
ram: rursum cū fuerint metētes afferunt tri-
buta regi. Et ipi vnus solus si dixerit occi-
dite·occidūt: dixerit remittite remittūt: dixe
rit·percutite·ꝑcutiūt: dixerit exterminate·ex
termināt: dixerit edificate edificant: dixerit
excidite·excidūt: dixerit plantate·plantant:
et omīs plebs et virtutes eū obaudiunt: et
sup hoc ipe recūbit·et bibit et dormit. Hi
aūt custodiūt in circuitu eū: et nō possunt ire
singuli et facere opa sua: sed in dicto abau
dientes sunt ei. Viri: quomodo nō p̄cellet
rex qui sic diffamat̄? Et tacuit. Tertius q̄
dixerat de mulieribus et veritate·hic ē zo-
robabel: cepit loqui. Viri: nō magnus rex·
et multi homīes: nec vinū p̄cellit. Quis est
ergo qui dominat̄ eorū? Nonne mulieres
genuerūt regem et omnē populū qui domi
natur mari et terre: et ex illis nati sunt·et ipe
educauerūt eos qui plantauerūt vineas ex
quibus vinū fit? Et ipe faciunt stolas oīm
hominū: et ipse faciūt gloriā homībus: et
nō possunt hoīes separari a mulieribus. Si
cōgregauerint aurū et argentū·et oēm rem
speciosam·et viderint mulierem vnā bono
habitu·et bona specie: oīa hec relinquētes
in eā intendūt·et aperto ore cōspiciūt: et eā
alliciūt magis q̄ aurū et argentū·et omnē
rem p̄ciosam. Homo suū patrē relinquit q̄
enutrijt illū et suā regionē: et ad mulierē se
ꝯiungit. Et cū muliere remittit aīam: et ne
q; patrē meminit·neq; matrē neq; regionē.
Et hinc oportet vos scire: qm̄ mulieres do
minant̄ vn̄. Nonne doletis? Et accipit ho-
mo gladiū suū·et vadit in viā facere furta
et homicidia et mare nauigare·ꝛ flumina:
et leonē videt et in tenebris ingredit̄: et cū
furtū fecerit et fraudes et rapinas·amabili
sue affert. Et iterū diligit homo vxorē suā
magis q̄ patrē aut matrē. Et multi demē-
tes facti sunt ꝓpter vxores suas: et serui fa-
cti sunt ꝓpter illas: et multi ꝑierūt et iugu-
lati sunt·et peccauerunt ꝓpter mulieres. Et
nūc credite mihi q2 magnus est rex in ꝑtāte
sua: qm̄ om̄es regiones verent̄ tangere eū.
Videbā tamē apemen filiā bezacis·mirifici
ꝯcubinā regis·sedentē iuxta regē ad dexte
ram: et auferentē diadema de capite eius·
et imponentē sibi: et palmis cedebat regē
de sinistra manu. Et sup hec aꝑto ore intue
bat̄ eā: et si arriserit ei ridet·nā si indignata
ei fuerit blandit̄. donec recōcilie t̄ in gratiā·

O vir: cur nō sunt fortiores mulieres? Magna est terra et excelsum est celū. Quis ista agit? Et tunc rex et purpurati intuebant in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. O vir: nōne fortes sūt mulieres? Magna est terra: et excelsum ē celū: et velox cursus solis uertit in gyro celū in locū suū in una die. Nonne magnificus est q̄ hec facit? Et veritas magna: et fortior p̄ oībus. Omīs terra veritatē inuocat: celū etiā ipam bñdicit: et omīa opa mouent̄ et tremūt eam: et nō est cum ea quicq̄ iniquū. Vinū iniquū: iniquus rex. Iniqui oīes filij hoīm: et iniqua illor̄ oīa opa: et nō est in ipis veritas Et in sua iniq̄tate pibunt: et veritas manet et inualescit in eternū: et viuit et optinet in secula seculor̄. Nec ē apud eā accipe psonas. neq̄ differentias: sed q̄ iusta sunt facit oībus iniustis ac malignis. et oēs benignant̄ in opibus eius. Et nō est in iudicio eius iniquū: sq̄ fortitudo. et regnū. et ptās. et maiestas oīm euor̄ū. Benedictus deus veritatis. Et desijt loquēdo. Et oīes ppl'i clamauerūt: et dixerūt. Magna ē veritas et p̄ualet. Tunc rex ait illi. Pete si q̄d vis amplius q̄ scripta sunt: et dabo tibi sc̄m q̄ inuētus es sapientior: et ꝓximus mihi sedebis: et cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi. Memor esto voti tui q̄ vouisti edificare ierusalem in die q̄ regnū accepisti. et oīa vasa q̄ accepta sunt ex ierusalē remittere: que sepauit cyrus q̄n mactauit babilonią. et voluit remittere ea ibi. Et tu vouisti edificare templū: q̄ incenderūt ydumei quando exterminata est iudea a chaldeis. Et nūc hoc est q̄ postulo dñe: et q̄ peto. hoc est maiestas a te q̄ postulo: ut facias votū q̄ vouisti regi celi ex ore tuo. Tunc surgens darius rex osculatus est illū: et scripsit epistolā ad oīes despēsatores. et p̄fectos. et purpuratos. ut deducerēt eū: et eos qui cū illo erāt. oīes ascendētes edificare ierusalē. Et oībus p̄fectis q̄ erāt in syria et phenice. et libano scripsit epistolas: ut traherent ligna cedrina a libano in ierusalē: ut edificarēt cū eis ciuitatē. Et scripsit omnibus iudeis q̄ ascendebāt a regno in iudeā ꝓ libertate: omnē potentē et magistratū et p̄fectū nō supuenire ad ianuas ipsor̄: et omnē regionē quā optinuerāt esse immunē eis: et ydumei relinquēt castella q̄ optinent iudeor̄: et instructurā templi dare per singulos annos talenta viginti vsq̄ dum perficiaret̄: et sup sacrariū holocausto mata vstilare quotidie sic habent p̄ceptū: alia talēta decē offerre p singulos ānos: et omibus qui ꝓcedūt a babilonia cōdere ciuitatē: ut esset libertas tā ipis q̄ filijs eor̄: et oībus sacerdotibus qui p̄cedūt. Scripsit aūt et quātitatē. et sacrā stolā iussit dari in qua deseruirent: et leuitis scripsit dare p̄cepta vsq̄ in diē qua dom̄abit̄ domus et ierusalē extruet̄: et oībus custodiētibus ciuitatē scripsit dare ei sortes et stipendia. Et dimisit oīa vasa q̄ separauerat cyrus a babilonia: et oīa quecūq̄ dixit cyrus et ipse p̄cepit fieri: et mitti ierusalē. Et cum ꝓcessisset ille adolescens. eleuās facie in ierusalē: benedixit regem celi et dixit. Abste est victoria: et abste ē sapiētia. et claritas Et ego seruus tuus sum. Benedictus es. qui dedisti mihi sapientiā: et tibi confitebor dñe deus patrū nr̄or̄. Et accepit epl'as: et ꝓfectus est in babiloniā. Et venit et nūciauit fratribus suis oībus q̄ fuerūt in babilonia et bñdixerūt deū p̄m suor̄. qm̄ dedit illis remissionē. et refrigeriū. ut ascenderēt. et edificarent ierusalē et templū vbi nominatū est nomen eius in ipo: et exultauerunt cū musicis et letitia diebus septē.

Ca. v.

POst hec aūt electi sunt vt ascenderēt p̄ncipes pagor̄ p domus p tribus suas: et vxores illor̄. et filij et filie eor̄ū. et serui et ancille ipor̄. et pecora illor̄. Et darius rex misit vna cū eis equites mille donec deducerēt eos in ierusalē cū pace et cū musicis et cū tympanis et tibijs: et oīes fratres erāt ludētes: et fecit eos ascendere simul cū eis. Et hec sunt noīa viror̄ q̄ ascenderūt p pagos suos i tribus et in ptē p̄ncipatus ipor̄ Sacerdotes: filij phinees. filij aarō. iesus filius iosedech: ioachim filius zorobabel filij salathiel de domo dauid. ex ꝓgenie phares. tribu aūt iuda: q̄ locutus est sub dario rege persarū sermones mirificos in secundo anno regni ipius mense nisan primo. Sunt

Ne, 3

autē hi qui aſcenderūt ex iudea de captiui
tate trāſmigratiōis: quos trāſmigrauit na-
buchodonoſor rex babilonie in babilonē.
et reuerſus ē in ieruſalē. Et requiſierunt partē
iudee vnuſquiſq; ciuitatē ſuā qui venerūt
cū zorobabel. et iheſu: neemiaſ. areores. eh-
meo. emmanio. mardochēo. beelſuro. mech-
pſatochor. oheo. emonia. vnus de p̄ncipi
bus eor: et numerus a gentilibus eor ex
p̄poſitus eor. Filij phares: duo milia centū
ſeptuaginta duo. Filij ares: tria milia q̄n-
gintaſeptē. Filij femo: centū quadraginta-
duo. In filijs iheſu. et ioabes. mille trecentu-
duo. Filij bemui: duo milia quadringētiſe-
ptuaginta. Filij chorzaba: ducētiq̄nq;. Filij
banica: centūſexagintaocto. Filij bebech: q̄
dringentitres. Filij archad: quadringētiui-
ginſeptē. Filij chan: triginta ſeptē. Filij zo-
roar: duo milia ſexagintaſeptē. Filij admu
q̄dringentiſexagintaunus. Filij aderectis:
centūocto. Filij caſo et zelas: centūſeptē.
Filij azorioc: q̄dringentitriginta nouē. Filij
iedarbone: centūtriginta duo. Filij ananie:
centūtriginta. Filij aſoni. Filij marſar: qua
dringentiuigintiduo. Filij zabarus: nona-
ginta quinq;. Filij ſepolemon: centūuigin-
tres. Filij nepopas: quinquaginta quinq;.
Filij bechanatus: centū quīquaginta octo.
Filij ceberbamus: centumtriginta duo. Filij
crearpatros: qui enocadies ⁊ modie: q̄drin
gentiuigintitres. Qui ex gramaſ. et gabea:
centūuigintiunus. Qui ex beſſelon. et ceag-
ge: ſexaginta quinq;. Qui ex baſtro: centūui
gintiduo. Qui ex bechenobes: quīquagin-
ta quinq;. Filij hiptis: centū quinquaginta-
quinq;. Filij labonni: trecenti quīquaginta-
ſeptē. Filij ſichem: trecētiſeptuaginta. Filij
ſuadon ⁊ chomus: trecētiſeptuaginta octo
Filij encus: duo milia centū quadraginta-
quinq;. Filij anaas: trecentiſeptuaginta. Sa
cerdotes. Filij ieddus. filij eutber. filij eha-
ſib. trecētiſeptuaginta duo. Filij emerus: du
centiquīquaginta duo. Filij faſurij: trecenti
quīquagintaſeptē. Filij caree: ducētiuigin
tiſeptē. Leuite. Filij iheſu in cadubel. et ba
mis. et ſerebiaſ. et echas: ſeptuaginta qua-
tuor. Omīs numerus. a duodecimo anno:
triginta milia quadringentiſexaginta duo.

Filij et filie. et vxores. omīs cōputatio: q̄
draginta milia ducētiq̄dragintaduo. Filij
ſacerdotū q̄ pſallebāt in tēplo. Filij aſaph
centūuigintiocto. Oſtiarij vero. Filij eſmē
ni. filij azer. filij amon. filij accuba. topa. filij
tobi: oīes centūtriginta nouē. Sacerdotes
ſeruiētes in templo. Filij ſel. filij gaſpha. filij
tabloch. filij care. filij ſu. filij bellu. filij laba-
na. filij armacha. filij accub. filij vtha. filij ce
tha. filij aggab. filij obai. filij anani. filij can
na. filij geddu. filij an. filij radin. filij deſan ō
filij nachoba. filij caſeba. filij gaze. filij ozni
filij ſinone. filij attre. filij haſten. filij aſiana.
filij manei. filij naſiſmi. filij accuſu. filij agi-
ſta. filij azuī. filij fauon. filij faſalon. filij me
edda. filij fuſa. filij caree. filij barcus. filij ſa-
ree. filij coeſi. filij naſith. filij agſti. filij pedō
Salomon filij eius. Filij aſophot. filij pha-
zida. filij celi. filij dedon. filij gaddabel. filij
ſephegi. filij aggia. filij ſachareth. filij ſaba-
then. filij caronetg. filij malſith. filij ame. fi-
lij ſaſus. filij addus. filij ſuba. filij eura. filij
rabotis. filij phaſphat. filij malmon. Oīes
ſacro ſeruientes. et puer ſalomonis: q̄drin
gentioctogintaduo. Hi ſunt filij qui aſcen
derūt a chermel et therſa. p̄ncipes eor: car-
mellam. et careth. et nō poterāt edicere ciui
tates ſuas. et ꝓgenies: quem admodū ſint
ex iſrl: filij dalan. filij tubal. filij nechodaici.
ex ſacerdotibus qui fungebant ſacerdotio
et nō ſunt inuēti: filij obya. filij achiſos. filij
addin: qui accepit vxorē ex filiabus phar-
geleu et vocati ſunt nomine eius. Et horū
queſita ē genens ſcripta impedatura et nō
eſt inuēta: et ꝓhibiti ſunt ſacerdotio fungi.
Et dixit illis neemias. et aſtharas ne parti
capent ſancta: donec ſurgat pōtifex doctus
in oſtenſionē et ventatē. Omīs aūt iſrahel
erat duodecim milia: exceptis ſeruis et an
cillis q̄draginta milia trecētiquadraginta.
Serui horū et ancille. ſeptē milia trecētitri-
gintaſeptē: cantores et cantatrices. ducenti
ſexaginta quinq;. Cameli quadringētitrigin
taquinq;. equi ſeptē milia triginta ſex. muli
ducenta milia quadraginta quinq;. ſubiu-
galia quinq; milia vigintiquinq;. Et de p̄-
poſitis ipis p pagos. dum veniret in tem-
plum dñi qđ erat in ieruſalem: inmouare et

ſuſcitare templū in loco ſuo ſcōm ſuā virtu
tē·et dari in templū theſaurū operū ſacrum·
auri mīnaſ duodecim milia·et ſtolas ſacer
dotales centū·Et habitaueſt ſacerdoteſ et
leuite·et q̄ exierant de plebe in ieruſalē et in
regione:et ſacri cātores·et oſtiarij·et omīs
iſrl'·in regiōibus ſuis·Inſtante aūt ſeptimo
menſe·Cumq; eſſent filij iſrl' vnuſquiſq; in
ſuis rebus:ꝺuenerūt vnanimes i atriū qꝺ
erat ante ianuā orientalē·Et ſtantes ieſus
filius iozedech·et fratreſ eius ſacerdoteſ·et
zorobabel filius ſalathiel·et huius ffes pa
rauerunt altare: ut offerēt ſup illud olocau
ſtomata ſcōm que in libro moſi hois dei
ſcripta ſunt·Et ꝺuenerūt ſibi ex alijs natio-
nibus terre·et erexerunt ſacrariū in loco ſuo
oīes gentes terre:et offerebant hoſtias et
olocauſtomata dño matutina· Et egerunt
ſceno phegia·et die ſollēnē ſicut p̄ceptū eſt
in lege·et ſacrificia quotidie ſic oportebat:
et poſt hec oblationes inſtitutas·et hoſtias
ſabbatorū·i neomeniarū·et dierū ſollenniū
oīm ſanctificatorū· Et quotquot vouebāt
dño a neomenia ſeptimi mēſis·ceperūt ho
ſtias offerre deo:et templū dñi nondū erat
edificatū·Et dederūt pecuniā lapidarijs·et
fabris:et potū et pabula cū gaudio·Et de
derunt carra ſydonijs et tyrijs· ut tranſue-
herent illis de libano trabes cedrinas et fa-
cerent rates in ioppe porrum:ſcōm decretū
qꝺ ſcriptū erat eis a cyro rege pſarū·Et in
ſecundo anno veniētes in templū dei in ie
ruſalem· menſe ſecundo inchoauit zorobā-
bel filius ſalathiel· et ieſus filius iozedech·
et fratres ipſorū·et ſacerdotes et leuite·et
omnes qui aduenerāt de captiuitate in ie-
ruſalē:et fundauerūt templū dei· nouilunio
ſecundi menſis ſcōi anni cū veniſſent in iu-
deam et ieruſalē· Et ſtatuerūt leuitas a vi-
ginti annis ſup opera dñi·Et ſtetit ieſus et
filius eius et fratres·oīes leuite: ꝺſpirātes
et executores legis·facientes opera in domo
dñi·Et ſteterūt ſacerdotes habētes ſtolas
cū tubis:et leuite filij aſaph habētes cym-
bala·collaudantes dñm et benedicētes ſe-
cundū dauid regē iſrahel· Et cantabāt can
ticum dño: quoniā dulcedo eius et honor
in ſecula ſup omnē iſrahel·Et omis ppl'us
tuba cecinerunt:et ꝓclamauerūt voce ma-
gna:collaudantes dñm in ſuſcitatione do-
mus dñi· Et venerūt ex ſacerdotibus et le
uitis et p̄ſidentibus ſcōm pagos· ſeniori-
bus qui viderāt priſtinā domū:et ad hu-
ius edificationē cū clamore et planctu ma-
gno· et multi cum tubis et gaudio magno:
intantum vt ppl'us nō audiret tubas ꝓpter
planctū ppl'i· Turba enī erat tubis canens
magnifice:ita vt longe audireť·Et audie-
runt inimici tribus iude et beniamin:et ve-
nerunt ſcire que eſſet vox tubarū·Et cogno-
uerunt: qm̄ qui erāt ex captiuitate edificāt
templū dño deo iſrahel· Et accedentes ad
zorobabel· et ieſum et p̄positos pagorū di-
xerunt eis· Edificabimus vna vobiſcum·
Similiter enī audiuim⁹ dominū noſtrū:et
ip̄i pariter incedimus a diebus aſbaſareth
regis aſſyrioꝝ:qui tranſmigrauit nos huc·
Et dixit illis zorobabel et ieſus et p̄ncipes
pagorū iſrahel· Non ē nobis et vobis edi-
ficare domū deo noſtro· Nos enī ſoli edifi-
cabimus dño iſrahel: ſcōm ea q̄ p̄cepit no
bis cyrus rex pſarū· Gentes aūt terre incu
bantes bis q̄ ſunt in iudea·et leuātes opus
edificatiōis et inſidias et ppl'os adducētes
ꝓhibebāt eos edificare:· et aggreſſuras ex-
ercentes impedierūt ne ꝺſummareť edificiū
omi tpe vite cyri regis:et ꝓtraxeť ſtructu
rā p biennīū uſq; ad darij regnū· ¶ Ca·vi·

IN ſecūdo aūt anno regni darij ꝓphe-
tauit aggeus et zacharias filius ad-
din ꝓphete apud iudeā et ieruſalē:in nōie
dei iſrahel ſup eos· Tunc ſtans zorobabel
filius ſalathiel·et ieſus filius iozedech: in-
choauerūt edificare domū dñi q̄ eſt in ieru
ſalem: cū adeſſent eis ꝓphete dñi et adiu-
uarēt eos· In ipō tēpore venit ad eos ſyſen
nes ſubregulus ſyrie et phenices·et ſatrabo
ranes et ſodales eius:et dixerunt eis·Quo
p̄cipiente vobis domū hanc edificare: et
tectū iſtud et alia oīa p̄ficitis? Et q̄ ſunt
ſtructores qui hec edificant? Et habuerūt
gratiā viſitatione facta ſup eos qui erant
ex captiuitate a domino ſeniores iudeorū:
et nō ſunt impediti edificare donec ſignifica
reť dario de oībus iſtis:et reſpōſum ac-
cipereť· Exemplū epl'e quā miſerunt dario·

Syſennes ſubꝛegulus ſyꝛie et phenices. et ſatrabozanes. et ſodales eius: in ſyꝛia ⁊ phꝛ
nice p̄ſides: regi dario ſalutē. Omnia nota ſint dño regi: qꝝ cum aduenissemus in regio
nē iudee. et introissemus in ieruſalē. inueni
mus edificātes domū dei magnā ⁊ templū
ex lapidib⁹ politis ⁊ magnis. et p̄cioſis ma
teꝛijs in panetibus. et opa illa instāter fieri
et ſuffragare et ꝓſperare in manibus eoꝝ.
et in oi gloꝛia q̄ꝝ diligētissime pfici. Tunc
interrogauimus seniozes dicentes. Quo p-
mittēte vobis edificatis domū istā: et opa
hec fundatis? Ideo aūt interrogauimus: ut
notū faceremus tibi homines et ꝓpositos:
et nominū ſcꝛipturam ꝓpositoꝛū postulaui-
mus illos. At illi respōderūt nobis dicētes
Nos ſumus ſerui dñi qui fecit celū et terrā:
et edificabaī hec domus ante annos istos
multos a rege israhel magno et foꝛtissimo:
et ꝯſummata est. Et quoniā patres nostri
exacerbantes erāt et peccauerūt in deū isra-
hel. tradidit eos in manus nabuchodono-
ſoꝛ regis babilonie. regis chaldeoꝛū: et do
mū istam demolētes incenderunt: et ꝓp'm
captiuū duxerūt in babilonē. In p̄mo an-
no regnāte cyro rege babilonie ſcripſit cy-
rus rex domū hāc edificare: et illa ſacra va
ſa aurea et argentea q̄ extulerat nabuch o-
donoſoꝛ de domo que est in ieruſalē. et cō
ſecrauerat ea in ſuo templo. rurſus pꝛotulit
ea cyrus rex de templo qđ erat in babilo-
nia. et tradita ſunt zoꝛobabel et ſalmanaſa
ro ſubꝛegulo. Et p̄ceptū est eis vt offerrent
hec vaſa. et reponerēt in templo qđ erat in
ieruſalē: et ip̄m templū dei edificare in loco
ſuo. Tunc ſalmanaſarus ſubiecit fundamē
ta domus dñi que est in ieruſalē. et exinde
vſq; nūc edificatur: et nō accepit ꝯſummā
tionē. Nunc ergo ſi iudicaī a te o rex. pqui
ratur in regalibus bibliothecis cyri regis q̄
ſunt in babilonia: et ſi inuentū fuerit ꝯſilio
cyri regis ceptā esse ſtructurā domus dñi
que est in ieruſalem. et iudicaī a dño rege
noſtro: ſcribat de his nobis. Tunc rex dari-
us p̄cepit inquiri in bibliothecis. et inuen-
tus est in egbathanis opido qđ ē in media
regione locus vnus in qua ſcripta erāt ista
Anno p̄mo regnāte cyro rex cyrus p̄cepit
domū domini que est in ieruſalē edificare.
vbi incēdebāt igni aſſiduo: cuius altitudo
ſit cubitoꝛū decē et latitudo cubitoꝛū ſexa-
ginta quadratū lapidibus politis tribus. et
meniano ligneo eiuſdē regionis. et menia-
no vno nouo: et impēdia dari de domo cy
ri regis: et ſacra vaſa domus dñi tā aurea
q̄ꝝ argentea que extulit nabuchodonoſoꝛ:
in domū domini q̄ est in ieruſalē vbi erant
posita: ut ponanī illic. Et p̄cepit curā age-
re ſyſennē ſubꝛegulum ſyꝛie et phenices. et
zatrabuzannā et ſodales eius. et qui oꝛdi-
nati erāt in ſyꝛia et phenice pꝛesides. ut ab
ſtinerent ſe ab eodē loco. Et ego q̄ꝝ p̄cepi
in totū edificare: et ꝓſpexi vt adiuuēt eos
qui ſunt ex captiuitate iudeoꝛū donec con
ſummeī templū edis dñi: et a vexatiōe tri
butoꝛū ſyꝛie ceㄥes. et phenice. diligēter quā
titatē dari his hominibus ad ſacrificiū dñi
zoꝛobabel p̄fecto ad thauros et arietes et
agnos: ſimiliter aūt et frumentū et ſal et vi
nū et oleū inſtanter p ſingulos annos. ꝓut
ſacerdotes qui ſunt in ieruſalē dictauerunt
ꝯſumi quotidie ſine vlla dilatiōe: ut offe-
ranī libatiōes ſummo deo ꝓpꝛege et pueris
eius. et oꝛēt ꝓ ip̄oꝝ vita. Et denūcieī: ut q̄
cunq; trāgreſſi fuerint aliq̄d ex his que ſcri
pta ſunt. aut ſpꝛeuerint. accipiatur lignū de
ſuis ꝓpꝛijs. et ſuſpēdanī: et bona ip̄oꝝ re-
gi aſcribanī. Pꝛopterea ⁊ dñs cuius nomē
inuocatū est ibi. exterminet oēm regē et gē
tem. qui manū ſuā extendent ꝓhibere aut
male tractare domū dñi illā que est in ie-
ruſalem. Ego darius rex decreui q̄ꝝ diligen
tiſſime ſecundū hec fieri. ¶ Ca. vij.

NVnc ſyſennes ſubꝛegulus celeuſyꝛie
et phenices. et zatrabuzanes et ſodales ob
ſecuti his q̄ a dario rege erāt decreta. inſi-
ſtebant ſacroſanctis opꝛibus diligētissime
cooperātes cū seniozibus iudeoꝛū p̄ncipi-
bus ſyꝛie: et ꝓſperata ſunt ſacroſcā opera
ꝓpheīātibus aggeo ⁊ zacharia ꝓpheīs. Et
ꝯſummauerūt oīa p p̄ceptū dñi dei iſrl': et
ex ꝯſilio cyri et darij. et artaxerxis regis p-
ſarū. Et ꝯſummata ē domus nīa vſq; ad
tertiā et vicesimā diem menſis adar: ſexto
anno darij regis. Et fecerūt filij iſrl'. et ſacer
dotes. et leuīte. et ceteri q̄ erant ex captiui-

tate qui appositi sunt: scdm ea q̄ scripta sūt
in libro moisi. Et obtulerūt in dedicationē
templi dñi thauros centum. arietes ducētos
agnos q̄dringētos: et edos ꝓ peccatis vni
uersi israhel duodecim: secūdū numerū tri-
buū israhel. Et steterūt sacerdotes et leuite
amicti stolis ꝑ tribus sup opa dñi dei isrl.
scdm librū moisi: et ostiarij ꝑ singulas ia-
nuas. Et egerūt filij israhel cū his q̄ erāt ex
captiuitate illd phase quartadecima luna
mensis p̄mi. qñ sanctificati sunt sacerdotes
et leuite. Om̄es filij captiuitatis nō sunt sil
sanctificati: q2 leuite om̄es simul sanctifica
ti sunt. Et immolauerūt phase vniuersi filij
captiuitatis: et fratribus suis sacerdotibus
et sibimetipis. Et manducauerūt filij isrl q̄
erāt ex captiuitate om̄es qui remāserāt ab
omibus execratiōibus gentiū terre. querē
tes dñm: et celebrauerūt diē festū azimoꝝ
septē diebus. epulātes in ꝯspectu dñi. qm̄
ꝯuertit ꝯsiliū regis assyrioꝝ in eos: ꝯforta
re manus eoꝝ ad opa dñi dei isrl. Et post
hūc regnāte artarxerxe ꝑsarū rege. accessit
esdras filius azarie. filij helchie. filij solome
filij sadoch. filij achitob. filij ameri. filij aza
hei. filij bocci. filij abysue. filij phinees. filij
eleazari. filij aaron p̄mi sacerdotis: hic es-
dras ascēdit de babilonia. cū esset scriba et
ingeniosus in lege moisi que data ē a dño
israhel: docere et facere. Et dedit ei rex glo-
riam. q̄ inuenisset gratiā in omi dignitate
et desiderio in ꝯspectu eius. Et ascenderūt
simul cū ipo ex filijs israhel. et sacerdotibus
et leuitis. et sacris cantoribus tēpli: et ostia
rijs. et seruis templi in ierusalē. Anno septi-
mo regnāte artarxerxe in quinto mense: hic
annus septimus est regni: exeūtes de babi
lonia nouilunio quīti mensis venerūt iero-
solimā iuxta p̄ceptū illius: scdm ꝓsperita-
tē itineris a dño ipoꝝ datā eis. In his enī
esdras magnā disciplinā obtinebat ne pre
termitteret quicq̄ eoꝝ q̄ essent ex lege dñi
et p̄ceptis: et docēdo vniuersum isrl omnē
iustitiā et iudiciū. Accedentes aūt qui scri
bebant scripta artarxerxis regis. tradiderūt
scriptum qd obuenerat ab artarxerxe rege.
ad esdrā sacerdotē et lectorē legis dñi: cu-
ius exemplū subiectū est. ¶ Ca. viij.

Rex artarxerxes esdre sacerdoti ⁊ lecto
ri legis dñi salutē. Humanior ego iu
dicans in beneficijs. precepi eis qui deside-
rant ex gente iudeoꝝ sua sponte. et ex sacer
dotibus et leuitis qui sunt in regno meo: co
mitari tecū in ierusalē. Si q̄ ergo cupiunt ire
tecū ꝯueniāt et ꝓficiscant̄ sic placuit mihi.
et septē amicis meis ꝯsiliarijs: ut visitēt ea
que agunt̄ scdm iudeā et ierusalē obseruā
tes sicut habes in lege dñi: et ferāt munera
dño israhel. que voui ego et amici ierusalē
et omne aurū et argentū quod inuentū fue
rit in regione babilonie. dño in ierusalē cū
illo quod est donatū ꝓ ipa gente in templū
domini eoꝝ qd est in ierusalē: ut colligatur
hoc aurū et argentū ad thauros et arietes.
et agnos et edos. et q̄ sunt congruentia: vt
offerant hostias dño sup altare dñi ipsoꝝ
quod est in ierusalē. Et omnia quecūq3 vo
lueris cum fratribus tuis facere auro et ar-
gento. perfice ꝓ voluntate tua scdm p̄ceptū
domini dei tui: et sacrosancta vasa que da
ta sunt tibi ad opa domus dñi dei tui qui
est in ierusalē. et cetera quecūq3 tibi subue
nerint ad opera templi dei tui dabis de re-
gali gazophilatio: cū volueris cū fratribus
tuis facere auro et argento ꝑfice scdm vo-
luntatē dñi. Et ego quidē rex artarxerxes
p̄cepi custodibus thesauroꝝ syrie et phe-
nicis: ut quecūq3 scripserit esdras sacerdos.
et lector legis dñi. diligenter detur ei vsq3
ad argenti talenta centū. similiter et auri: et
vsq3 ad frumēti modios centū. et vini am-
phoras centū: et alia q̄cunq3 abundāt sine
taxatione. Omnia scdm legē dei fiant deo
altissimo: ne forte exurgat ira in regno regis
et filij et filioꝝ eius. Vobis aūt dicit̄. ut oī
bus sacerdotibus et leuitis ⁊ sacris cātori
bus et seruis tēpli et scribis tēpli huius nul
lum tributū neq3 vlla alia indictio irroget̄:
nec habeat quisq3 ꝑtātē obicere eis quicq3
Tu autē esdras scdm sapientiā dei ꝯstitue
iudices et arbitros in tota syria et phenice.
et om̄es qui legē dei tui nō nouerūt doce:
ut quotquot trangressi fuerint legē diligē-
ter plectantur: siue morte. siue cruciatu. siue
etiam pecunie mulctatione. vel abductiōe.
Et dixit esdras scriba. benedictus dominus

patrū nostroꝝ·qui dedit hanc voluntatē·in cor regis clarificare domū suā que est in ie rusalē:et me honorificauit in ꝯspectu regis et ꝯsiliarioꝝ et amicoꝝ eius·et purpurato rū eius: et ego ꝯstās aīo factus sum scōm opitulationē dñi dei mei· Et cōgregaui ex israhel viros:ut simul ascenderēt mecū· Et hi sunt ꝓpositi scōm suas patrias et principatus portionales eoꝝ q̄ mecū ascenderūt de babilonia:in regno artarxerxis· Ex filiis phares:gersomus· Ex filiis thamar:amenus· Filioꝝ dauid:accus filius sechenie· Ex filiis phares·et zacharias:et cum eo reuersi sunt viri centū quinq̄ginta· Ex filiis ductoris moabihonis zaraei:et cū ipo viri ducēti quinquaginta· Ex filiis zacues iechonias zechoeli:et cū ipo viri ducēti q̄n quaginta· Ex filiis sala maasias gothonie: et cū ipso viri septuaginta· Ex filiis saphacie·zarias micheli:et cum ipo viri octoginta· Ex filiis ioab abdias iehieli:et cū ipo viri ducēti duodecim· Ex filiis banie salimoth filius iosaphie:et cū ipo viri centū sexaginta· Ex filiis beer·zacharias bebei:et cū ipo viri ducēti octo· Ex filiis ezead iohannes acechan:et cū ipo viri centū decē· Ex filiis adonicham ipis postremis:et hec sunt nomīa eoꝝ eliphalam filius gebel et semeias:et cū ipo viri septuaginta· Et cōgregaui eos ad fluuiū qui dicitur thoia·et mechabi:illic fuimus triduo:et recognoui eos· Et ex filiis sacerdotū et leuitarū nō inueni illic· Et misi ad eleazarā et ecelom·et masman·et maloban·et enaathā·et samea·et iozibū nathan·enuagan·zachanā·et mosollamū:ipsos ductores et peritos· Et dixi eis·ut venirēt ad luddeum cui erat apud locū gazophilacij· Et mādaui eis vt dicerēt luddeo·et fratribus eius et illis qui erant in gazophilacio: vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo dñi dei nostri· Et adduxerunt nobis secundū manū validā domini dei nostri viros peritos·ex filiis mooli·filij leui·filij israhel·sebebian·et filios et fratres qui erāt decē et octo·asebiam et amin·ex filiis filioꝝ chananei:et filij eoꝝ viri viginti· Et ex his qui in templo seruiebāt quos dedit dauid· et ipsi ꝓncipes ad operationem leuitis templo seruientium:ducentiviginti· Omīa nomīa significata sunt in scripturis· Et vocaui illic ieiunium iuuenibus in ꝯspectu domini: vt quererē ab eo bonū iter nobis et qui nobiscum erāt et filiis et pecoribus ꝓpter insidias· Erubui enī petere a rege pedites·et equites in comitatu tutele gratia:cōtra aduersarios nostros· Diximus enī regi: quoniā virtus dñi erit cū eis· qui inquirūt eū in omī affectu· Et iterū deprecati sumus dñm deū nostrū scōm hec:quē·et ꝓpiciū habuimus:et cōpotes facti sumus deo nostro· Et sepaui ex plebis ꝓpositis·et sacerdotib⁹ templi viros duodeci:et sedebian·et asannan·et cū eis ex fratribus eoꝝ viros decē· Et appēdi eis aurū·et argentū·et vasa sacerdotalia domus dei nr̄i:que donauerat rex· et ꝯsiliarij eius·et ꝓncipes·et omis isrl'· Et cū appendissem·tradidi argenti talenta centū quinquaginta·et vasa argētea talentoꝝ cētū·et auri talenta centū: et vasoꝝ aureoꝝ septies viginti: et vasa erea de bono eramēto splendētia duodecim·auri speciē reddentia· Et dixi eis·Et vos sancti estis dño et vasa sunt sancta:et aurū et argentū votū est dño deo patrū nr̄oꝝ· Vigilate et custodite donec tradatis ex plebis ꝓpositis·et sacerdotibus·et leuitis et ꝓncipibus cuiustū isrl' in ierusalē: in pastoforio domus dei nostri· Et hi q̄ susceperūt sacerdotes et leuite aurū et argentū·et vasa intulerūt in ierusalem in templū dñi· Et ꝓmouimus a fluuio thoia die duodecima mēsis ꝓmi:usque quo introiuimus in ierusalē· Et cū fcūs fuisset tertius dies:quarta aūt die ponderatū aurū et argentū tradituū est in domo dñi dei nr̄i·marimoth filio iozi sacerdoti:et cū ipo erat eleazar filius finees·et erant cū ipis iozadus filius ihesu·et mediasi·et banni filius leuite:ad numerū et ad pondus vniuersa· Et scriptū est pōdus ipoꝝ eadē hora· Qui autē venerūt ex captiuitate obtulerūt sacrificiū dño israhel thauros duodecim ꝓ omni israhel·arietes octoginta sex·agnos septuaginta duos· hircos ꝓ peccato duodecim· et ꝓ salute vaccas duodecim:omīa in sacrificiū dñi· Et relegerūt p̄cepta regis regalibus dispēsatoribus:·et subregulis celesyrie

et phenicis: et honorificauerūt gentē et tē-
plum dñi. Et ꝯsummatis his accesserūt ad
me ꝓpositi dicentes. Non segregauerūt ge-
nus israhel et ꝑncipes et sacerdotes. et leui
te. et alienigene gentes et nationes terre im
mūdicias suas: a chananeis ⁊ etheis. et phe
rezeis. et iebuseis. et moabitis. et egiptiis.
et ydumeis. Coniūcti enī sūt filiabus eoꝝ
et ipi et filij eoꝝ: et mixtū ē semē scm̄ alie
nigenis gentibus terre: et ꝑticipes erāt ꝓpo
siti et magistratus iniq̄tatis eius ab inicio
ipius regni. Et mox vt audiui ista cōscidi
vestimēta et sacrā tunicā: et lacerās capil
los capitis. et barbam. sedi dolēs et mestus.
Et cōuenerūt quotquot tūc mouebant̄ in
verbo dñi dei israhel ad me lugentē sup ini
quitatē istā: et sedebā tristis. usq; ad vesper
tinū sacrificiū. Et surgēs a ieiunio conscissa
habens vestimēta. et sacrā tunicā: ingeni-
culās. et extendēs manus ad dñm dicebā.
Domine ꝯfusus sum: et reueritus sum ante
faciē tuā. Peccata enī nr̄a multiplicata sunt
sup capita nostra: et iniquitates nostre ex-
altate sunt vsq; ad celū: quoniā a tpibus
patrū nr̄oꝝ sumus in magno peccato. vsq;
ad diem hunc. Et ꝓpter peccata nostra et
patrū nostroꝝ sumus traditi cū fratribus
nostris. et cū sacerdotibus nostris. regibus
terre in gladiū ⁊ captiuitatē et depdationē
cū ꝯfusione: usq; ad hodiernū diē. Et nunc
q̄ꝫtum est q̄ ꝯtigit nobis misericordia abs
te dñe deus: et derelinque nobis radicē. et
nomē in locū sanctificationis tue. detegere
luminare nostrū in domo dñi dei nostri: da
re nobis cibū in omī tempore seruitutis no
stre. Et cū seruiremus nō fuimus derelicti a
dño deo nostro: sz ꝯstituit nos in gratia. po-
nens nobis reges ꝑsarū dare cibū. et clari-
ficare templū dñi dei nostri. et edificare de-
serta syon: dare nobis stabilitatē in iudea
et ierusalē. Et nūc quid dicimus dñe habē
tes hec? Trangressi enī sumus ꝑcepta tua:
que dedisti in manus pueroꝝ tuoꝝ ꝓphe-
tarū dicēs. Quoniā terra in quā introistis
possidere hereditatē eius terra polluta ē co-
inquinationibus alienigenarū terre: et im-
mundicie illoꝝ repleuerūt eam tota immū
dicia sua. Et nunc filias vestras nō cōiun-
getis filijs eoꝝ. et filias eoꝝ nō accipietis
filijs vestris: et nō inquiretis pacem habere
cū illis omī tēpore: ut inualescētes māduc-
cetis optima terre. et hereditatē distribua-
tis filijs vestris usq; in euū. Et que ꝯtingūt
nobis omīa fiunt ꝓpter opa nr̄a maligna:
et magna peccata nostra. Et dedisti nobis
talē radicē: et rursum reuersi sumus trāsgre
di legittima tua: vti cōmisceremur. immun
dicie alienigenarū gentiū terre huius. Nō-
ne irasceris nobis ꝑdere nos. quoadusq; nō
relinquat̄ radix. et nomē nr̄m? Domine de
us israhel verax es. Derelicta est enī radix
vsq; in hodiernū diem. Ecce nūc sumus in
ꝯspectu tuo in iniq̄tatibus nostris. Non est
enī adhuc stare ante te in his. Et cū adorā
do cōfiteretur esdras flens humi ꝓstratus
ante templū: cōgregati sunt ante eū ex ieru-
salem turba magna valde viri et mulieres
et iuuenes et iuuēcule. Fletus enī erat ma-
gnus in ipa multitudine. Et cum clamasset
iechonias ieheli ex filijs israhel: dixit esdre.
Nos in dñm peccauimus: q̄ collocauimus
nobis ī matrimoniū mulieres alienigenas
ex gentibus terre. Et nūc es sup omnē isrl̄.
In his ergo sit iusiurādum a dño expellere
om̄es vxores nr̄as que ex alienigenis sunt
cū filijs earū. Sicut tibi decretū est a maio-
ribus scd̄m legē dñi exurgēs explica: ad te
enī spectat negociū: et nos tecū sumus. Vi-
riliter fac. Et exurgēs esdras adiurauit ꝑnci
pes sacerdotū. et leuitas et omnē israhel fa
cere scd̄m hec: et iurauerunt. ¶ Ca. ix.

ET exurgens esdras ab ante atriū tem
pli abijt in pastoforiū ionathe filij na
sabi: et hospitatus illic nō gustauit panem
nec aquā bibit. sup iniq̄tatē multitudinis.
Et facta est ꝑdicatio in omī iudea. et in ie-
rusalē omībus q̄ erāt ex captiuitate in ieru
salē cōgregati: ut quicūq; nō occurrerit bi-
duo vel triduo diei scd̄m iudiciū assidētiū
senioꝝ. tollerent̄ facultates sue: et ipe alie-
nus iudicaretur a multitudine captiuitatis.
Et cōgregati sunt om̄es q̄ erāt ex tribu iu-
da et beniamin in tribus diebus ī ierusalē.
Hic mēsis ē nonus: dies mens̄ vicesimus
Et sedit oīs multitudo in area tēpli tremē-
tes ꝓpter hyemē ꝑsentē. Et exurgēs esdras

dixit illis. Vos iniq̃ fecistis collocãdo vobis in matrimoniũ vxores alienigenas: ut adderetis ad peccata israhel. Et nunc date cõfessionẽ et magnificentiã dño deo patrũ nostrorũ: et pficite volũtatẽ ip̃ius: et discedite a gentibus terre et ab vxoribus alienigenis. Et clamauit ois multitudo: et dixerunt voce magna. Sicut dixisti faciemus. Sed q̃m multitudo magna ẽ. et tẽpus hybernũ: et nõ possumus insubsidiati stare. et hoc opus nõ est nobis vnius diei. neq; biduũ. multũ enĩ in his peccauimus: stent ꝓpositi multitudinis. et oĩes qui nobiscũ inhabitant. et quotquot habẽt vxores apud se alienigenas: et assistãt accepto tpe ex oĩ loco presbyteri et iudices: vsq; quo soluãt iram dñi negocij huius. Ionathas aũt filius ezeli. et ozias techam susceperunt scõm hec: et bosozamus. et leuis. et sabatheus. simul cooperati sunt cũ illis. Et steterũt scõm hec omĩa vniuersi qui erãt ex captiuitate. Et elegit sibi viros esdras sacerdos princi pes magnos de patribus eorũ scõm nomina: et sederũt nouilunio mẽsis decimi examinare negociũ istud. Et determinatũ est de viris qui habebãt vxores alienigenas vsq; ad neomeniã p̃mi mensis: et inuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebãt alienigenas vxores. Ex filiis iesu filij iosedech et fratribus eius. maseas. et eliezerus et lozibus. et ioadeus: et inierũt manus vt expellerẽt vxores suas: et ad litandũ in exoratione arietẽ ꝓ ignorãtia sua. Et ex filiis semmen: maseas. et esses. et ieelech. azarias Et ex filiis fosere: hismaelis. et nathanee. iussio reddus et talsas. Et ex leuitis: iozabdus. et semeis. et colis. et calitas. et facteas. et coluas. et elionas. Et ex sacris cantoribus: eliasib. zaccarus. Et ex ostiarijs sallumus. et tolbanes. Et ex israhel: ex filiis fozos. et remias. et geddias. et melchias. et michelus. et eleazarus. et iemmebias. et bannas. Et ex filiis iolamã: elamas. et zacharias iezrelus. et ioddius. et emmoth. et helias. Et ex filiis zathoim: eliadas. et hasumus. zochias. et larimoth. et zabdus. et tebedias. Et ex filiis zebes: iohãnes. et amanias. et zabdias. et emes. Ex his filiis bãni: olamus et malluchus et ieddeus et iasub. et asabus. et ierimoth. Et ex filiis addĩ: nathus. et mooslias et caleus. et raanas maaseas mathathias et beseel. et bonnus. et manasses. Et ex filiis nuae: noneas et afeas et melchias et sameas. et symon beniamin et malchus et marras. Et ex filiis asom: carianeus mathathias et bannus et elphalach et manasses et semei. Et ex filiis banni: iere mias et moodias et abzamus. et iobel. et baneas et pelias et ionas. et marimoth. et elasib et mathaneus. et elasis. et ozisas. et dielus et semedius et sambris et iosephus. Et ex filiis nobei: idelus. et mathathias. et sabadus et zecheda sedmi. et iessei baneas. Omnis isti diuxerũt sibi vxores alienigenas: et dimiserũt eas cũ filiis. Et inhabitauerũt sacerdotes et leuite et qui erãt ex isrl' in ierusalẽ et in tota vna regiõe: nouilunio mẽsis septimi. Et erãt filij isrl' in cõmorationibus suis. Et congregata est ois multitudo sil' in areã q̃ est ab oriente porte sacre. Et dixerũt esdre põtifici et lectori. ut afferret legẽ moysi que tradita est a dño deo isrl'. Et attulit esdras pontifex legẽ omi multitudini eorũ a viro usq; ad mulierẽ et oĩbus sacerdotibus: audire legẽ nouilunio mẽsis septimi. Et legebat in area q̃ est ante sacrã portã tẽpli a p̃ma luce usq; ad vesperã coram viris. et mulieribus. Et dederũt oĩes sensũ ad legẽ. et stetit esdras sacerdos. et lector legis sup ligneũ tribunal qđ fabricatũ erat. Et steterũt ad eũ mathathias et samus anamias azarias vrias ezechias. et balsamus ad dexterã: et ad sinistrã faldeus misael malachias abusthas sabus nabadias et zacharias. et assumpsit esdras librũ coram omi multitudine: p̃sidebat enĩ in gloria in ospcũ oĩm. Et cũ absoluisset legẽ oĩs recti steterũt: et benedixit esdras dñm deũ altissimũ: deũ saboth oipotentẽ. Et respondit omis ppl'us amẽ. Et eleuatis sursũ manibus: ꝓcubuerũt in terrã ad orauerũt dñm. iesus. et banaeus. et sarabias et iadinus. et accubus et sabbatheus. et calithes. et azarias. et iozadus. et anamias. et filias leuite. q̃ docebãt legẽ dñi: et in multitudine legebãt legẽ dñi: et p̃ferebãt singuli eos. q̃ intelligebãt lectionẽ. Et dixit ad tharates

esdre pontifica et lectori: et leuitis qui docebāt multitudinē dicētes. Dies hic sanctus est dño. Et omnes flebant cū audissent legē Digressi ergo māducate pinguissima queq; et bibite dulcissima queq; et mittite munera his qui nō habēt. Sanctus enī est hic dies dñi: et nolite mesti esse. Dñs enī clarificabit vos. Et leuite denūciabāt in publico omībus dicētes. Dies hic sanctus ē. Nolite mesti esse. Et abierunt omnes māducare et bibere et epulari: et dare munera his q̄ nō habebāt ut epulentē. Magnifice enī sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. Et cōgregati sunt vniuersi in ierusalem celebrare letitiā: scōm testamentū dñi dei israhel.

Finit tertius. Incipit Esdre quartus. Ca. i.

Liber esdre pphete secūdus filij sarei filij azarei filij elchie filij sadanie filij sadoch filij achitob filij achie filij sinees filij heli filij amerie filij asiei filij marimoth filij arna filij ozie filij bozith filij abissei filij sinees filij eleazar filij aarō ex tribu leui: q̄ fuit captiuus in regiōe medorum in regno artarxerxis regis persarū. Et factū est verbum dñi ad me dicēs. Vade et nūcia pp'o meo facinora ipor et filijs eorū iniquitates quas in me admiserūt: vt nūcient filijs filiorū quia peccata parentū ipsorū in illis creuerunt. Oblitu enī mei sacrificauerūt diis alienis. Nonne ego eduxi eos de terra egipti: de domo seruitutis? Ipsi aūt irritauerūt me: et consilia mea spreuerūt. Tu aūt excute comā capitis tui: et proijce omnia mala sup illos: quoniā non obedierunt legi mee. Populus aūt ē indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo q̄bus tanta beneficia cōtuli? Reges multos pp̄ter eos subuerti: pharaonem cū pueris suis et oēm exercitū eius percussi. Omnes gentes a facie eor pdidi: et in oriente puīntiarū duarū pp'os tyri et sydonis dissipaui: et omnes aduersarios eor interfeci. Tu vero loqre ad eos dicēs. Hec dicit dñs. Nempe ergo vos p mare transmeauit: et plateas vobis inicio munitas exhibui. Ducē vobis dedi moysen et aaron sacerdotē: lucē vobis p columnā ignis precessit: et magna mirabilia feci in vobis. vos aūt mei oblti estis dicit dñs. Hec dicit dominus omīpotēs. Coturnix vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelā dedi. et illic murmurastis: et nō triūphastis in noīe meo de pditione inimicor vror: sed adhuc nunc vsq; murmurastis. Vbi sunt beneficia que pstita vobis? Nōne in deserto cū esuiretis pclamastis ad me dicētes: vtquid nos in desertū istud adduxisti interficere nos? Melius nobis fuerat fuire egiptijs: q̄ mori in deserto hoc. Ego doluī gemitus vestros: et dedi vobis mānā in escam. Panē angelor māducastis. Nōne cū sitiretis petrā excidi: et fluxerūt aque i saturitate? Propter estus folijs arbor vor texi. Diuisi vobis terras pingues: chananeos et pherezeos et philistinos a facie vra pdedi. Quid faciā vobis adhuc dicit dñs? Hec dicit dñs omīpotēs In deserto cū essetis in flumīe amorreo sitientes et blasphemātes nomē meū: nō ignē vobis p blasphemijs dedi. sed mittēs ignū in aquā dulce feci flumen. Quid tibi faciā iacob? Noluisti obedire iuda. Trāsferā me ad alias gentes: et dabo eis nomen meū: vt custodiant legittima mea. Quoniā me dereliquistis: et ego vos derelinquā. Petētibus vobis a me misericordiā nō miserebor: quādo inuocabitis me ego nō exaudiam vos. Maculastis enī manus vras sanguine: et pedes vri impigri sunt ad cōmittenda homicidia. Nō quasi me dereliquistis: sed vosipsos dicit dñs. Hec dicit dñs omnipotēs. Nonne ego vos rogaui ut pater filios et ut mater filias et vt nutrix pullos suos: ut essetis mihi in pp'm. et ego vobis in deū. et vos mihi in filios. et ego vobis in patrē? Ita vos collegi: ut gallina pullos suos sub alas suas. Modo aūt q̄d faciā vobis? Proijciā vos a facie mea. Oblationem cū mihi attulerītis auertā faciē meā a vobis. Dies enī festos vros et neomenia et circūcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos pphetas ad vos: quos acceptos interfecistis: et laniastis corpora eor: quorū sanguinē exquirā dicit dñs. Hec dicit dñs omīpotēs. Domus vra deserta ē. Proijciā

vos sicut ventus stipulā: et filij ꝓcreationē
nō faciēt: quoniā mādatū meū neglexerūt.
et qđ malū est corā me fecerūt. Tradā do-
mos vestras ꝓpl'o veniēti qui me nō audiē
tes credūt: quibus signa nō ostendi faciēt
que p̄cepi. Prophetas nō viderunt: et me-
morabunt̄ iniquitatū eorꝝ. Testor ꝓpl'i ve-
nientis gratiā: cuius ꝑuuli exultēt cū letitia
me nō vidētes oculis carnalibus: sed spi-
ritu credētes que dixi. Et nūc frater aspice
que gloria: et vide populum venientē ab
oriēte: quibus dabo ducatū abrahā isaac
et iacob. et osee et amos et michee et iohel
et abdie et ione et naū et abacuc sophonie
aggei zacharie ⁊ malachim qui et angelus
domini vocatus est. ¶ Ca. ij.

Hec dicit dn̄s. Ego eduxi ꝓpl'm istū de
seruitute: quibus mādata dedi per pueros
meos ꝓphetas. quos audire noluerūt: sed
irrita fecerūt mea ꝯsilia. Mater q̄ eos gene-
rauit dicit illis. Ite filij: qꝛ ego vidua sum et
derelicta. Educaui vos cū letitia: et amisi
vos cum luctu et tristitia. Quoniā peccastis
corā dn̄o deo vr̄o: et qđ malū est corā eo
fecistis. Modo aūt quid faciā vobis? Ego
vidua sum et derelicta. Ite filij: et petite a
dn̄o misericordiā. Ego aūt te pater testē in-
uoco sup matrē filiorꝝ q̄ noluerūt testamē
tū meū seruare: ut des eis ꝯfusionē ⁊ matrē
eorū in direptionē: ne generatio eorū fiat.
Dispergant̄ in gentes no ia eorꝝ: deleantur
a terra: qm̄ spreuerūt sacramentū meū. Ve
tibi assur: qui abscondis iniquos penes te.
Gens mala memorare quid fecerim. sodo
me et gomorre: quorꝝ terra iacet in piceis
glebis ⁊ aggeribus cinerū. Sic dabo eos q̄
me nō audierūt: dicit dn̄s omipotēs. Hec
dicit dn̄s ad esdram. Nuncia populo meo
quoniā dabo eis regnū ierusalem qđ datu
rus erā israhel. Et sumā mihi gloriā illorꝝ:
et dabo eis tabernacula eterna que p̄para-
uerā illis. Lignū vite erit illis in odore vn-
guenti: et nō laborabūt neqꝫ fatigabuntur.
Ite: et accipietis. Rogate vobis dies pau-
cos: ut immorent̄. Iam paratū est vobis re
gnū. vigilate. Testare celū et terrā. Contri-
ui eni malū et creaui bonū: qꝛ viuo ego dic̄
dn̄s. Mater amplectere filios tuos: educa
illos cū letitia. Sicut colūba cōfirma pedes
eorū: qm̄ te elegi dicit dn̄s. Et resuscitabo
mortuos de locis suis: et de monumentis
educā illos: qm̄ cognoui nomē meū in isrl'
Noli timere mater filiorū: quoniā te elegi
dicit dn̄s. Mittam tibi adiutoriū pueros
meos isaiā et ieremiā: ad quorꝝ ꝯsiliū san-
ctificaui et paraui tibi arbores duodecim.
granatas varijs fructibus: et totidē fontes
fluētes lac et mel: et mōtes immēsos septē
habentes rosam et liliū. in quibus gaudio
implebo filios tuos. Viduā iustifica: pupil
lo iudica. egenti da. orphanū tuere. nudum
vesti: ꝯfractū et debilē cura. claudū irridere
noli: tutare mancū: et cecū ad visionē clari
tatis mee admitte. Senē ⁊ iuuenē intra mu
ros tuos serua: mortuos vbi inueneris si-
gnans cōmenda sepulchro: et dabo tibi p̄
mā cessionē in resurrectione mea. Pausa et
quiesce ꝓpl'us meus: qꝛ venit requies tua.
Nutrix bona nutri filios tuos: cōfirma pe-
des eorū. Seruos quos tibi dedi: nemo ex
eis interiet. Ego eni eos requirā de numero
tuo. Noli fatigari. Cū eni venerit dies p̄ssu
re et angustie alij plorabūt et tristes erunt:
tu aūt hilaris et copiosa eris. Zelabūt gen-
tes: et nil aduersus te poterūt dic̄ dominus.
Manus mee tegēt te: ne filij tui gehennā vi
deant. Iocūdare mater cū filijs tuis: qꝛ ego
te eripiā dicit dn̄s. Filios tuos dormiētes
memorare: qm̄ ego eos educā de lateribus
terre et misericordiā cū illis faciā: qm̄ mise
ricors sum dicit dn̄s omipotēs. Amplecte-
re natos tuos usqꝫ dū venio et p̄stē illis mi
sericordiā: qm̄ exuberāt fontes mei: et gr̄a
mea nō deficiet. Ego esdras p̄ceptū accepi
a dn̄o in mōte oreb: ut irē ad isrl'. Ad quos
cū venirē reprobauerūt me: et respuerūt mā
datū dn̄i. Ideoqꝫ vobis dico gentes: q̄ au-
ditis et intelligitis. Expectate pastorē vr̄m
requiē eternitatis dabit vobis: qm̄ in ꝓxi-
mo est ille q̄ in fine seculi adueniet. Parati
estote ad p̄mia regni: qꝛ lux ꝑpetua luce-
bit vobis: per eternitatē tp̄is. Fugite vm-
brā seculi huius. Accipite iocunditatē glo-
rie vr̄e. Ego testor palā saluatorē meū cō-
mēdatū donū accipite ⁊ iocūdamini: gr̄as
agētes ei q̄ vos ad celestia regna vocauit.

Surgite et ſtate: et videte numerū ſignatorū in cōuiuio dñi. Qui ſe de vmbra ſeculi trāſtulerūt: ſplēdidas tunicas a dño acceperunt. Recape ſyon numerū tuū: et ocude cādidatos tuos q̄ legē dñi cōpleuerūt. Filiorū tuorꝝ q̄s optabas plenus eſt numerus. Roga imperiū dñi: vt ſanctificet ꝑp̄lus tuus qui vocatus ē ab initio. Ego eſdras vidi in mōte ſyō turbā magnā quā numerare nō potui: et oēs canticis collaudabāt dominū. Et in medio eorꝝ erat iuuenis ſtatura celſus eminētior oībus illis: et ſingulis capitibus eorꝝ imponebat coronas: et magis exaltabat̄. Ego autē miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelū: et dixi. Qui ſunt hi dñe? Qui rñdens dixit mihi. Hi ſunt q̄ mortalē tunicā depoſuerunt: et immortalē ſumpſerūt: et cōfeſſi ſūt nomē dei. Modo coronant̄ et accipiūt palmas. Et dixi angelo Ille iuuenis quis eſt q̄ eis coronas imponit: et palmas in manus tradit? Et rñdens dixit mihi. Ipſe eſt filius dei: quē in ſeculo cōfeſſi ſunt. Ego aūt magnificare eos cepi q̄ fortiter ꝑ nōie dñi ſteterūt. Tunc dixit mihi āgelus. Vade: annūcia ꝑp̄lo meo q̄lia et quāta mirabilia dñi dei vidiſti. ¶ Ca. iij.

ANno tricesimo ruine ciuitatis. erā in babilone: et cturbatus ſum ſup cubiculo meo recūbens. Et cogitatiōes mee aſcēdebant ſup cor meū: quoniā vidi deſertionem ſyon: et abundantiā eorꝝ qui habitabant in babilone. Et vēhemēter elatus eſt ſpūs meus valde. Et cepi loqui ad altiſſimū verba timorata. Et dixi. O dñator dñe tu dixiſti ab initio quādo plātaſti terrā et hoc ſolus: et imperaſti populo. et dediſti adā corpus mortuū. ſed et ipm figmentū manuū tuarū erat. et inſufflaſti in eū ſpīm vite. et factus ē viuēs coram te: et induxiſti eū in paradiſo quē plātauerat dextera tua. anteq̄ terra aduentaret. Et huic mādaſti diligere viā tuā et ꝑteriuit eā: et ſtatim inſtituiſti in eū mortem et in natiōibus eius: et nate ſunt gētes et tribus et ꝑp̄li et cognatiōes quarū nō eſt numerus. Et ambulauit vna queq̄ gēs in voluntate ſua: et mira agebāt coram te: et ſpernebāt ꝑcepta tua. Iterū aūt in tpe induxiſti diluuiū ſup inhabitātes ſeculū: et pdidiſti eos. Et factū ē in vnoquoq̄ eorꝝ ſicut ademori: ſic his diluuiū. Dereliquiſti aūt vnū ex his noe cū domo ſua: et ex eo iuſti oīs. Et factū eſt cū cepiſſent multiplicari q̄ habitabant ſup terrā et multiplicauerūt filios et populos et gentes multas: et ceperūt iterato impietatē facere plus q̄ꝫ ꝓores. Et factum eſt cū iniquitatē facerēt coram te: elegiſti tibi virū ex his cui nomen erat abraham. Et dilexiſti eū: et demōſtraſti ei ſoli voluntatē tuā. Et diſpoſuiſti ei teſtamentū eternum: et dixiſti ei ut nōvnq̄ derelinqueres ſemen eius. Et dediſti ei iſaac: et iſaac dediſti iacob et eſau. Et ſegregaſti tibi iacob eſau aūt ſepaſti. Et factus ē iacob in multitudine magna. Et cū ē cū educeres ſemē eius ex egipto: adduxiſti ſup montē ſyna. Et inclinaſti celos: et ſtatuiſti terrā. et cōmouiſti orbem. et tremere feciſti abyſſos. et cōturbaſti ſeculū: et tranſijt gloria tua ꝑ quatuor ignis: et terremotus. et ſpūs. et gelu vt dares ſemini iacob legem: et generatiōi iſrahel diligētiā. Et nō abſtuliſti ab eis cor malignū: ut faceret lex tua in eis fructū. Cor enī malignū baiulās ꝓmus adā trāgreſſus et victus eſt: ſed et oīnes q̄ de eo nati ſunt. Et facta eſt ꝑmanēs infirmitas et lex cum corde ꝑp̄li cū malignitate radicis: et diſceſſit q̄d bonū eſt: et māſit malignū. Et trāſierunt tpa: et finiti ſunt āni: et ſuſcitaſti tibi ſeruū nomīe dauid: et dixiſti ei edificare ciuitatē nomīs tui. et offerre ibi in eadē thus et oblationes. Et factū eſt hoc annis multis: et deliquerūt qui habitabāt ciuitatē in oīnibus faciētes ſicut fecit adā: et oēs generatiōes eius. Vtebant̄ enī et ipi corde maligno. Et tradidiſti ciuitatē tuā in manibus inimicorꝝ tuorꝝ. Nūquid meliora faciūt q̄ habitāt babilonē? Et ꝓpter hoc dominabitur ſyon. Factū eſt cum veniſſem huc et vidiſſem impietates quarū nō ē numerus. et delinquētes multos: vidit aīa mea hoc tricesimo anno et excelſit cor meū: qm̄ vidi quō ſuſtines eos peccātes et pepaſci impie agentibus: et pdidiſti ꝑp̄lm tuū. et oſeruaſti inimicos tuos: et non ſignificaſti. Nihil memini quomō debeat derelinqui via hec. Nūquid meliora facit babilon q̄ꝫ ſyō. aut

alia gens cognouit te preter israhel? Aut q̄
tribus crediderūt testamentis tuis sicut ia-
cob? Quarū merces nō cōparuit: neq; labor
fructificauit. Pertransiēs enī ꝑ trāsiui in gē
tibus: et vidi abundātes eas: et nō memo
rantes mādatorꝝ tuorꝝ. Nunc ergo pōdera
in statera nostras iniq̄tates et eorꝝ qui ha
bitant in seculo: et nō inuenietur nomen tuū
nisi in israhel. Aut quādo nō peccauerūt in
ꝯspectu tuo qui habitant terrā: aut q̄ gens
sic obseruauit mādata tua? Hos quidē per
nomina inuenies seruasse mādata tua: gē
tes autē non inuenies. ¶ Ca. iiij.
Et respōdit ad me angelus qui missus
est ad me cui nomē vriel: et dixit mihi. Ex
cedēs excessit cor tuū in seculo hoc: et com-
prehēdere cogitas viam altissimi. Et dixi.
Ita dñe meus. Et rñdit mihi et dixit. Tres
vias missus sum ostēdere tibi: et tres sil'i-
tudines ꝓponere corā te. de quibus mihi si
renūciaueris vnā ex his: et ego tibi demō-
strabo viā quā desideras videre: et doce-
bo te vnde sit cor malignū. Et dixi. Loque
re dñe meus. Et dixit ad me. Vade pōdera
mihi ignis pondus: aut mēsura mihi flatū
venti: aut reuoca mihi diē que p̄terijt. Et
rñdi et dixi. Quis natorꝝ poterit facere vt
me interroges de his? Et dixit ad me. Si es-
sem interrogās te dicens. quāte habitatio-
nes sunt in corde maris. aut quāte vene sūt
in p̄ncipio abyssi. aut quāte vene sunt sup
firmamentū. aut q̄ sunt exitus paradisi. di-
ceres mihi fortassis. in abyssum nō descen-
di. neq; in infernū adhuc: neq; in celū nūq̄
ascendi. Nunc aūt nō interrogaui te nisi de
igne et vento. et die ꝑ quā trāsisti: et a qui
bus separari nō potes: et nō rñdisti mihi de
eis. Et dixit mihi. Tu que tua sūt. tecū co-
adolescentia nō potes cognoscere. Et quō
poterit vas tuū capere altissimi viā: et iam
exterius corrupto seculo intelligere corrupti
onē euidentē in facie mea? Et dixi illi. Me
lius erat nos nō esse q̄ adhuc viuētes vi-
uere in impietatibus et pati: et nō intellige
re de q̄re. Et rñdit ad me et dixit. Profici-
scens ꝓfectus sum ad siluā lignorꝝ cāpi: et
cogitauerūt cogitationē: et dixerūt. Venite
et eamus et faciamus ad mare bellū. ut re-
cedat corā nobis: et faciamus nobis alias
siluas. Et similiter fluctus maris: et ip̄i co-
gitauerūt cogitationē ⁊ dixerūt. venite ascē
dentes debellemus siluas cāpi: ut et ibi cō
summemus nobismetip̄is aliā regionē. Et
factus ē cogitatus silue in vanū. Venit enī
ignis: et ꝯsumpsit eā. Similiter ⁊ cogitatus
fluctuū maris. Stetit enī arena: et ꝓhibuit
eos. Si enī esses iudex horū: quē inciperes
iustificare aut quē ꝯdemnare? Et respondi
et dixi. vtiq; vanā cogitationē cogitauerūt
Terra enī data est silue: et mari locus por-
tare fluctus suos. Et respōdit ad me ⁊ dixit
Bene tu iudicasti. Et quare nō iudicasti ti-
bimetipsi? Quēadmodū enī terra silue da-
ta est et mare fluctibus suis: sic q̄ sup terrā
inhabitāt que sunt sup terrā intelligere so-
lummō possunt: et q̄ sup celos. que sup al-
titudinē celorꝝ. Et rñdi ⁊ dixi. Deprecor te
dñe: ut mihi detur sensus intelligēdi. Non
enī volui interrogare de superioribus tuis.
sed de his q̄ ꝑ transeūt ꝑ nos q̄tidie: ꝓpter
quid israhel datus in opprobriū gentibus
quē dilexisti ꝓpl'm: datus est tribubus im-
pijs. et lex patrū nr̄orꝝ in interitū deducta ē.
et dispositiōes scripte nusq̄ sunt: et ꝑtransi-
uimus de seculo ut locuste: et vita nr̄a stu-
por et pauor: et nec digni sumus misericor
diā ꝯsequi. Sed q̄d faciet nomī suo qđ in
uocatū est sup nos? Et de his interrogaui:
et respōdit ad me ⁊ dixit. Si fueris plurimū
scrutatus frequēter miraberis. Qm̄ festinās
festinat seculū ꝑtrāsire. et nō capit portare
q̄ in futuris tp̄ibus iustis repromissa sunt:
qm̄ plenū iniustitia ē seculū hoc ⁊ infirmita
tibus. De q̄bus aūt interrogas dicā. Semi
natū est enī malū: et necdū venit destructio
ip̄ius. Si g° nō inuersū fuerit qđ semiatū ē
et discesserit locus vbi semiatū est malū: nō
veniet vbi seminatū est bonū. Qm̄ gramē
seminis mali seminatū est in corde adā ab
inicio: et q̄tum impietatis generauit vsq;
nūc: et generat usq; cū veniat area. Estima
aūt apud te gramē mali semis q̄tū fructū
impietatis generauit: quādo secate fuerint
spice quarū nō ē numerus. q̄ magnā areā
incipiēt facere. Et rñdi et dixi. Quo et qn̄
hec? Quare modici et mali anni nostri? Et

respōdit ad me: et dixit mihi. Nō festines
tu sup altissimū. Tu enim festinas inaniter
esse super ip̄m. Nam excessus tuus multus.
Nōne de his interrogauerūt aīe iustoꝝ in
ꝓmptuariis suis dicentes: usquequo spero
sic. et quādo veniet fructus aree mercedis
nostre? Et rn̄dit ad ea ieremiel archāgelus
et dixit. Quando impletus fuerit numerus
seminū in vobis: quoniā in statera ponde
rauit seculū et mensura mēsurauit tempora
et numero numerauit tp̄a: et non cōmouit
nec excitauit vsq; dū impleat̄ p̄dicta mēsu
ra. Et rn̄di ⁊ dixi. O dominator dn̄e: sed et
nos oēs pleni sumus impietate. Et ne forte
ꝓpter nos nō impleant̄ iustorū aree: ꝓpter
peccata inhabitantiū sup terram. Et rn̄dit
ad me et dixit. Vade et interroga p̄gnantē
si quādo impleuerit nouē menses suos ad-
huc poterit matrix eius retinere partū in se
metipsa. Et dixi. Non potest dn̄e. Et dixit
ad me. In inferno ꝓmptuaria aīarū. matri
ci assimilata sunt. Quēadmodū enī illa fe-
stinat que parit effugere necessitatē partus:
sic et hec festinat reddere ea que cōmenda
ta sunt. Ab inicio tibi demōstrabit̄ de his
que cōcupiscis videre. Et respondi et dixi.
Si inueni gratiā ante oculos tuos. et si pos-
sibile est et si idoneus sum: demōstra mihi
si plus q̄ꝫ p̄teritū sit habet venire: aut plura
pertransierūt supra q̄ꝫ futurū est. Quid per-
transiuit scio: quid aūt futurū sit ignoro. Et
dixit ad me. Sta super dexterā partē: et de-
monstrabo tibi interpretationē similitudi-
nis. Et steti et vidi: et ecce fornax ardens
transijt corā me. Et factū est cū trāsiret flā-
ma: vidi et ecce superauit fumus. Post hec
transijt corā me nubes plena aque: et immi
sit pluuiā impetu multā. Et cū transisset im
petus pluuie: superauerūt in ea gutte. Et di
xit ad me. Cogita tibi. Sicut crescit pluuia
amplius q̄ꝫ gutte et ignis q̄ꝫ fumus: sic sup-
abundauit que transiuit mēsura. Supaue
runt autē gutte et fumus. Et oraui et dixi.
Putas viuo usq; in diebus illis? Vel quis
erit in diebus illis? Rn̄dit ad me et dixit.
De signis de quibus me interrogas ex p̄te
possum tibi dicere: de vita aūt tua nō sum
missus dicere tibi: sed nescio. ¶ Ca. v.

De signis aūt: ecce dies veniēt. in qui-
bus apprehēdent̄ qui inhabitāt terrā
incenso multo: et abscōdet̄ veritatis via et
sterilis erit a fide regio: et multiplicabit̄ in-
iustitia sup hāc quā ip̄e tu vides ⁊ sup quā
audisti olim: et erit imposito vestigio quā
nūc vides regnare regionē: et videbūt eā
desertā. Si aūt tibi dederit altissimus viuere
videbis post tertiā tubā: et relucescet subi-
to sol noctu. et luna ter ī die: et de ligno san
guis stillabit. et lapis dabit vocē suā: et po
puli cōmouebunt̄. et regnabit quē nō spe-
rant qui inhabitāt sup terrā: et volatilia cō
migrationē facient: et mare sodomiticū pi
sces reijciet: et dabit vocē noctu quā nō no
uerant multi. Om̄es aūt audiēt vocē eius.
Et chaos fiet p loca multa. et ignis frequē
ter remittet̄. et bestie agrestes trāsmigrabūt
et mulieres menstruate pariēt mōstra: et in
dulcibus aquis salse inuenientur: et amici
om̄es semetip̄os expugnabūt: et abscōde
tur tūc sensus. et intellectus sep̄abit̄ in ꝓm
ptuariū suū: et queret̄ a multis et nō inue-
nietur: et multiplicabit̄ iniustitia ⁊ incōtinē
tia super terrā. Et interrogabit regio ꝓximā
suā et dicet. Nunq̄d p te p̄transijt iustitia
iustū faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo
tp̄e: et sperabūt hoīes et nō impetrabūt: la-
borabunt. et nō dirigent̄ vie eorū. Hec si-
gna dicere tibi p̄missum ē mihi. Et si ora-
ueris iterū et plorauerīs sicut et nūc. et ieiu-
nauerīs septē diebus: audies iterato horū
maiora. Et euigilaui. et corpus meū hor-
ruit valde: et aīa mea laborauit ut deficeret
Et tenuit me qui venit angelus q̄ loqueba
tur in me: et ꝯfortauit me et statuit me sup
pedes. Et factū ē in nocte scd̄a: et venit ad
me salathiel dux ꝓpl̄i: et dixit mihi. Vbi
eras? Et q̄re vultus tuus tristis? Aut nescis
qm̄ tibi creditus est israhel in regiōe trāsmi
grationis eoꝝ? Exsurge ergo ⁊ gusta panē
et nō derelinquas nos sicut pastor gregem
suū in manibus luporꝝ malignorꝝ. Et dixi
ei. Vade a me: et nō appropies ad me. Et
audiuit ut dixi: et recessit a me. Et ego ieiu
naui diebus septē vlulās et plorans: sicut
mihi mādauit vriel angelus. Et factū est
post dies septē: et iterū cogitatiōes cordis

mei moleste erāt mihi valde. Et resumpsit
aīa mea spiritū intellectus: et iterū cepi lo-
qui corā altissimo sermones. Et dixi. Do-
minator dñe ex omī silua terre et ex oībus
arboribus eius elegisti vineā vnicā: et ex
omī terra orbis elegisti tibi foueā vnā: et
ex omībus floribus orbis elegisti tibi liliū
vnū: et ex omībus abyssis maris replesti
tibi riuū vnū: et ex oībus edificatis ciuita-
tibus sanctificasti tibimetipō syō: et ex oī-
bus creatis volatilibus noīasti tibi colum
bā vnā: et ex omībus plasmatis pecoribꝰ
ꝓuidisti tibi ouē vnā: et ex omībus mul-
tiplicatis ꝓpl'is acq̄siuisti tibi ꝓpl'm vnū: et
ab omībus ꝓbatā legē donasti huic quē
desiderasti ꝓpl'o. Et nūc dñe vt quid tradi-
disti vnū pluribus? Et ꝑparasti sup vnā ra
dicē alias: et dispdidisti vnicū tuū in mul-
tis. Et ꝯculcauerūt eū qui ꝯtradicebat spō-
sionibus tuis: quiq̄ tuis testamētis nō cre-
debāt. Et si odiēs odisti ꝓpl'm tuū: tuis ma
nibus debet castigari. Et factū est cū locu-
tus essem ſmones: et missus ē angelus ad
me q̄ ante venerat ad me p̄ terita nocte: et
dixit mihi. Audi me et instruā te: et intēde
mihi et adijciā coram te. Et dixi. Loquere
dñe meus. Et dixit ad me. Valde tu in ex-
cessu mētis factus es ꝓ isrl'. Amplius dile-
xisti eū: q̄ qui eū fecit? Et dixi ad eū. Non
dñe: sed dolens locutus sum. Torquēt enī
me renes mei p omnē horā querentē appre
hendere semitā altissimi: et inuestigare ptē
iudicij eius. Et dixit ad me. Non potes. Et
dixi. Quare domine? Ad q̄d nascebar: aut
quare nō fiebat matrix matris mee mihi se
pulchrū. ut nō viderē laborē iacob. et defa
tigationem generis israhel? Et dixit ad me
Numera mihi que necdū venerāt. et colli-
ge mihi dispersas guttas. Et reuirida mihi
aridos flores: et aperi mihi clausa ꝓmptu-
aria: et produc mihi inclusos in eis flatus.
Demōstra mihi vocis imaginē: et tūc ostē
dam tibi laborē quē rogas videre. Et dixi.
Dominator dñe: quis enī ē qui potest hec
scire. nisi qui cū homībus habitationē non
habet? Ego aūt insipiēs: et quō potero di-
cere de his q̄bus me interrogasti? Et dixit
ad me. Quō nō potes facere vnū de his q̄

dicta sunt: sic nō poteris inuenire iudicium
meū: aut in fine caritatē quā populo ꝓmisi
Et dixi. Sed ecce dñe: tu ꝓpe es his qui in
finē sunt. Et quid faciēt qui ante me fuerūt
aut nos aut hi q̄ post nos? Et dixit ad me.
Corone assimilabo iudiciū meū. Sicut non
nouissimorū tarditas: sic nec priorꝫ veloci-
tas. Et respōdi et dixi. Nec poteras facere
eos qui facti sunt. et qui sunt. et futuri sunt
in vnū: ut celerius iudiciū tuū ostēdas? Et
respōdit ad me: et dixit. Nō potest festina-
re creatura sup creatorē: nec sustinere secu-
lū eos qui in eo creādi sunt in vnū. Et dixi.
Quomodo dixisti seruo tuo quoniā viui-
ficās viuificasti a te creatā creaturā in vnū
et sustinebat creatura: poterit et nūc porta
re p̄ntes in vnū. Et dixit ad me. Interroga
matricē mulieris: et dices ad eā. Et si paris
quare p tēpus? Roga ergo eā: ut det decē
in vnū. Et dixi. Non vtiq̄ poterit: sed se-
cundū tempus. Et dixit ad me. Et ego dedi
matricē terre his qui seminati sunt super eā
p tempus. Quēadmodū enī infans nō pa-
rit ea q̄ senū sunt: sic ego disposui a me crea
tum seculū. Et interrogaui et dixi. cū iā de-
deris mihi viā: loquar corā te. Nā mater
nr̄a de qua dixisti mihi. adhuc iuuenis est
iā senectuti appropinquat. Et rn̄dit ad me
et dixit. Interroga eā que parit et dicet tibi
Dices enī ei. Quare quos peperisti nūc nō
sunt similes his qui ante te. si minores sta-
tura? Et dicet tibi ꝛ ipa. Alij sunt q̄ in iuuē
tute virtutis nati sūt: et alij q̄ sub tpe sene-
ctutis deficiēte matrice sūt nati. Considera
ergo et tu qm̄ minori statura estis pre his q̄
ante vos: et q̄ post vos minori q̄ vos. q̄si
iā senescētes creature et fortitudinē iuuētu
tis p̄tereūtes. Et dixi. Rogo dñe si inueni
gratiam ante oculos tuos: demonstra seruo
tuo p quē visites creaturā tuā. ¶ Ca. vj.

ET dixit ad me. Inicio terreni orbis et
anteq̄ starent exitus seculi. et anteq̄
spirarēt cōuentiōes ventorꝫ. et anteq̄ sona
rent voces tonitruū et anteq̄ splenderēt ni-
tores choruscationū: et anteq̄ ꝯfirmarent̄
fundamēta paradisi. anteq̄ viderent̄ deco
ri flores. et anteq̄ ꝯfirmarent̄ mote virtu-
tes: añq̄ colligerent̄ innumerabiles militie

angelorũ: et anteq̃ extollerent̃ altitudines aeris· et anteq̃ nomiarent̃ mensure firmamentorꝝ· et anteq̃ estuarēt camini in syon· et anteq̃ inuestigarent̃ pītes anni: et anteq̃ abalienarent̃ eorꝝ qui nūc peccant adinuentiones et ostignati essent q̃ fidē thesaurisauerūt· tūc cogitaui ⁊ facta sunt p me solum et nō p aliū: et finis p me et nō p aliū· Et rndi et dixi· Que ent separatio temporꝝ Aut quādo p̄teris finis: et sequētis inicium? Et dixit ad me· Ab abrahā vsq̃ ad isaac quādo nati sunt ab eo iacob ⁊ esau: manus iacob tenebat ab inicio calcaneū esau· Finis enī huius seculi esau: et p̄incipiū sequētis iacob· Hominis manus inter calcaneū et manū· Aliud noli querere esdra· Et rndi et dixi· O dominator dñe· si inueni gratiā ante oculos tuos: ostende ut demonstres seruo tuo finē signorꝝ tuorꝝ: quorꝝ partē mihi demonstrasti nocte p̄cedēte· Et rndit et dixit ad me· Surge sup pedes tuos: ⁊ audi vocē plenissimā sonitus· Et erit sic cōmotio: nec comouebit̃ locus in quo stes sup eū· Ideo cū loquit̃ tu nō expaueas: qm̃ de fine verbum: et fundamentū terre intelligit̃: qm̃ de ipis sermo tremescat et cōmouetur· Scit enī quoniā finē eorꝝ oportet cōmutari· Et factū est cū audissem surrexi sup pedes meos et audiui· et ecce vox loquēs: et sonus eius sicut sonus aquarū multarū· Et dixit· Ecce dies veniūt: et erit qm̃ appropinquare incipiā ut visitē habitantes in terra: et quādo inquirere incipiā ab eis qui iniuste nocuerunt iniustitia sua· et quādo suppleta fuerit humilitas syon et cū supsignabit̃ seculum qđ incipiet p̄trāsire: hec signa facā· Libri aperient̃ ante faciē firmamēti· et oīes videbunt simul: et anniculi infantes loquent̃ vocibus suis: et p̄egnātes immaturos parient infantes triū et q̃tuor mensiū· et viuēt et suscitabunt̃· Et subito apparebūt seminata loca nō seminata: et plena ꝓmptuaria subito inuenient̃ vacua: et tuba canet cū sono· quā cū oēs audierint subito expauescēt Et erit in illo tpe debellabūt amica amicos vt inimici: et expauescet terra cū his· Et ve ne fontiū stabūt: et nō decurrēt in horis tribus· Et erit: ois q̃ derelictus fuerit ex omibus istis q̃bus p̄dixi tibi: ipe saluabit̃: et videbit salutare meū ⁊ finē seculi vestri· Et videbūt qui recepti sunt homines qui mortē nō gustauerūt a natiuitate sua: et mutabit̃ cor inhabitantiū: et conuerteť in sensum aliū Delebit̃ enī malū: et extinguet̃ dolus· Florebit aūt fides: et vincet̃ corrupt̃ela: et oīndetur veritas q̃ sine fructu fuit diebus tantis· Et factū est cum loquerer̃ mihi: et ecce paulatim intuebar sup eū ante quē stabā: et dixit ad me hec· Veni tibi ostēdere tps vētur̃e noctis· Si ergo iterū rogauero· et iterū ieiunauero septē diebus: iterū tibi renūciabo horꝝ maiora p diē quā audiui· Audita est enī vox tua apud altissimū· Vidit enī fortis directionē tuā et ꝓuidit prudiciam quā a iuuētute tua habuisti: et ꝓpter hoc misit me demōstrare tibi hec oīa· et dicere tibi· Confide ⁊ noli timere: et noli festinare tu p̄oribus tpibus cogitare vana: vt non ꝓperes a nouissimis tpibus· Et factū est post hec et fleui iterū: et similiter ieiunaui septem diebus: ut suppleā tres ebdomadas que dicte sunt mihi· Et fcm̃ ē in octaua nocte ⁊ cor meū turbabat̃ iterato in me: et cepi loqui corā altissimo· Inflammabat̃ enī spūs meus valde: et aīa mea anxiabat̃ et dixi· O dñe loquēs locutus es ab inicio creature in p̄mo die dicēs· Fiat celū et terra: et tuū verbū opus p̄fectū· Et erat tunc spūs: et tenebre circūferebant̃ et silentiū: sonus vocis hominis nondū erat abste· Tunc dixisti de thesauris tuis ꝓpter lumē luminosum: quo appareret opus tuū· Et die secundo creasti spm̃ firmamēti: et impasti ei ut diuideret et diuisionē faceret inter aq̃s: vt ps quedā sursum recederet· ps vero deorsū maneret· Et tertia die impasti aquis cōgregari in septima p̄te terre: sex vero partes siccasti ⁊ seruasti: ut ex his sint corā te ministrātia seminata a deo ⁊ culta· Verbū enī tuū ꝓcessit: et opus statim fiebat· Proceſſit enī subito fructus multitudinis immēsus: et concupiscentie gustus multiformes: et flores colore immutabili ⁊ odores odoramēti inuestigabilis· et die tertio hec facta sūt· Quarta aūt die impasti fuerī solis splēdorē: lume lumē· stellarū dispositiōz: et impasti eis vt

deseruirent futuro plasmato homini. Quito autē die dixisti septime pti vbi erat aqua cōgregata ut ꝓcrearet animalia et volatilia et pisces: et ita fiebat. Aqua muta et sine aīa que dei nutu iubebant̄ aīalia faciebat: ut ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc cōseruasti duas animas: nomen vni vocasti enoch. et nomen scd̄e vocasti leuiathan: et separasti ea ab alterutro Non enī poterat septima pars vbi erat aq̄ cōgregata capere ea. Et dedisti enoch vnā partem que siccata est tertio die ut habitet in ea: vbi sunt mōtes mille. Leuiathan aūt dedisti septimā partem humidā: et seruasti eā ut fiat in deuorationē q̄bus vis et quādo vis. Sexto aūt die impasti terre ut crearet corā te iumenta et bestias et reptilia: et sup his adā. quē ꝯstituisti ducē sup omnibus factis q̄ fecisti: et ex eo educimur nos om̄es quenq; elegisti ꝓpl'm. Hec aūt omīa dixi corā te dn̄e: quia ꝓpter nos creasti seculū. Residuas aūt gentes ab adā natas dixisti eas nil esse: et qm̄ saliue assimilate sunt: et q̄si stillicidiū de vase similasti abūdantiā eoꝝ. Et nūc dn̄e ecce iste gētes q̄ in nihilū deputate sunt ceperūt dn̄ari nostri ⁊ deuorare: nos aūt ꝓpl'us tuus quē vocasti primogenitū. vnigenitū emulatorē tuū traditi sumus ī manibus eoꝝ. Et si ꝓpter nos creatū est seculū: q̄re nō hereditatē possidemus cū seculo? Vsq; quo hec?

Ca. vij.

ET factum est cū finissem loqui verba hec: missus est ad me angelus q̄ missus fuerat ad me primis noctibus: et dixit ad me. Surge esdra: et audi sermones q̄s veni loqui ad te. Et dixi. Loq̄re deus meus. Et dixit ad me. Mare positū est in spacioso loco ut esset altū et immēsum: erit aūt ei introitus in angusto loco positus: ut esset similis fluminibus. Quis enī volēs voluerit ingredi mare et videre eū vel dn̄ari eius: si non transierit angustū. in latitudinē venire quō poterit? Itē aliud. Ciuitas est edificata. et posita in loco campestri: est aūt plena oīm bonoꝝ. Introitus eius angustus et in p̄cipiti positus: ut esset a dextris quidē ignis. a sinistris aqua alta: semita aūt ē vna sola inter eos posita. hoc est inter ignē et aquā: ut nō capiat semita nisi solūmodo vestigiū homīs. Si aūt dabitur ciuitas homī in hereditatē: si nunq̄ ante positū periculū ꝑtrāsierit. quō accipiat hereditatē suā? Et dixi. Sic domine. Et dixit ad me. Sic est et isrl' pars. Propter eos enī feci seculū: et quādo transgressus est adam ꝯstitutiōes meas: iudicatū est qd̄ factū est. Et facti sunt introitus huius seculi angusti et dolētes et laboriosi: pauci aūt et mali et periculoꝝ pleni. et labore magno ope fulti: nā maiores seculi introitus spaciosi. et securi: et facientes immortalitatis fructū. Si ergo ingrediētes ingressi nō fuerint qui viuūt. angusta et vana hec: nō poterūt recipe q̄ sunt reposita. Nūc ergo tu quare cōturbaris cū sis corruptibilis: et quid moueris tu cū sis mortalis? Et quare nō accepisti in corde tuo qd̄ futurū: sed qd̄ in p̄senti? Rn̄di et dixi. Dominator dn̄e: ecce disposuisti lege tua: qm̄ iusti hereditabūt hec. Impij aūt peribūt: iusti aūt ferent angusta sperātes spaciosa. Qui enī impie gesserūt: et angusta passi sunt: et spaciosa nō videbūt. Et dixit ad me. Nō est iudex sup deū: neq; intelligens sup altissimū. Pereunt enī multi p̄ntes: q2 negligit̄ q̄ ante posita est dei lex. Mandans enī mandauit deus veniētibus quādo venerūt: quid facientes viuerēt et q̄d obseruātes nō punirentur. Hi aūt nō sunt ꝑsuasi ⁊ ꝯtradixerūt ei: et ꝯstituerunt sibi cogitamē vanitatis. et ꝓposuerūt sibi circūuentiones delictoꝝ: et supdixerūt altissimo nō esse. et vias eius nō cognouerūt: et legē eius spreuerūt et sponsiones eius abnegauerunt: et in legittimis eius fidē nō habuerūt: et opa eius nō ꝑfecerunt. Propter hoc esdra vacua vacuis: et plena plenis. Ecce tps veniet: et erit quādo veniēt signa q̄ p̄dixi tibi. Et apparebit spōsa: et apparescens ostendet̄ q̄ nūc subducit̄ terra: et oīs q̄ liberatus est de p̄dictis malis ipe videbit mirabilia mea. Reuelabit̄ enī filius meus iesus cū his q̄ cū eo sunt: et iocūdabunt̄ q̄ relicti sūt in annis q̄dringētis Et erit post ānos hos ⁊ morietur filius meus christus: et om̄es q̄ spiramentū habēt hoīnes et cōuertetur seculū in antiquū silentiū diebus septē sicut in p̄oribus iudicijs. ita

vt nemo derelinquatur et erit post dies septem: et excitabit̃ qđ nondũ vigilat seculum: et morietur corruptũ. Et terra reddet q̃ in ea dormiũt: et puluis q̃ in eo silẽtio habitant: et ꝓmptuaria reddent q̃ eis comẽdate sunt aĩe. Et reuelabit̃ altissimus super sedẽ iudicij: et ꝑtransibũt miserie: et longanimitas cõgregabit̃. Iudiciũ aũt solũ remanebit: veritas stabit: et fides conualescet. Et opus subsequet̃. et merces ostendet̃: et iustitie vigilabũt: et iniustitie nõ dñabunt̃ Et dixi. Primus abrahã ꝓpter sodomitas orauit. et moises ꝓ pñibus qui in deserto peccauerũt: et qui post eũ ꝓ israhel in diebus achã et samuelis et dauid ꝓ ꝯfractione: et salomon ꝓ eis qui venerũt in sanctionẽ: et helias ꝓ his qui pluuiã acceperunt et ꝓ mortuo ut viueret: et ezechias ꝓ ꝓpl'o in diebus sennacherib: et multi ꝓ multis. Si ergo modo quãdo corruptibile increuit. et iniustitia multiplicata est. et orauerunt iusti ꝓ impijs. quare et nũc sic nõ erit? Et rñdit ad me et dixit. Presens seculũ nõ est finis: gloria in eo frequẽs manet: ꝓpter hoc orauerũt ꝓ inualidis. Dies enĩ iudicij erit finis tꝑis huius: et iniciũ tꝑis future immortalitatis: in quo ꝑtrãsiuit corruptela. soluta est intẽperantia. abscisa ẽ incredulitas: creuit aũt iustitia. orta ẽ veritas. Tunc enĩ nemo poterit saluare eũ qui perijt: neqꝫ demergere qui vincit. Et rñdi et dixi. Hic sermo meus p̃mus et nouissimus: quoniã melius erat nõ dare terrã adã: vel cũ iã dedisset coercere eũ. vt nõ peccaret. Quid enĩ ꝓdest omĩbus in pñti viuere in tristitia: et mortuos sperare punitionẽ. O tu quid fecisti adam. Si enĩ tu peccasti. nõ est factus solius tuus casus: sed et noster q̃ ex te aduenimus. Quid enĩ ꝓdest nobis si ꝓmissum est nobis immortale tẽpus: nos aũt mortalia opa egimus? Et quoniã p̃dicta ẽ nobis perennis spes: nos vero pessime vani facti sumus. Et qm̃ reposita sunt nobis habitacula sanitatis ⁊ securitatis: nos vero male cõuersati sumus. Et qm̃ reposita gloria altissimi ꝓtegere eos q̃ tarde cõuersati sunt: nos autẽ pessimis vijs ambulauimus. Et qm̃ ostendet̃ ꝑadisus cuius fructus incorruptus ꝑseuerat in quo est securitas et medela: nos vero nõ ingredimur. In ingratis enĩ locis cõuersati sumus. Et qm̃ sup stellas fulgebũt facies eorũ qui abstinẽtiã habuerunt: nr̃e aũt facies sup tenebras nigre. Non enĩ cogitauimus viuẽtes qñ iniquitatẽ faciebamus: ꝙ incipiemus post mortẽ pati. Et rñdit et dixit. Hoc est cogitamentũ certaminis qđ certabit qui sup terrã natus est homo: ut si victus fuerit patiat̃ qđ dixisti. Si aũt vicerit recipiet qđ dico: quoniam hec est via. quã moises dixit cũ viueret ad ꝓpl'm dicẽs. Elige tibi vitã ut viuas Nõ crediderũt aũt ei: sed nec post eũ ꝓphetis. Sed nec mihi qui locutus sum ad eos: quoniã nõ esset tristitia in perditionẽ eorũ sicut futurũ est gaudiũ sup eos q̃bus ꝑsuasa est salus. Et rñdi et dixi. Scio dñe quoniã vocatus est altissimus misericors in eo misereat̃ his q̃ nondũ in seculo aduenerũt et ꝙ miseret̃ illis q̃ cõuersionẽ faciũt in lege eius: et longanimis est qm̃ longanimitatẽ p̃stat his qui peccauerũt q̃si suis operibus: et munificus ẽ. quoniã quidẽ donare vult pro exigentijs: et multe misericordie: qm̃ multiplicat magis misericordias his q̃ pñtes sunt et qui p̃terierũt: et q̃ futuri sunt. Si enĩ nõ multiplicauerit misericordias suas nõ viuificabit̃ seculũ cũ his qui inhereditabant in eo. Et donat: qm̃ si nõ donauerit de bonitate sua. ut alleuent̃ hi qui iniq̃tatẽ fecerũt de suis iniquitatibus: nõ poterit decies millesima pars viuificari hoĩm. Et iudex si nõ ignorauerit his qui curati sunt verbo eius. et deleuit multitudinẽ ꝯtẽptionũ: nõ fortassis derelinquerent̃ innumerabili multitudine nisi pauci valde. ¶ Ca. viij.

ET respondit ad me: et dixit. Hoc seculũ fecit altissimus ꝓpter multos: futurũ aũt ꝓpter paucos. Dicã aũt corã te similitudinẽ esdra. Quomodo aũt interrogabis terrã et dicet tibi. quoniã dabit terrã multã magis vnde fiat fictile. paruũ aũt puluerẽ vnde aurũ fit: sic et actus p̃sentis seculi. Multi quidẽ creati sunt: pauci autẽ saluabunt̃. Et rñdi ⁊ dixi. Absorbe ergo aĩa sensum: et deuora qđ sapit. Cõuenisti enĩ obaudire: et ꝓphetare voles? Nec enĩ tibi est

datum spaciū: nisi solūmodo viuere. O dñe
si nō pmittes seruo tuo vt oremus corā te.
et des nobis semē cordi ⁊ sensui culturā vn
de fructus fiat: vnde viuere possit oīs cor-
ruptus qui portabit locū hoīs? Solus enī
es: et vna plasmatio nos sumus manuū tu
arū sicut locutus es. Et quō nūc in matrice
plasmatū ē corpus et p̄stas mēbra. ɔserua
tur in igni et aqua tua creatio: et nouē mē
sibus patit̄ tua plasmatio tuā creaturā que
in ea creata est: ip̄m aūt qđ seruat ⁊ qđ ser
uatur vtraq; seruabunt̄: seruataq; q̄ñq; ite
rū reddit matrix q̄ in ea creuerūt. Imperasti
enī ex ip̄is mēbris hoc est māmillis p̄bere
lac fructui māmillarū: ut nutriat̄ id qđ plas
matū est usq; in tp̄s aliqđ: et postea dispo-
nas eū tue misericordie. Enutriuisti eū tua
iustitia. et erudisti eū in lege tua: et corripu
isti eū tuo intellectu. et mortificabis eū vt
tua creatura: et viuificabis eū vt tuū opus.
Si ergo pdideris eū qui tantis laboribus
plasmatus est: tuo iussu facile ē ordinari vt
et id qđ fiebat seruaret̄. Et nunc dñe dicā:
de omni homine tu magis scis: de populo
autē tuo ob quē doleo et de hereditate tua
ꝓpter quā lugeo. et ꝓpter israhel ꝓpter quē
tristis sum. et de iacob propter quē doleo:
ideo incipiā orare corā te ꝓ me et pro eis:
qm̄ video lapsus nostros q̄ inhabitamus
terrā. Sed audiui celeritatē iudicis qui futu
rus est. Ideo audi vocē meā: et intellige ser
monē meū: et loquar corā te. Iniciū verbo-
rū esdre: priusq̄ assumeret̄. Et dixi. Domi
ne qui inhabitas seculū. cuius oculi eleuati
in superna et aere. et cuius thronus inesti-
mabilis et gloria incomprehensibilis: cui
astat exercitus angelorū cū tremore. quoꝝ
seruatio in vento et igni ɔuertit̄: cuius ver-
bum verū et dicta p̄seuerātia: cuius iussio
fortis et dispositio terribilis: cuius aspectus
arefacit abyssos. et indignatio tabescere fa-
cit mōtes: et veritas testificat̄. Exaudi ora
tionē serui tui: et auribus pcipe p̄cationē fi-
gmēti tui. Dū enī viuo loquar: et dū sapio
rñdebo. Nec respicias ꝓpl'i tui delicta: sed
qui tibi in veritate seruiūt. Nec intēdas im
pia gentiū studia: sed q̄ tua testimonia cū
doloribus custodierūt. Nec cogites qui in
ɔspectu tuo false ɔuersati sunt: sed memo-
rare q̄ ex voluntate tua timorē cognouerūt
Neq; volueris pdere q̄ pecudū mores ha-
buerūt: sed respicias eos qui legē tuā splen
dide docuerūt. Nec indigneris eis q̄ bestijs
peiores iudicati sunt: sz diligas eos q̄ semp
in tua iustitia ɔfidūt et gloria. Qm̄ nos et
p̄res nr̄i talibus morbis languemus: tu aūt
ꝓpter nos peccatores misericors vocaberis.
Si enī desideraueris ut nr̄i miserearis. tunc
misericors vocaberis: nobis aūt nō habēti
bus opa iustitie. Iusti enī q̄bus sunt opera
multa reposita: ex ꝓprijs opibus recipiēt
mercedē. Quid ē enī homo ut ei indigneris
ante genus corruptibile: ut ita amarus sis
de ip̄o? In veritate enī nemo de genitis est
qui nō impie gessit: et de ɔfitētibus qui nō
deliquit. In hoc enī annūciabit̄ iustitia tua
et bonitas tua dñe: cū misertus fueris eis q̄
nō habēt substantiā bonoꝝ operū. Et rñ-
dit ad me: et dixit. Recte locutus es aliq̄:
et iuxta sermones tuos sic et fiet. Qm̄ non
vere cogitabo sup plasma eoꝝ. qui pecca-
uerūt ante mortē ante iudiciū ante pditio-
nē: sed iocūdabor sup iustoꝝ figmentū: et
memorabor pegrinatiōis q̄oq; et saluatiōis
et mercedis receptionis. Quō ergo locutus
sum: sic et est. Sicut enī agricola serit super
terrā semīa ml'ta et plātatōes multitudinis
plantat: sed nō in tpe omīa q̄ seminata sūt
saluant̄. sed nec oīa que plātata sunt radi-
cabunt: sic et qui in seculo seminati sunt nō
om̄es saluabunt̄. Et rñdi ⁊ dixi. Si inueni
gratiā loquar. Quomō semē agricole si nō
ascenderit aut nō accepit pluuiā tuā in tpe
aut si corruptū fuerit multitudine pluuie: sic
perit et similiter homo q̄ manibus tuis plas
matus est: et tu ei imago noīatus: qm̄ simi
latus es ei ꝓpter quē omīa plasmasti: et si
milasti semī agricole. Nō irascaris sup nos
sed parce ꝓpl'o tuo. et miserere hereditati tue
Tu autē creature tue misereris. Et rñdit ad
me et dixit. Que sūt p̄ñtia p̄ñtibus: et que
futura futuris. Multū enī tibi restat ut possis
diligere meā creaturā sup me: tibi aūt fre-
quenter et ip̄i ꝓximaui: iniustis aūt nunq̄.
Sed et in hoc mirabilis es coram altissimo
quoniam humiliasti te sicut decet te: et nō

iudicasti te vt inter iustos plurimū gloriſicens. Propter quod miſerie multe et miſerabiles efficient eis qui habitant ſeculū in nouiſſimis: qz in multa ſuperbia ambulauerūt. Tu aūt ꝓ te intellige: et de ſimilibus tui inquire gloriā. Vobis enī apertus eſt paradiſus: plantata eſt arbor vite: ꝓparatū eſt futurū tēpus: ꝓparata ē abundātia: edificata eſt ciuitas: ꝓbata ē requies: pfecta eſt bonitas: et pfecta ſapiētia. Radix mali ſignata eſt a vobis: infirmitas et tinea a vobis abſconſa eſt: et in infernū fugit corruptio in obliuione. Tranſierunt dolores: et oſtenſus ē in fine theſaurus immortalitatis. Noli ergo adiicere inquirēdo de multitudine eoꝝ q̄ pereūt. Nā ipi accipiētes libertatē ſpreuerūt altiſſimū: et legē eius ꝯtempſerunt: et vias eius derelinquerūt. Adhuc aūt iuſtos eius oculcauerūt: et dixerūt in corde ſuo nō eſſe deū: et quidē ſciētes qm̄ morit̄ur. Sicut enī vos ſuſcipiēt q̄ predicta ſūt: ſic eos ſitis et cruciatus q̄ ꝓparata ſunt. Nō enī voluit hoiem diſperdi. Sed et ipi q̄ creati ſunt coinq̄nauerūt nomē eius qui fecit eos: et ingrati fuerūt ei qui ꝓparauit eis vitā. Quapropter iudiciū meū modo appropinquat. Que nō omibus demōſtraui niſi tibi: et tibi ſimilibus paucis. Et rndi et dixi Ecce nūc dne demōſtraſti mihi multitudinē ſignoꝝ q̄ inquires facere in nouiſſimis: ſed nō demōſtraſti mihi quo tpe. Ca. ix.

Et rndit ad me: et dixit. Metiens metire tempus in ſemetipſo: et erit cū videns quādo tranſient pars quedā ſignoꝝ que p̄dicta ſunt: tūc intelliges quoniā ip̄m eſt tempus in quo inquiet altiſſimus viſitare ſeculū quod ab eo factū eſt. Et quādo videbitur in ſeculo motio locorū et ppl'oꝝ turbatio: tunc intelliges quoniā de his erat altiſſimus locutus: a diebus q̄ fuerūt ante te ab initio. Sicut enī omne q̄ factū eſt in ſeculo initiū habet pariter et cōſummationē. et conſummatio eſt manifeſta: ſic et altiſſimi tempora inicia habēt manifeſta in ꝓdigiis et virtutibus et cōſūmationes in actu et in ſignis. Et erit omīs qui ſaluus factus fuerit et qui potent effugere p opera ſua et p fidē in qua credidiſtis relinquet̄ de p̄dictis peri

piscētia. Nunq̄ꝫ cū ludētibus miscui me: ne
q; cū his qui in leuitate ambulāt participē
me p̄bui. Virū aūt cū timore tuo nō cū libi
dine mea ꝯsensi suscipere. Et aut ego indi-
gna fui illis: aut illi forsitan mihi nō fuerūt
digni: quia forsitan viro alij ꝯseruasti me.
Non est enī in homīs potestate ꝯsiliū tuū.
Hoc autē ꝓ certo habet oīs qui colit te: q2
vita eius si in ꝓbatione fuerit coronabit̄:
si aūt in tribulatione fuerit liberabit̄: et si in
correptione fuerit ad misericordiā tuā per-
uenire licebit. Nō enī delectaris in p̄ditiōi
bus nr̄is: q2 post tēpestatē trāquillū facis:
et post lachrymationē et fletū exultationē
infundis. Sit nomē tuū deus israhel benedi
ctū in secula. In illo tpe exaudite sunt p̄ces
amboꝝ in ꝯspectu glorie sūmi dei: et mis-
sus est angelus dn̄i sanctus raphael ut cu-
raret eos ambos: quoꝝ vno tpe sunt orō-
nes in ꝯspectu dn̄i recitate. ¶ Ca. iiij.

Igitur cum tobias putaret orōnē suā
exaudiri ut mori potuisset: vocauit ad se to
biā filiū suū: dixitq; ei. Audi fili mi verba
oris mei: et ea in corde quasi fundamentū
ꝯstrue. Cū accepit deus aīam meā. corpus
meū sepeli: et honorē habebis mr̄i tue: oī-
bus dieb⁹ vite eius. Memor enī esse debes:
q̄ et quāta p̄icula passa sit ꝓpter te in vte-
ro suo. Cū aūt ⁊ ip̄a cōpleuerit tps vite sue
sepelias eā circa me. Omībus aūt diebus
vite tue in mēte habeto deū: et caue ne ali-
qn̄ peccato ꝯsentias: et p̄termittas p̄cepta
dei nr̄i. Ex substantia tua fac elemosinā: et
noli auertere faciē tuā ab vllo paupere. Ita
enī fiet: ut nec a te auertat̄ facies dn̄i. Quō
potueris ita esto misericors. Si multū tibi fu
erit abundanter tribue: si exiguū tibi fuerit:
etiā exiguū libenter imptiri stude. Premiū
enī bonū tibi thesaurisas in die necessitatis
qm̄ elemosina ab omī pctō et a morte libe
rat: et nō patiet̄ aīam ire in tenebras. Fidu
cia magna erit corā summo deo elemosina
omībus faciētibus eā. Attende tibi fili mi
ab omī fornicatiōe: et p̄ter vxorē tuā nūq̄ꝫ
patiaris crimē scire. Supbiā nūq̄ꝫ in tuo sen
su aut in tuo verbo dn̄ari p̄mittas. In ipsa
enī iniciū sumpsit oīs p̄ditio. Quicūq; tibi
aliq̄d opatus fuerit. statim ei mercedē resti
tue: et merces mercēnarij tui apud te oīno
nō remaneat. Qd̄ ab alio oderis fieri tibi:
vide ne tu aliqn̄ alteri facias. Panē tuū cū
esuriētibus ⁊ egētibus comede: et de vesti
mētis tuis nudos tege. Panē tuū ⁊ vinū tuū
sup sepulturā iusti ꝯstitue: et noli ex eo mā
ducare et bibere cū peccatoribus. Consiliū
semp a sapiēte p̄quire. Omī tpe bn̄dic deū
et pete ab eo ut vias tuas dirigat: et omīa
ꝯsilia tua in tp̄o p̄maneāt. Indico etiā tibi

filii mi dediſſe me decē talenta argenti dum adhuc infantulus eſſes gabelo in rages ciuitate medoꝝ: et cirographum eius apud me habeo. Et ideo perquire quomō ad eū pueniās: et recipias ab eo ſupza memoza-tū pōdus argēti: et reſtituas ei cirographū ſuū. Noli timere fili mi: pauperē quidē vi-tam gerimus: ſed multa bona habebimus ſi timuerimus deū. et receſſerimus ab omi peccato: et fecerimus bene. Ca.v.

Vnc reſpōdit tobias patri ſuo et dixit Omnia quecūqz pcepiſti mihi faciā pater. Quō aūt pecuniā hāc inquirā ignoro. Ille me neſcit: et ego eū ignoro. Qđ ſignū dabo ei? Sed neqz viā per quā pergat illuc. aliqñ cognoui. Tunc pater ſuus rñdit illi et dixit. Cirographū quidē illius apud me habeo: qđ dū illi oſtēderis ſtatim reſtituet. Sz pge nūc et inquire tibi aliquē fidelē virū: q eat tecū ſalua mercede ſua. dū adhuc viuo: ut recipiąs eā. Tunc egreſſus tobias inuenit iuuenē ſtantē ſplendidū pcinctū: et q̄ſi pa-ratū ad ambulādū. Et ignoraſ qp angelus dei eſſet: ſalutauit eū et dixit. Vnde te habe mus bone iuuenis? At ille rñdit. Ex filiis iſrahel. Et tobias dixit ei. Noſti viā q̄ du cit in regionē medoꝝ? Cui rñdit. Noui: et omīa itenera eius frequēter ambulaui: et manſi apud gabelū fratrē nīm qui moza-tur in rages ciuitate medoꝝ. que poſita eſt in mōte egbathanis. Cui tobias ait. Suſtine me obſecro: donec hec ipa nunciē pri meo. Tunc ingreſſus tobias. indicauit vniuerſa hec patri ſuo. Sup q̄ ammiratus pater: ro-gauit vt introiret ad eū. Ingreſſus itaqz ſa lutauit eū et dixit. Gaudiū tibi ſit ſemp. Et tobias ait. Quale gaudiū mihi erit: qui in tenebris ſedeo. et lumē celi nō video? Cui ait iuuenis. Forti animo eſto: in pximo eſt ut a deo curens. Dixit itaqz illi tobias. Nū quid poteris pducere filiū meū ad gabelū in rages ciuitatē medoꝝ? Et cū recteris. re ſtituā tibi mercedē tuā. Et dixit ei angelus Ego ducā: et reducā eū ad te. Cui tobias rñdit. Rogo te indica mihi. de qua domo: aut de qua tribu es tu? Cui raphael ange-lus dixit. Genus quens mercennarii: an ip ſum mercennariū q̄ cū filio tuo eat? Sed ne forte ſollicitū te reddam: ego ſum azarias ananie magni filius. Et tobias reſpōdit. Ex magno genere es tu. Sed peto ne iraſcaris: qp voluerim cognoſcere genus tuum. Dixit aūt illi angelus. Ego ſanū ducā: et ſanū ti-bi reducā filiū tuū. Rīdens aūt tobias ait Bene ambuletis: et ſit dñs in itinere vro: et angelus eius comitet vobiſcū. Tunc pa ratis omibus que erāt in via portāda: fe-cit tobias vale patri ſuo. et mri ſue: et am-bulauerūt ambo ſimul. Cūqz pfecti eſſent: cepit mater eius flere et dicere. Baculū ſe-nectutis nre tuliſti: et tranſmiſiſti a nobis. Numqz fuiſſz ipa pecunia: p qua miſiſti eū Sufficiebat nobis paupras nra: ut diuitias cōputaremus hoc: qp videbamus filiū no-ſtrū. Dixitqz tobias. Noli flere. Saluus pueri et filius nr: et ſaluus reuertet ad nos: et oculi tui videbūt illū. Credo enī qp ange lus dei bonus comitet ei: et bene diſponet omia q̄ circa eū gerunt: ita ut cū gaudio re uertat ad nos. Ad hanc vocē ceſſauit ma-ter eius flere. et tacuit. Ca.vj.

Profectus ē aūt tobias: et canis ſecu-tus eſt ea: et māſit pma manſiōe iuxta flu uiū tigrim. Et exiuit ut lauaret pedes ſuos: et ecce piſcis immanis exiuit ad deuorādū eū. Quē expaueſcēs tobias: clamauit voce magna dicēs. Dñe: inuadit me. Et dixit ei angelus. Apprehēde branchiā eius: et trahe eū ad te. Qđ cū feciſſz attraxit eū in ſiccū: et palpitare cepit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus. Exentera hūc piſcē: et cor eius. et fel et iecur repone tibi. Sūt enī hec neceſ-ſaria ad medicamēta vtiliter. Qđ cū feciſſz aſſauit carnes eius. et ſecū ſuſtulerūt in via cetera ſalierūt q̄ ſufficerēt eis: quouſqz pue nirent in rages ciuitatē medoꝝ. Tunc inter rogauit tobias angelū et dixit ei. Obſecro te azaria frater: ut dicas mihi quod remediū habebūt iſta q̄ de piſce ſeruare iuſiſti. Et re ſpondēs angelus dixit ei. Cordis eius par ticulā ſi ſuper carbones ponas. fumus eius extricat omne genus demoniꝝ ſiue a viro ſiue a muliere: ita vt vltra non accedet ad eos. Et dixit ei tobias. Vbi vis vt mane-amus? Reſpondensqz angelus ait. Eſt hic raguel nomine vir pprinquus de tribu tua

et hic habet filiā nomine sarā: sed neq; ma
sculū neq; feminā vllā habet aliā preter eā.
Tibi debet̄ oīs substantia eius: et oportet
eā te accipe cōiugē. Pete ergo eam a patre
eius: et dabit tibi eā vxorē. Tunc respondit
tobias: et dixit. Audio q2 tradita est septē
viris. et mortui sunt: sed et hoc audiui. q2
demoniū occidit illos. Timeo ergo ne forte
et mihi hoc eueniat: et cū sim vnicus parē-
tibus meis: deponā senectutē illoꝝ cū tri-
stitia ad inferos. Tunc angelus raphael di
xit ei. Audi me et ostendā tibi. q̄ sunt qui-
bus p̄ualere pōt demoniū. Hi nāq; qui cō
iugiū ita suscipiūt. ut deū a se et a sua men
te excludant. et sue libidini ita vacent sicut
equus ⁊ mulus q̄bus nō est intellectus: ha
bet potestatē demoniū sup eos. Tu aūt cū
acceperis eā. ingressus cubiculū p tres dies
ɔtinēs esto ab ea: et nihil aliud nisi oratio
nibus vacabis cū ea. Ipsa aūt nocte. incē-
so iecore piscis fugabit̄ demoniū. Secunda
vero nocte. in copulatiōe sctōꝝ p̄ñarcharū
admitteris. Tertia vero nocte bn̄dictionē
ɔsequeris: ut filij ex vobis ꝓcreent̄ incolu
mes. Trāsacta aūt tertia nocte accipies vir
ginē cū timore dn̄i. amore filioꝝ magis q̄ꝫ
libidinis ductus: vt in semie abrahe bn̄di
ctionē in filijs ɔsequaris. ¶ Ca. vij.
INgressi sunt autē ad raguelē: et susce
pit eos raguel cū gaudio. Intuēsq; tobiam
raguel: dixit anne vxori sue. Quā similis ē
iuuenis iste ɔsobrino meo. Et cū hec dixis
set. ait. Vnde estis iuuenes fratres nr̄i? At
illi dixerūt. Ex tribu neptalim sumus: ex ca
ptiuitate niniue. Dixitq; illis raguel. No-
stis tobiā fratrē meū? Qui dixerūt. Noui-
mus. Cūq; multa bona loqueret̄ de eo: di-
xit angelus ad raguelē. Tobias de quo in
terrogas pater istius est. Et misit se raguel.
et cū lachrymis osculatus est eū: et plorās
supra collū eius dixit. Bn̄dictio sit tibi fili
mi: q2 boni ⁊ optimi viri filius es. Et anna
vxor eius et sara ipsorū filia lachrymate
sunt. Postq̄ꝫ aūt locuti sūt: p̄cepit raguel oc
cidi arietē. et parari cōuiuiū. Cūq; hortare
tur eos discūbere ad prādiū: tobias dixit.
Hic ego hodie nō māducabo neq; bibam
nisi prius petitionē meā ɔfirmes: et ꝓmit-
tas mihi dare saram filiā tuā. Quo audito
verbo raguel expauit. sciēs q̄d euenerit illis
septē viris qui ingressi sunt ad eā: et timere
cepit: ne forte ⁊ huic similiter ɔtingeret. Et
cū nutaret et nō daret petēti vllū responsum
dixit ei angelus. Noli timere dare eā isti:
qm̄ huic timēti deū debet̄ cōiunx filia tua.
ꝓpterea alius nō potuit habē illā. Tunc di
xit raguel. nō dubito q̄ deus p̄ces ⁊ lachry
mas meas in ɔspectu suo admiserit. Et cre
do qm̄ ideo fecit vos venire ad me: ut ⁊ ista
cōiungeret̄ cognatiōi sue. scd̄m legē moisi.
Et nūc noli dubiū gerere: q̄ tibi eā tradā.
Et apprehēdēs dextrā filie sue: dextre tobie
tradidit dicēs. Deus abrahā et deus isaac
et deus iacob vobiscū sit. et ipe ɔiūgat vos:
impleatq; bn̄dictionē suā in vobis. Et acce
pta carta. fecerūt ɔscriptionē ɔiugij. Et post
hec epulati sunt bn̄dicētes deū. Vocauitq;
raguel ad se annā vxorē suā: et p̄cepit ei ut
p̄pararet alterū cubiculū. Et introduxit illuc
sarā filiā suā: et lachrymata ē. Dixitq; ei.
Forti aīo esto filia mea. Dn̄s celi det tibi
gaudiū ꝓtedio qd̄ ꝑpessa es. ¶ Ca. viij.
POstq̄ꝫ vero cenauerūt: introduxerunt
iuuenē ad eā. Recordatus itaq; tobi
as s̄monū angeli ꝓtulit de cassidili suo par
tē iecoris: posuitq; eā sup carbones viuos.
Tunc raphael āgelus apprehēdit demoniū
et religauit eum in deserto supioris egipti.
Tunc hortatus est v̄ginē tobias: dixitq; ei
Sara exsurge ⁊ de p̄cemur deū hodie et cras
et scd̄m cras: q2 his tribus noctibus deo iū
gimur: tertia aūt trāsacta nocte. in nr̄o eri-
mus cōiugio. Filij quippe sctōꝝ sumus: et
nō possumus ita ɔiūgi. sicut gentes q̄ igno-
rant deū. Surgētes aūt pariter instāter ora
bant ambo sil̄: ut sanitas daret̄ eis. Dixit-
q; tobias. Dn̄e deus patrū nr̄oꝝ bn̄dicāt
te celi terre mareq; et fontes et flumina: et
oēs creature tue q̄ in eis sūt. Tu fecisti adā
de limo terre dedistiq; ei adiutoriū euā. Et
nūc dn̄e tu scis q2 nō luxurie causa accipio
sororē meā ɔiugē: s3 sola posteritatis dile-
ctione in q̄ bn̄dicat̄ nomē tuū in scl̄a scl̄o-
rū. Dixit itaq; sara. Miserere nobis dn̄e mi
serere nobis: et ɔsenescamus ambo pariter
sani. Et factū ē circa pulloꝝ cantū accersiri

iussit raguel seruos suos: et abierūt cum eo
pariter vt foderent sepulchrū. Dicebat enī
ne simili mō euenerit ei. quo et ceteris alijs
septē viris q̄ sunt ingressi ad eā. Cunq; pa
rasset fossam: reuersus raguel ad vxorē suā
dixit ei. Mitte vnā ex ancillis tuis. et vide-
at si mortuus est: ut sepeliā eā anteq̄ illuce
scat. At illa misit vnā ex ancillis suis. Que
ingressa cubiculū repperit eos saluos ⁊ inco
lumes: secū pariter dormientes. Et reuersa
nūciauit bonū nunciū. Et bn̄dixerūt dn̄m:
raguel vicz et anna vxor eius: et dixerunt.
Benedicimus te dn̄e deus israhel. q2 nō cō
tigit nobis quēadmodū putabamus. Feci-
sti enī nobiscū misericordiā tuā: et exclusi-
sti a nobis inimicū p̄sequentē nos. Miser-
tus es aūt duobus vnicis. Fac eos dn̄e in
plenius bn̄dicere te: et sacrificiū laudis tue
et sue sanitatis offerre: ut cognoscat vniuer
sitas gentiū. q2 tu es deus solus in vniuersa
terra. Statimq; p̄cepit seruis suis raguel vt
replerent terra fossam quā fecerāt: priusq̄
illucesceret. Vxori aūt sue dixit vt instrue-
ret cōuiuiū: et p̄pararet oīa q̄ in cibos erant
iter agētibus necessaria. Duas quoq; pin-
gues vaccas. et q̄tuor arietes occidi fecit:
et parari epulas omībus vicinis suis. cun-
ctisq; amicis. Et adiurauit raguel tobiā: ut
duas ebdomadas moraret̄ apud eū. De
omībus aūt q̄ possidebat raguel dimidiā
partē dedit tobie: et fecit hanc scripturā: vt
pars dimidia que superat. post obitū eorū
tobie domino deueniret. ¶ Ca. ix.

Vnc vocauit tobias angelum ad se.
quē quidē hominē existimabat: dixitq; ei.
Azaria frater: peto vt auscultes verba mea.
Si meip̄m tradā tibi seruū: nō ero ꝯdignus
p̄uidētie tue. Tamē obsecro te ut assumas
tibi animalia siue seruitia: et vades ad ga
belū in rages ciuitatē medorū. reddasq; ei
cirographū suū: et recipias ab eo pecuniā.
et roges eū venire ad nuptias meas. Scis
enī ipse quoniā numerat pater meus dies:
et si tardauero vna die plus cōtristat̄ aīa
eius. Et certe vides quō adiurauit me ra-
guel: cuius adiuramentū spernē nō possum.
Tunc raphael assumens quatuor ex seruis
raguelis et duos camelos. in rages ciuitatē
medorū p̄rexit: et inueniēs gabelū dedit ei
cirographū suū: et recepit omnē pecuniam.
Indicauitq; ei de tobia filio tobie oīa que
gesta sunt: fecitq; eū secū venire ad nuptias
Cūq; ingressus esset domū raguelis. inuenit
tobiā discūbentē: et exiliēs osculati sunt se
inuicē. Et fleuit gabelus: bn̄dixitq; deū et
dixit. Benedicat te deus israhel: q2 filius es
optimi viri et iusti et timētis deū: et elemo
sinas faciētis. Et dicat̄ bn̄dictio sup vxorē
tuā. et sup parētes vestros: et videatis fili-
os vestros et filios filiorū vr̄orū usq; in ter-
tiā et quartā generationē: et sit semē vr̄m
benedictū a deo israhel. qui regnat in secu-
la seculorū. Cūq; om̄es dixissent amen: ac
cesserūt ad cōuiuiū. Sed et cum timore dn̄i
nuptiarū cōuiuiū exercebāt. ¶ Ca. x.

Cum vero moras faceret tobias cau-
sa nuptiarū: sollicitus erat pater eius tobias
dicens. Putas q̄re morat̄ filius meus: aut
q̄re detentus ē ibi? Putas ne gabelus mor
tuus est. et nemo reddit illi pecuniā? Cepit
aūt ꝯtristari nimis ip̄e ⁊ anna vxor eius cū
eo: et ceperūt ambo sil̄ flere: eo q̄ die statu
to minime reuerteret̄ filius eorū ad eos. Fle
bat igit̄ mater eius irremediabilib⁹ lachry
mis: atq; dicebat. Heu me fili. vtq̄d te mi
simus pegrinari lumē oculorū nostrorū. ba
culū senectutis nr̄e. solaciū vite nr̄e. spem po-
steritatis nostre? Omīa simul in te vno ha-
bentes: te nō debuimus dimittere a nobis.
Cui dicebat tobias. Tace et noli turbari:
sanus est filius noster: satis fidelis est vir
ille cū quo misimus eū. Illa aūt nullo mo-
do ꝯsolari poterat: sed quotidie exiliēs cir-
cumspiciebat. et circuibat vias oēs p quas
spes remeandi videbat̄: ut p̄cul videret eū
si fieri posset venientē. At vero raguel di-
cebat ad generū suū. Mane hic: et ego mit-
tam nūciū salutis de te ad tobiā patrē tuū.
Cui tobias ait. Ego noui q2 pater meus et
mater mea modo dies cōputāt: et cruciat̄
spūs eorū in ip̄is. Cunq; verbis multis ro-
garet raguel tobiā. et ille eū nulla rōne vel
let audire: tradidit ei sarā ⁊ dimidiā partē
omīs substantie sue. in pueris. in puellis in
pecudibus. in camelis. et in vaccis. et pecu-
nia multa: et saluū atq; gaudentē dimisit

Nam sicut infirmus baculo sustentatur sic parentes in senectute debent a filijs sustentari.

eum a se dicēs. Angelus dñi sanctus sit in itinere vestro: pducatq; vos incolumes. et inueniatis oīa recte circa parētes vestros: et videāt oculi mei filios vr̄os priusq̄ mo riar. Et apprehendētes parētes filiā suam. osculati sunt eā. et dimiserūt ire: monentes eā honorare soceros. diligere maritū. regere familiā. gubernare domū: et seipsam irrep̄hensibilem exhibere. ¶ Ca. xi.

Cunq; reuerterent̄: puenerūt ad charrā que est in medio itinere ɔtra niniuen vndecimo die. Dixitq; angelus. Tobia frater scis quemadmodū reliquisti patrē tuū. Si placet itaq; tibi p̄cedamus: et lento gradu insequant̄ iter nr̄m familie simul cū cōiuge tua: et cū aīalibus. Cunq; hoc placuisset ut irent: dixit raphael ad tobiā. Tolle tecū ex felle piscis: erit enī necessariū. Tulit itaq; tobias ex felle illo: et abierūt. Anna aūt sedebat secus viā quotidie in supcilio montis: vnde respicere poterat de lōgin quo. Et dū ex eodem loco specularet̄ aduentū eius: vidit a longe et ilico cognouit veniētem filiū suū: currensq; nūciauit viro suo dicēs. Ecce venit filius tuus. Dixitq; raphael ad tobiā At vbi introieris domū tuā. statim adora dominū deū tuū: et gratias agens ei. accede ad patrē tuū: et osculare eum. Statimq; lini super oculos eius ex felle isto piscis. qđ portas tecū. Scias enim qm̄ aperient̄ mox oculi eius: et videbit pater tuus lumē celi: et in aspectu tuo gaudebit. Tunc p̄cucurrit canis qui simul fuerat in via: et q̄si nūcius adueniens blandimento sue caude gaudebat. Et exsurgēs cecus pater. cepit offendēs pedibus currere: et data manu puero. occurrit in obuia filio suo. Et suscipiēs osculatus est eum cum vxore sua: et ceperūt flere pre gaudio. Cūq; adorassent deum. et gratias egissent: consederūt. Tunc sumens tobias de felle piscis. liniuit oculos patri suo. Et sustinuit quasi dimidiā fere horam: et cepit albugo ex oculis eius quasi mēbranū oui egredi. Quod apprehendens tobias traxit ab oculis eius: statimq; visum recepit. Et glorificabant deū ipe vicz et vxor eius: et om̄es q̄ sciebant eū. Dicebatq; tobias. Benedico te dñe deus israhel q̄a tu castigasti me: et tu saluasti me. Et ecce ego video tobiam filiū meū. Ingressa est etiā post septē dies sara vxor filij eius. et om̄is familia et pecora sana: et cameli. et pecunia mlta vxoris: sed et illa pecunia quā recepat a gabelo. Et narrauit pentibus suis oīa beneficia dei: que fecisset circa eū p hoīem qui eum duxerat. Venerūtq; achior et nabath ɔsobrini tobie. gaudētes ad tobiā: et cōgratulantes ei de omībus bonis q̄ circa illū ostēderat deus. Et p septē dies epulātes om̄es cū gaudio magno gauisi sunt. ¶ Ca. xii.

Cunc vocauit ad se tobias filiū suū: dixitq; ei. Quid possumus dare viro isti sancto qui venit tecū? Respondēs tobias. dixit patri suo. Pater quam mercedē dabimus ei: aut quid dignū poterit esse beneficijs eius? Me duxit et reduxit sanū: pecuniam a gabelo ipe recepit: vxorē ipse me habere fecit. et demoniū ab ea ipe compescuit: gaudiū parentibus eius fecit: mei p̄m a deuoratione piscis eripuit: te quoq; videre fecit lumen celi: et bonis omībus p eum repleti sumus? Quid illi ad hec poterimus dignū dare? Sed peto te pater mi: ut roges eum. si forte dignabit̄ medietatē de omībus que allata sunt sibi assumere. Et vocātes eum pater scz et filius. tulerunt eū in partem: et rogare ceperunt vt dignaret̄ dimidiā partē omniū que attulerāt acceptā habere. Tunc dixit eis occulte. Benedicite deū celi: et coram omībus viuētibus ɔfitemini ei: quia fecit vobiscū misericordiā suam. Etenī sacramentū regis abscondere bonū est: opa aūt dei reuelare et ɔfiteri honorificū est. Bona est oratio cū ieiunio et elemosina. magis q̄ thesauros auri recōdere: qm̄ elemosina a morte liberat. et ipa est q̄ purgat peccata: et facit inuenire vitā eternam. Qui aūt faciūt peccatū ⁊ iniquitatē: hostes sunt anime sue. Manifesto ergo vobis veritatē: et nō abscondā a vobis occultū sermonē. Quādo orabas cū lachrymis et sepeliebas mortuos. et derelinquebas prandiū tuū et mortuos abscondebas p diē in domo tua et nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationē tuam dño. Et quia acceptus eras deo: necesse fuit vt tēptatio ꝓbaret te.

Et nūc misit me dn̄s vt curarē te: et saram vxorē filij tui a demonio liberarē. Ego enī sum raphael angelus: vnus ex septem qui astamus ante dn̄m. Cūq; hec audissent turbati sunt: et tremētes ceciderūt sup terrā in faciē suā. Dixitq; eis angelus. Pax vobis. Nolite timere. Etenī cū essem vobiscū per voluntatē dei. ip̄m bn̄dicite et cantate illi: videbar quidē vobiscū māducare et bibere: sed ego cibo inuisibili et potu qui ab hominibus videre nō potest vtor. Tempus est ergo vt reuertar ad eum qui me misit: vos autē benedicite deū: et narrate omnia mirabilia eius. Et cū hec dixisset. ab aspectu eorꝫ ablatus est: et vltra eū videre non potuerūt. Tunc ꝓstrati p horas tres in faciē benedixerūt deū. Et exurgentes: narrauerūt omnia mirabilia eius. ¶ Ca. xiij.

Narratio mirabilium

Aperiens aūt tobias senior os suū benedixit dn̄m ⁊ dixit. Magnus es dn̄e in eternū. et in oīa secula regnū tuū: qm̄ tu flagellas et saluas. deducis ad inferos ⁊ reducis: et nō est qui affugiat manū tuā. Cōfitemini dn̄o filij israhel. et in ꝯspectu gentiū laudate eū: qm̄ ideo dispsit vos inter gētes q̄ ignorāt eū. ut vos enarretis mirabilia eius: et faciatis scire eos. q2 nō est alius deus oī potens p̄ter eū. Ip se castigauit nos ꝓpter iniquitates nr̄as: et ip̄e saluauit nos ꝓpter misericordiā suā. Aspicite ergo q̄ fecit vobiscū et cū timore et tremore ꝯfitemini illi: regēq; seculorꝫ exaltate in opibus vestris. Ego aūt in terra captiuitatis mee cōfitebor illi: qm̄ ostendit maiestatē suā in gentē peccatricē. Cōuertimini itaq; pctōres. et facite iustitiā corā dn̄o: credentes q̄ faciat vobiscū misericordiā suā. Ego autē et aīa mea in eo letabimur. Benedicite dn̄o om̄es electi eius: et agite dies letitie ⁊ ꝯfitemini illi. Ierusalē ciuitas dei: castigauit te dn̄s in operibus manuū tuarū. Cōfitere dn̄o in bonis tuis. et benedic deū seculorꝫ: ut reedificet in te tabernaculū suū. et reuocet ad te om̄s captiuos: et gaudeas in oīa secula seculorꝫ. Luce splēdida fulgebis: et om̄s fines terre adorabūt te. Nationes ex longinquo ad te veniēt: et munera deferentes adorabūt in te dominū: et terrā tuā in sanctificationē habebunt. Nomen enī magnū inuocabūt in te. Maledicti erūt qui cōtempserint te: et ꝯdemnati erūt om̄s q̄ blasphemauerint te: bn̄dictiq; erūt qui edificauerint te. Tu aūt letaberis in filijs tuis: qm̄ om̄es benedicētur. et cōgregabunt̄ ad dn̄m. Beati omnes qui diligunt te: et qui gaudēt sup pace tua Anima mea benedic dn̄m: quoniā liberauit ierusalē ciuitatē suā. Beatus ero: si fuerint reliquie seminis mei ad videndā claritatē ierusalem. Porte ierusalē ex saphiro et smaragdo edificabunt̄: et ex lapide p̄cioso om̄is circuitus murorꝫ eius. Ex lapide cādido et mūdo om̄es platee eius sternent̄: et p vicos eius alleluia cantabit̄. Benedictus dn̄s q̄ exaltauit eā: ut sit regnū eius in secula seculorꝫ sup eā amē. ¶ Ca. xiiij

Et ꝯsummati sūt sermones tobie. Et postq̄ illumiatus ē tobias vixit ānis q̄dragintaduobus: et vidit filios nepotū suorꝫ. Cōpletis itaq; ānis centūduobus. sepultus est honorifice in niniue. Quinq̄ginta nāq; et sex ānorꝫ lumē oculorꝫ amisit: sexagenarius vero recepit. Reliquū vero vite sue in gaudio fuit: et cū bono ꝓfectu timoris dei p̄rexit in pace. In hora aūt mortis sue vocauit ad se tobiā filiū suū. et septē iuuenes filios suos nepotes: dixitq; eis. Prope erit interitus niniue. Nō enī excidit verbum dn̄i: et fr̄es nr̄i qui dispsi sūt a terra isrl̄. reuertent̄ ad eā. Om̄is aūt terra eius deserta replebit̄ et domus dei q̄ in ea incensa ē iterū reedificabit̄: ibiq; reuertent̄ om̄s timētes deū. Et relinquēt gentes ydola sua: et veniēt in ierusalē. et inhabitabūt in ea: et gaudebunt in ea om̄es reges terre. adorantes regē isrl̄. Audite ergo filij mei. patrē vestrū. Seruite dn̄o in veritate: et inq̄rite ut faciatis q̄ placita sunt illi. Et filijs vr̄is mādate. ut faciāt iustitias ⁊ elemosinas: ut sint memores dei et benedicāt eū in omī tp̄e in veritate et in tota virtute sua. Nūc ergo filij audite me: et nolite manere hic. Sed quacūq; die sepelieritis matrē vestrā circa me in vno sepulchro: ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc. Video enī q2 iniquitas eius finē dabit ei. Factum est aūt post obitum matris sue. tobias abscessit ex niniue cū vxore

sua et filijs. et filiorum filijs: et reuersus est ad
soceros suos. Inuenitque eos incolumes in se
nectute bona. et curam eorum gessit. Et ipse clau
sit oculos eorum: et omnem hereditatem domus
raguelis ipse percepit: viditque quintam generati-
onem filios filiorum suorum. Et completis annis no
naginta et nouem in timore domini: cum gaudio
sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius et
omnis generatio eius in bona vita et in sancta
conuersatione permansit: ita ut accepti essent tam
deo quam hominibus: et cunctis habitantibus terram.

Finit liber Thobie. Prologus in librum Iudith.

APud hebreos liber iudith in
ter agyographa legitur: cuius
auctas ad roboranda illa que
in contentionem veniunt minus
idonea iudicatur. Chaldeo tamen
sermone conscriptus: inter hystorias computa
tur. Sed quia hunc librum sinodus nicena in nu
mero sanctarum scripturarum legitur computasse. ac-
quieui postulationi vestre immo exactioni: et
sepositis occupationibus quibus vehementer
artabar. huic vnam lucubraciunculam dedi: ma
gis sensum e sensu quam ex verbo verbum transfe
rens. Multorum codicum varietatem vicio sissi-
mam amputaui: sola ea que intelligentia inte
gra in verbis chaldeis inuenire potui. latinis
expressi. Accipite iudith viduam. castitatis
exemplum: et triumphale laude perpetuis eam preco
nijs declarate. Hanc enim non solum feminis. sed
et viris imitabilem dedit: quia castitatis eius re-
munerator virtutem talem tribuit. ut inuictum omni-
bus hominibus vinceret: insuperabilem superaret.

Incipit liber Iudith. Ca. j.

ARphaxat itaque rex me
dorum subiugauerat mul
tas gentes imperio suo:
et ipse edificauit ciuita-
tem potentissimam quam ap-
pellauit egbathanis. ex
lapidibus quadratis et se
ctis fecit muros eius: in altitudine cubitorum
septuaginta. et in latitudine cubitorum trigin
ta: turres vero eius posuit in altitudine cubi
torum centum. Per quadrum vero earum. latus vtrumque
vicenorum pedum spacio tendebatur: posuitque por
tas eius in altitudine turrium. Et gloriabatur
quasi potens in potentia exercitus sui: et in
gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duo-
decimo regni sui. nabuchodonosor rex assi
riorum qui regnauit in niuiue ciuitate magna
pugnauit contra arphaxat: et obtinuit eum in
campo magno qui appellatur ragau. circa eu
fraten et tigrin. et iadason in campo erioch
regis elicorum. Tunc exaltatum est regnum nabu
chodonosor: et cor eius eleuatum est. Et mi
sit ad omnes qui habitabant in cilicia. et dama-
sco et libano. et ad gentes que sunt in carmelo
et cedar. et inhabitantes galileam. in campo
magno esdrelon: et ad omnes qui erant in sama-
ria. et trans flumen iordanem. vsque ierusalem et
omnem terram yesse. quousque perueniatur ad mon-
tes ethiopie. Ad hos omnes misit nuncios na-
buchodonosor rex assiriorum: qui omnes vno
animo contradixerunt. et remiserunt eos vacuos:
ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus
nabuchodonosor rex ad omnem terram illam. iu
rauit per regnum et thronum suum: quod defenderet
se de omnibus his. Ca. ij.

ANno tertiodecimo nabuchodonosor
regis vicesima et secunda die mensis primi. factum
est verbum in domo nabuchodonosor regis
assiriorum: ut defenderet se. Vocauitque omnes
maiores omnesque duces bellatores suos: et
habuit cum eis misterium consilij sui. Dixitque co
gitationem suam in eo esse: ut omnem terram suo
subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset
omnibus: vocauit nabuchodonosor rex ho-
lofernem principem militie sue: et dixit ei. Egre-
dere aduersum omne regnum occidentis: et con
tra eos precipue qui contempserunt imperium meum
Non parcet oculus tuus vlli regno: omnemque
vrbem munitam subiugabis mihi. Tunc holo
fernes vocauit duces et magistratus virtu-
tis assiriorum: et dinumerauit viros in expedi
tione sicut precepit ei rex. centum uigintimilia
peditum pugnatorum: et equites sagittarios duo
decim milia. Omnemque expeditionem suam fecit
perire in multitudine innumerabilium camelo
rum. cum his que exercitibus sufficerent copiose:
boum quoque armenta. gregesque ouium. quorum non
erat numerus. Frumentum ex omni siria in tran
situ suo parari constituit. Aurum vero et argentum
de domo regis assumpsit multum nimis. Et pro
fectus est ipse et omnis exercitus cum quadrigis
et equitibus et sagittarijs: qui cooperuerunt

faciē terre sicut locuste. Cūq; ꝑtransisset fi-
nes assiriorꝝ venit ad magnos mōtes ange
qui sūt a sinistro cilicie: ascēditq; oīa castel
la eorꝝ: et obtinuit oēm munitionē. Effre-
git aūt ciuitatē opinatissimā melothi: ꝑda
uitq; oīs filios tharsis. et filios ysmahel q̄
erāt ꝯtra faciē deserti. et ad austrū terre ce-
leon. Et transiuit eufraten. et venit in meso-
potamiā: et effregit oīs ciuitates excelsas
que erāt ibi a torrente mambre vsquequo
ꝑueniatur ad mare: et occupauit terminos
eius a cilicia vsq; ad fines iaphet. qui sunt
ad austrū. Adduxitq; oīes filios madiā.
et ꝑdauit omnē locupletationē eorꝝ: oīes
q; resistētes sibi occidit ī ore gladij. Et post
hec descēdit in campos damasci in diebus
messis et succēdit oīa sata: oīesq; arbores
et vineas fecit incidi: et cecidit timor illius
sup oīes inhabitantes terrā. ¶ Ca. iij.

Vnc miserunt legatos suos vniuersa
rū vrbiū ac ꝓuintiarū reges ac prin
cipes sirie. scz et mesopotamie. et sirie sobal
et libie. atq; cilicie. qui veniētes ad holofer
nem dixerūt. Desinat indignatio tua circa
nos. Melius est enī ut viuentes seruiamus
nabuchodonosor regi magno. et subditi si
mus tibi: q̄ moriētes cū interitu nr̄o ipsi ser
uitutis nr̄e damna patiamur. Omīs ciuitas
nostra omīsq; possessio. oīes colles ⁊ mō-
tes. et campi. et armēta boū. gregesq; ouiū
et caprarū equorūq; ⁊ camelorꝝ et vniuer
se facultates nostre atq; familie in ꝯspectu
tuo sunt. Sint omīa sub lege tua. Nos etiā
et filij nr̄i. serui tui sumus. Veni nobis paci
ficus dn̄s: et vtere seruitio nostro sicut pla-
cuerit tibi. Tunc descendit de mōtibus cū
equitibus in v̄tute magna: et obtinuit om
nē ciuitatē. et omnē inhabitantē terrā. De
vniuersis aūt vrbibus assumpsit sibi auxi
liarios viros fortes et electos ad bellum.
Tantusq; metus ꝓuintijs illis incubuit: ut
vniuersarū vrbiū habitatores p̄ncipes et
honorati simul cū ꝓpl'is exirēt in obuiā ve-
nienti. excipiētes eū cū coronis ⁊ lampadi-
bus: ducētes choros in timpanis et tibijs.
Nec ista tn̄ faciētes. ferocitatē eius pecto-
ris mitigare potuerūt. Nā et ciuitates eorū
destruxit: et lucos eorū excidit. Preceperat
enī illi nabuchodonosor rex. ut oīes deos
terre extermīaret: vicz vt ip̄e solus diceret̄
deus ab his nationibus q̄ potuissent holo-
fernis potētia subiugari. Pertrāsiens autē
siriā sobal ⁊ omnē appamiā. omnēq; meso
potamiam venit ad ydumeos in terra ga-
baa: accepitq; ciuitates eorꝝ. et sedit ibi per
triginta dies: in q̄bus diebus adunari p̄ce
pit vniuersū exercitū virtutis sue. ¶ Ca. iiij.

Vnc audiētes hec filij israhel qui ha-
bitabāt terrā iudee: timuerūt valde a
facie eius. Tremor etiā ⁊ horror inuasit sen
sus eorꝝ: ne hoc faceret ierusalē et tēplo dn̄i
q̄d fecerat ceteris ciuitatibus et tēplis earū
Et miserūt in oēm samariā per circuitū vsq;
ihericho: et preoccupauerūt oīes vertices
montiū. Et muris circūderūt vicos suos: et
cōgregauerunt frumenta in p̄parationē pu
gne. Sacerdos etiā eliachim scripsit ad vni
uersos qui erāt ꝯtra esdrelon. que est ꝯtra
faciem campi magni iuxta dotaim: et vni
uersis ꝑ quos vie trāsitus esse poterat: vt
obtinerēt ascēsus montiū ꝑ quos via esse
poterat ad ierusalē: et illic custodirent vbi
angustū iter esse poterat inter mōtes. Et fe-
cerunt filij israhel: scd̄m q̄d ꝯstituerat eis sa
cerdos dn̄i eliachim. Et clamauit oīs ꝓpl's
ad dn̄m instātia magna: et humiliauerūt
animas suas in ieiunijs. ip̄i et mulieres eo-
rū. Et induerunt se sacerdotes cilitijs: et in-
fantes ꝓstrauerūt ꝯtra faciē templi dn̄i: et
altare dn̄i operuerūt cilicio. Et clamauerūt
ad dn̄m deū israhel vnanimiter: ne darent̄
in predā infantes eorꝝ. et vxores eorꝝ in di
uisionem. et ciuitates eorꝝ in exterminiū. et
sancta eorꝝ in pollutionē: et fierēt in oppro
briū gētibus. Tunc eliachim sacerdos dn̄i
magnus circuiuit omnē isrl': allocutusq; est
eos dicens. Scitote qm̄ exaudiet dn̄s p̄ces
vestras: si manētes ꝑmāsentis in ieiunijs
et orationibus in ꝯspectu dn̄i. Memores
estote moisi serui domini: qui amalech ꝯfi
dentē in virtute sua et in potentia sua et in
exercitu suo. et in clipeis suis. et in curribus
suis. et in equitibus suis. nō ferro pugnādo
sed p̄cibus sanctis orando deiecit. Sic erūt
vniuersi hostes israhel si perseuerauentis
in hoc opere quod cepistis. Ad hāc igitur

exhortationē eius deprecātes dn̄m. pma-
nebāt in ꝯspectu dn̄i: ita vt etiā hi qui offe
rebāt dn̄o olocausta. p̄cincti cilicijs offerrēt
sacrificia dn̄o: et erat cinis sup capita eoꝝ.
Et ex toto corde suo om̄es orabāt deū: vt
visitaret populū suū israhel. ¶ Ca. v.

Nunciatumq; est holoferni p̄ncipi mi-
litie assiriorꝝ q̄ filij israhel p̄pararēt se
ad resistendū. ac montiū itinera ꝯclusissent
et furore nimio exarsit in iracūdia magna.
Vocauitq; om̄es p̄ncipes moab et duces
ammon: et dixit eis. Dicite mihi q̄s sit po-
pulus iste qui montana obsidet: aut q̄. aut
quales. et quante sint ciuitates eoꝝ q̄ etiā
sit virtus eoꝝ. aut q̄ sit multitudo eoꝝ vel
quis rex militie illoꝝ. Quare p̄ omibus q̄
habitāt in oriēte isti ꝯtempserūt me. et nō
exierūt in obuiā nobis: ut susciperēt nos cū
pace? Tunc achior dux omniū filioꝝ amō
r n̄dēs ait. Si digneris audire dn̄e. dicā ve-
ritatē in ꝯspectu tuo de ppl'o isto qui in mō-
tanis habitat: et nō egredietur verbū falsum
ex ore meo. Populus iste ex ꝓgenie chal-
deoꝝ est. Hic primū in mesopotamia ha-
bitauit: qm̄ noluerūt sequi deos patrū suo-
rū qui erāt in terra chaldeorū. Deserentes
itaq; cerimonias patrū suoꝝ que in multi-
tudine dierū erāt. vnū deū celi coluerunt: q̄
et p̄cepit eis ut exirēt inde: et habitarent in
carram. Cūq; operuisset omnē terrā fames
descenderūt in egiptū: illicq; p quadringē-
tos annos sic multiplicate sunt: ut dinume-
rari eoꝝ nō posset exercitus. Cūq; grauaret
eos rex egipti atq; in edificatiōibus vrbiū
suarū in luto et latere subiugasset eos: cla-
mauerūt ad dn̄m suū et pcussit totā terram
egipti. plagis varijs. Cūq; eiecissent eos egi
ptij a se. et cessassz plaga ab eis et iterū eos
vellēt capere et ad suum seruitiū reuocare.
fugientibus his deus celi mare aperuit: ita
vt hincinde aque quasi murus solidaren-
tur: et isti pede sicco fundū maris pambu-
lando transierūt. In quo loco dū innumera
bilis exercitus egiptiorū eos p sequeretur.
ita aquis coop̄tus est: ut nō remaneret vel
vnus. qui factū posteris nūciaret. Egressis
etiā mare rubrū deserta syna montis occur
rerunt: in quibus nunq̄ hō habitare potuit.
vel filius hoīs requieuit. Illic fontes ama-
ri obdulcati sūt eis ad bibendū: et p ānos
quadraginta annonā de celo cōsecuti sunt.
Vbicunq; ingressi sunt: sine arcu et sagitta.
et absq; scuto ⁊ gladio deus eoꝝ pugnauit
ꝓ eis et vicit. Et nō fuit qui insultaret ppl'o
isti: nisi quando recessit a cultu dn̄i dei sui.
Quotienscūq; aūt p̄ter ip̄m deū suū alterū
coluerūt: dati sunt in predā ⁊ in gladiū et in
opprobriū. Quotienscūq; aūt penituerūt se
recessisse a cultura dei sui: dedit eis deus celi
virtutē resistēdi. Deniq; chananeū regē. et
iebuseū ⁊ phereseū ⁊ eueū. et etheū ⁊ amor
reū. et om̄es potētes in esebon ꝓstrauerūt:
et terras eoꝝ et ciuitates eoꝝ ip̄i possede-
runt: et vsq; dū nō peccarēt in cōspectu dei
sui erāt cum illis bona. Deus enī illoꝝ odit
iniquitatē. Nā et ante hos ānos cū recessis-
sent a via quā dederat illis deus vt ambu
larent in ea. exterminati sunt p̄lijs a multis
nationibus: et plurimi eoꝝ captiui abdu-
cti sunt in terrā nō suā. Nup aūt reuersi ad
dn̄m deū suū ex dispsiōe qua dispsi fuerāt
adunati sunt: et ascēderūt mōtana hec oīa
et iterū possidēt ierusalem. vbi sunt sancta
sanctoꝝ. Nunc ergo mi dn̄e perquire si est
aliqua iniquitas eoꝝ in cōspectu dei eorū
ascendamus ad illos: qm̄ tradēs tradet il-
los deus eoꝝ tibi: et subiugati erūt sub iu-
go potentie tue. Si vero nō est offensio ppl'i
huius corā deo suo. nō poterimus resistere
illis: qm̄ deus eoꝝ defendet illos: et erimus
in opprobriū vniuerse terre. Et factū est cū
cessasset loqui achior verba hec: irati sunt
omnes magnates holofernis. et cogitabāt
interficere eū dicētes ad alterutrū. Quis est
iste q̄ filios israhel posse dicat resistere regi
nabuchodonosor. et exercitibus eius: ho-
mines inermes et sine virtute. et sine peritia
artis pugne? Vt ergo agnoscat achior qm̄
fallit nos. ascendemus in mōtana: et cum
capti fuerint potētes eoꝝ tūc cū eisdē gla-
dio trasuerberabitur: vt sciant om̄es gentes
quoniā nabuchodonosor deus terre est et
p̄ter ip̄m alius nō est. ¶ Ca. vi.

Factum est aūt cū cessassent loqui: in-
dignatus holofernes vehementer. dixit ad
achior. Quoniā ꝓphetasti nobis dicēs q̄

gens israhel defendat̃ a deo suo: ut ostendã
tibi qm̃ nõ est deus nisi nabuchodonosor:
cũ ꝑcusserimus eos om̃s sicut hoiem vnũ.
tũc et ipe cũ illis assiriorũ gladio interibis:
et omis isrl̃ tecũ ꝑditione disperiet: et ꝓba
bis qm̃ nabuchodonosor dñs sit vniuerse
terre. Tuncq; gladius militie mee trãsiet ꝑ
latera tua: et cõfixus cades inter vulnera-
tos israhel: et nõ respirabis vltra donec ex-
termineris cũ illis. Porro aũt si ꝓphetiã tuã
verã existimas non ꝯcidat vultus tuus: et
pallor qui faciẽ tuã obtinet abscedat a te:
si verba mea hec putas impleri non posse.
Vt aũt noueris q2 simul cũ illis hec experie
ris: ecce ex hac hora illorũ ꝓpl'o sociaberis:
vt dũ dignas mei gladij penas exceperint
ipe simul vltioni subiaceas. Tunc holo fer
nes precepit seruis suis: vt cõprehenderent
achior. et ducerẽt eũ in bethuliã: et trade-
rent eũ in manus filiorꝫ israhel. Et accipiẽ-
tes eũ serui holo fernis. ꝓfecti sũt ꝑ campe
stria: sed cũ appropinquassent ad mõtana
exierũt ꝯtra eos fundibularij. Illi aũt diuer
tentes a latere montis. ligauerũt achior ad
arborẽ manibus et pedibus: et sic vinctũ
de restibus dimiserũt eũ: et reuersi sunt ad
dñm suũ. Porro filij israhel descendẽtes de
bethulia venerũt ad eũ. Quẽ soluẽtes du-
xerũt ad bethuliam: atq; in mediũ ꝓpl'i illũ
statuẽtes ꝑcunctati sunt. q̃d rerũ essꝫ ꝙ illũ
vinctum assirij reliquissent. In diebus illis
erant illic p̃ncipes. ozias filius micha de tri
bu symeõ: et charmi qui et gothoniel. In
medio itaq; seniorum et in ꝯspectu omniũ
achior dixit oia q̃ locutus fuerat ab holo-
ferne interrogatus: et q̃liter ꝓpl'us holofer-
nis voluissꝫ ꝓpter hoc verbũ interficere eũ:
et quẽadmodũ ipe holofernes iratus iusse
rit eũ israhelitis hac de causa tradi: ut dum
vinceret filios isrl̃. tũc et ip̃m achior diuer
sis iubeat supplicijs interire: ꝓpter hoc ꝙ di
xisset. deus celi defensor eorꝫ ẽ. Cũq; achi-
or vniuersa hec exposuisset: oĩs ꝓpl'us ceci
dit in faciẽ adorantes dñm: et cõmuni la-
mẽtatiõe ⁊ fletu vnanimes p̃ces suas dño
effuderũt dicẽtes. Dñe deus celi ⁊ terre in-
tuere suꝑbiã eorꝫ et respice ad nr̃am humi
litatẽ. et faciẽ scõrꝫ tuorꝫ attẽde: et ostende

qm̃ nõ derelinquis p̃sumẽtes de te: et p̃su-
mẽtes de se. et de sua virtute gloriãtes hu-
milias. Finito itaq; fletu: et ꝑ totã diẽ ora
tione ꝓpl'orꝫ cõpleta: ꝯsolati sũt achior di
centes. Deus patrũ nr̃orꝫ cuius tu virtutẽ p̃
dicasti. ipe tibi hanc dabit vicissitudinẽ: ut
eorꝫ magis tu interitũ videas. Cũ vero dñs
deus noster dederit hãc libertatẽ seruis suis
sit et tecũ deus in medio nr̃i: ut sicut placuerit
tibi ita cũ tuis omibus cõuerseris nobiscũ.
Tunc ozias finito ꝯsilio suscepit eũ in do-
mũ suã: et fecit cenã magnã. Et vocatis oĩ
bus p̃sbyteris. simul expleto ieiunio refece
runt. Postea vero ꝯuocatus est oĩs ꝓpl's: et
ꝑ totã noctẽ intra ecclesiã orauerũt: peten-
tes auxiliũ a deo israhel. ¶ Ca. vij.

Holofernes aũt altera die p̃cepit exer
citibus suis: ut ascenderẽt ꝯtra bethuliam.
Erãt aũt pedites bellatorꝫ centũ viginti mi-
lia. et equites vigintiduo milia: p̃ter p̃para
tiones virorꝫ illorꝫ quos occupauerat capti
uitas: et abducti fuerãt de ꝓuintijs et vr-
bibus vniuerse iuuẽtutis. Om̃es parauе-
runt se pariter ad pugnã. cõtra filios isrl̃: et
venerũt per crepidinẽ mõtis usq; ad apicẽ
qui respicit suꝑ dothaima loco q̃ dicit̃ bel-
ma. usq; ad chelmon qui est ꝯtra esdrelon
Filij aũt israhel ut viderũt multitudinẽ illo
rũ ꝓstrauerũt se suꝑ terrã. mittentes cinerẽ
suꝑ capita sua: vnanimes orãtes vt deus
israhel misericordiã suã ostẽderet suꝑ ꝓpl'm
suũ. Et assumẽtes arma sua bellica. sederũt
ꝑ loca que angusti itineris tramitẽ dirigũt
inter montuosa: et erãt custodiẽtes ea tota
die et nocte. Porro holofernes dum circuit
ꝑ gyrũ. reperit ꝙ fons q̃ influebat aque
ductũ illorũ a parte australi extra ciuitatẽ
dirigeret: et incidi p̃cepit aqueductũ illorꝫ
Erãt tamẽ nõ lõge fontes a muris ex qui-
bus furtim videbant̃ haurire aquã: ad re
focillandũ potius q̃ ad potandũ. Sed filij
ammõ ⁊ moab. accesserũt ad holofernẽ di
centes. Filij israhel nõ in lancea nec in sagit
ta ꝯfidũt: sꝫ mõtes defendũt illos ⁊ muniũt
illos colles in p̃cipicio ꝯstituti. Vt ergo sine
cõgressione pugne possis superare eos. po-
ne custodes fontiũ ut nõ hauriant ex eis: et
sine gladio interficies eos: uel certe fatigati

tradent ciuitatē suā. quā putant in monti-
bus positā superari nō posse. Et placuerunt
verba hec corā holoferne et coram satelliti-
bus eius: et ꝯstituit ꝑ gyrū cētenarios per
singulos fontes. Cūq; ista custodia ꝑ dies
viginti fuisset expleta. defecerunt cisterne et
collectiōes aquarū omībus inhabitātibus
bethuliā: ita ut nō esset intra ciuitatē vnde
satiarent̄ vel vna die: quoniā ad mensurā
dabat̄ ꝓpl'is aqua quotidie. Tunc ad oziā
congregati om̄es viri femineq; iuuenes et
paruuli. om̄es simul vna voce dixerūt. Iu-
dicet deus inter nos et te: qm̄ fecisti in nos
mala. nolens loqui pacifice cum assirijs: et
ꝓpter hoc vendidit nos deus in manibus
eoꝝ. Et ideo nō est qui adiuuet: cū ꝓster-
namur ante oculos eorū in siti et in ꝑditiōe
magna. Et nūc cōgregate vniuersos qui in
ciuitate sunt: ut sponte tradamus nos om̄s
ꝓpl'o holofernis. Melius est enī vt captiui
bn̄dicamus dn̄m viuētes: q̄ moriamur et
simus o ꝓprobriū omī carni: cū videamus
vxores nr̄as et infantes nostros mori ante
oculos nr̄os. Contestamur hodie celū et ter
rā et deū patrū nr̄oꝝ. qui vlciscit̄ nos scd̄m
peccata nr̄a. ut iā tradatis ciuitatē in manu
militie holofernis: vt sit finis noster breuis
in ore gladij. q̄ longe efficit̄ in ariditate sitis
Et cū hec dixissent: factus est fletus et vlu
latus magnus ī ecclesia omībus: et ꝑ mul
tas horas vna voce clamauerūt ad deum
dicentes. Peccauimus cū patribus nostris:
iniuste egimus: iniquitatē fecimus. Tu q2
pius es miserere nr̄i. et in tuo flagello vin-
dica iniquitates nr̄as: et noli tradere ꝯfitē-
tes te ꝓpl'o qui ignorat te: vt nō dicāt inter
gentes vbi est deus eoꝝ. Et cū fatigati his
clamoribus. et his fletibus lassati siluis-
sent: et exurgens ozias infusus lachrymis
dixit. Equo aīo estote fratres: et hos quīq;
dies expectemus a dn̄o misericordiā. For
sitan enī indignationē suā abscidet: et da-
bit gloriā nomī suo. Si aūt transactis quī
q; diebus nō venerit adiutoriū: faciemus
hec verba que locuti estis. ¶ Ca. viij.

ET factū est cū audisset hec verba iu-
dith vidua. que erat filia merari. filij
ydox filij ioseph filij ozie filij elai filij iam-
nor filij gedeon filij rafoim filij achitob fi-
lij melchie filij enam filij nathanie filij sala
thiel filij symeon filij ruben. et vir eius fuit
manasses. q̄ mortuus est in diebus messis
ordeacee instabat enī sup alligātes mani-
pulos in campo. et venit estus super caput
eius: et mortuus ē in bethulia ciuitate sua
et sepultus est illic cū pr̄ibus suis. Erat aūt
iudith relicta eius vidua iā annis tribus et
mēsibus sex. Et in supioribus domus sue
fecit sibi secretū cubiculū. in quo cū puellis
suis clausa morabat̄: et habēs sup lumbos
suos ciliciū. ieiunabat omībus diebus vi-
te sue: preter sabbata et neomenias. et festa
domus israhel. Erat aūt elegāti aspectu ni-
mis: cui vir suus reliquerat diuitias multas
et familiā copiosam: ac possessiones armē
tis boum et gregibus ouiū plenas. Et erat
hec in omnibus famosissima. qm̄ timebat
dn̄m valde: nec erat q̄ loqueret̄ de illa ver
bum malū. Hec itaq; cū audissz qm̄ ozias
ꝓmisisset ꝙ trāsacto quīto die. traderet ci
uitatē: misit ad p̄sbyteros chabri ꝛ charmi
Et venerūt ad illā et dixit illis. Q̄d est hoc
verbū in q̄ ꝯsensit ozias. ut tradat ciuitatē
assirijs: si intra quīq; dies nō venerit vobis
adiutoriū? Et q̄ estis vos q̄ tēptatis dn̄m?
Nō est iste sermo q̄ misericordiā ꝓuocet:
sed potius qui irā excitet. et furorē accēdat.
Posuistis vos tēpus miseratiōis dn̄i: et in
arbitriū vestrū diem ꝯstituistis ei. Sed q2
patiens dn̄s est. in hocipso peniteamus: et
indulgentiā eius lachrymis postulemus.
Non enī quasi homo deus sic cōminabit̄:
neq; sicut filius homis ad iracundiā inflā-
mabitur. Et ideo humiliemus illi animas
nostras: et in spiritu ꝯstituti humiliato. ser-
uientes illi dicamus flentes dn̄o. vt scd̄m
voluntatē suā sic faciat nobiscū cito miseri
cordiā suā: ut sicut ꝯturbatū est cor nr̄m in
supbia eoꝝ. ita etiā de nr̄a humilitate glo-
riemur: qm̄ nō sumus secuti pctā pr̄m nr̄oꝝ
qui dereliquerūt deū suū. et adorauerūt de
os alienos: pro q̄ scelere dati sunt in gladiū
et in rapinam. et in ꝯfusionē inimicis suis.
Nos aūt alterū deū nescimus preter ip̄m.
Expectemus humiles ꝯsolationē eius. et
exquiret sanguinē nostrū de afflictionibus

inimicorū nostrorū: et humiliabit omnes
gentes quecūq; insurgūt ɔtra nos: et faciet
illas sine honore dñs deus noster. Et nūc
fratres qm̄ vos estis p̄sbyteri in ꝓpl'o dei:
et ex vobis pendet aīa illorū: ad eloquiū
vestrū corda eorū erigite: vt memores sint
qꝛ temptati sūt patres nostri. ut ꝓbarent̄ si
vere colerēt deū suū. Memores esse debēt
quō pater noster abrahā temptatus est: et
ꝑ multas tribulatiōes ꝓbatus. dei amicus
effectus ē. Sic isaac. sic iacob. sic moises: et
om̄es qui placuerūt deo. ꝑ multas tribula-
tiones transierūt fideles. Illi aūt qui tēpta-
tiones nō susceperūt cū timore dñi. et impa
cientiā suā ⁊ improperiū murmuratiōis sue
ɔtra dominū ꝓtulerūt. exterminati sunt ab
exterminatore: et a serpētibus perierūt. Et
nos ergo nō vlciscamur nos ꝓ his que pati
mur: sed reputātes peccatis nr̄is hec ip̄a sup
plicia mīora esse: flagella dñi quasi serui q̄
corripimur ad emēdationē ⁊ nō ad ꝑditio
nē nostrā euenisse credamus. Et dixerūt illi
ozias et p̄sbyteri. Omīa que locuta es ve
ra sunt: et nō est in sermonibus tuis vlla re
prehensio. Nūc ergo ora ꝓ nobis: qm̄ mu-
lier sancta es. et timēs deū. Et dixit iudith.
Sicut illis qđ po tui loqui dei esse cognosci
tis: ita quod facere disposui ꝓbate si ex deo
est: et orate vt firmū faciat deus ɔsiliū meū
Stabitis vos ad portam nocte ista: et ego
exeā cū abra mea: et orate vt sicut dixistis
in diebus quīq; respiciat dñs populū suū
israhel. Vos aūt nolo scrutemini actū meū:
et usq; dū renunciē vobis. nil aliud fiat nisi
oratio pro me ad dñm deū nostrū. Et dixit
ad eam ozias p̄nceps iude. Vade in pace:
et dñs sit tecū in vltionē inimicorꝫ nostrorꝫ
Et reuertentes abierunt. ¶ Ca. ix.
Vibus abscedētibus. iudith ingressa
est oratoriū suū: et induēs se cilicio posuit
cinerē sup caput suū: et prosternēs se dño
clamabat ad dñm dicēs. Dñe deus patris
mei symeō. qui dedisti illi gladiū in defen-
sionē alienigenarū. q̄ violatores extiterunt
in coinquinatione sua. et denudauerūt fe-
mur virginis in ɔfusionē: et dedisti mulie-
res illorꝫ in predā. et filias illorꝫ in captiui
tatē. et oēm p̄dam in diuisionē seruis tuis
qui zelauerūt zelū tuū: subueni q̄so te dñe
deus meus mihi vidue. Tu enī fecisti p̄ora
et illa post illa cogitasti: et hoc factū est qđ
ip̄e voluisti. Om̄es enī vie tue parate sunt:
et tua iudicia in tua ꝓuidētia posuisti. Re
spice castra assiriorꝫ nūc. sicut tūc castra egi
ptiorꝫ videre dignatus es: quādo post ser-
uos tuos armati currebāt. ɔfidētes in qua
drigis et in eq̄tatu suo et in multitudine bel
latorū. Sed aspexisti sup castra eorꝫ: et te-
nebre fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorꝫ
abyssus: et aque operuerūt eos. Sic fiāt et
isti dñe. qui ɔfidūt in multitudine sua. et in
curribus suis. et in cōtis. et ī sagittis suis. et
in lanceis gloriant̄: et nesciunt qꝛ tu ip̄e es
deus noster. q̄ ɔteris bella ab inicio: et dñs
nomē est tibi. Erige brachium tuū sicut ab
inicio: et allide virtutē eorū in virtute tua.
Cadat virtus eorꝫ in iracūdia tua. q̄ ꝓmit
tunt se violare sancta tua: et polluere taber
naculū nomīs tui: et deiicere gladio suo. cor
nu altaris tui. Fac dñe: ut gladio proprio
eius supbia amputet̄. Capiat̄ laqueo ocu
lorꝫ suorꝫ in me: et ꝑcuties eū ex labiis ca-
ritatis mee. Da mihi in aīo ɔstantiā. ut ɔtē
nā illū. et virtutē: ut euertā illū. Erit enī hoc
memoriale noīs tui: cū manus femīe deie
cerit eū. Nō enī in mlt̄itudine ē virtus tua
dñe: neq; in equorꝫ viribus voluntas tua.
Nec supbi ab inicio placuerūt tibi: sed hu
miliū et māsuetorꝫ semꝑ tibi placuit depre
catio. Deus celorū. creator aquarū. et dñs
totius creature. exaudi me miserā deprecā
tē: et de tua misericordia p̄sumentē. Memē
to dñe testamēti tui ⁊ da verbū in ore meo
et in corde meo ɔsiliū corrobora: ut domus
tua in sanctificatiōe ꝑmaneat: et oēs gētes
agnoscāt. qꝛ tu es deus ⁊ nō ē alius p̄ter te.
Factū est aūt cū cessasset cla- ¶ Ca. x.
mare ad dñm: surrexit de loco in quo
iacuerat ꝓstrata ad dñm. Vocauitq; abrā
suā: et descendēs in domū suam abstulit a
se ciliciū: et exuit se vestimentis viduitatis
sue. Et lauit corpus suū. et vnxit se mirro
optimo: ⁊ discriminauit crinē capitis sui et
imposuit mitrā super caput suū: et induit se
vestimentis iocūditatis sue. Et induit san-
dalia pedibus suis: assumpsitq; dextraliola

et lilia. et inaures et anulos: et omibus ornamentis suis ornauit se. Cui etiā dn̄s cōtulit splendorē: quoniā omis ista compositio nō ex libidine: sed ex virtute pendebat. Et ideo dominus hanc in illā pulchritudinē ampliauit: ut incomperabili decore omnium oculis appareret. Imposuit itaq; abre sue ascopam vini. et vas olei et polentā et lapates et panes et caseum: et ꝓfecta est. Cunq; venisset ad portas ciuitatis: inuenerūt expectantē oziam. et p̄sbyteros ciuitatis. Qui cū vidissent eā: stupentes mirati sunt nimis pulchritudinē eius. Nihil tamē interrogantes eam: dimiserūt transire dicētes. Deus patrū nostroꝝ det tibi gratiā: et omne consiliū tui cordis sua virtute corroboret: et glorietur super te ierusalē. et sit nomen tuū in numero sanctoꝝ et iustorū. Et dixerunt hi qui illic erant. omnes vna voce fiat fiat. Iudith vero orans dominū: transiuit per portas. ipsa et abra eius. Factū est autē cū descenderet montē circa ortū diei: occurrerunt ei exploratores assiriorū: et tenuerūt eam dicētes. Vnde venis: aut quo vadis? Que respōdit. Filia sum hebreorū. Ideo ego fugi a facie eorum: quoniā futurum agnoui ꝙ dentur vobis in depredationem. pro eo ꝙ cōtemnentes vos noluerūt vltro tradere seipsos: ut inuenirēt misericordiam in cōspectu vestro. Hac de causa cogitaui mecū dicens. Vadam ad faciē p̄ncipis holofernis. vt indicem illi secreta illorum: et ostendā illi quo aditu possit obtinere eos: ita vt nō cadat vir vnus de exercitu eius. Et cū audissent viri illi verba eius considerabant faciem eius: et erat in oculis eorum stupor: quoniā pulchritudinē eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eā. Conseruasti animā tuam: eo ꝙ tale repensti cōsilium. vt descēderes ad dominū nostrum. Hoc autē scias: quoniā cum steteris in cōspectu eius. bene tibi faciet: et eris gratissima in corde eius. Duxeruntq; illam ad tabernaculū holofernis: nunciātes eā. Cunq; intrasset ante faciē eius: statim captus est in suis oculis holofernes. Dixerūtq; ad eū satellites eius. Quis contemnat populum hebreorum qui tam decoras mulieres habent: vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus? Vidēs itaq; iudith holofernē sedentem in conopeo quod erat ex purpura et auro. et smaragdo ⁊ lapidibus preciosis intextū: et cum in faciem eius intendisset. adorauit eum ꝓsternens se super terram: et eleuauerūt eam serui holofernis iubente domino suo.

¶ Ca. xi.

Vnc holofernes dixit ei. Equo animo esto. et noli pauere in corde tuo: quoniā ego nunq̄ nocui virum qui voluit seruire nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si nō cōtempsisset me: nō alleuassem lanceam meā sup eum. Nunc aūt dic mihi qua ex causa recessisti ab illis: et placuit tibi vt venires ad nos. Et dixit illi iudith. Sume verba ancille tue: quoniā si secutus fueris verba ancille tue: perfectā rem faciet dominus tecum. Viuit enī nabuchonosor rex terre. et viuit virtus eius que est in te ad correptionē omniū animarū errātiū: quoniā nō solum homines seruient illi p te: sed et bestie agri obtemperāt illi. Nūciatur enī animi tui industria vniuersis gētibus: et indicatū est omī seculo quoniā tu solus bonus et potēs es ī omī regno eius: et disciplina tua omibus ꝓuintijs p̄dicat̄. Nec hoc latet quod locutus est achior: nec illud ignorat̄ qđ ei iusseris euenire. Cōstat enī deū nostrū sic peccatis offensum: ut mādauerit p ꝓphetas suos ad populū: ꝙ tradat eum ꝓ peccatis suis. Et quoniā sciunt se offendisse deū suū filij israhel: tremor tuus sup ip̄os est. Insup etiā fames inuasit eos: et ab ariditate aque. iam inter mortuos cōputant̄. Deniq; hoc ordināt. ut interficiant pecora sua et bibant sanguinē eoꝝ: et sancta domini sui que p̄cepit deus nō cōtingi. in frumento vino et oleo. Hec cogitauerūt impendere: et volūt ꝯsumere que nec manibus deberēt ꝯtingere. Ergo qm̄ hec faciūt: certū est ꝙ in ꝑditionē dabuntur. Qđ ego ancilla tua cognoscēs fugi ab illis: et misit me dn̄s hec ip̄a nūciare tibi. Ego enī ancilla tua deum colo etiā nūc apud te: et exiet ancilla tua ⁊ orabo deū: et dicet mihi quādo eis reddat peccatū suū et veniēs nūciabo tibi: ita vt ego adducā te p mediā ierusalē.

Et habebis omnē ꝓpl'm isrl' sicut oues qui
bus nō est pastor: et nō latrabit vel vnus
ɔtra te: qm̄ hec mihi dicta sunt ꝑ ꝓuidē-
tiā dei. Et qm̄ iratus est illis deus: hec ipsa
missa sum nūciare tibi. Placuerūt autē oīa
verba hec corā holoferne et coram pueris
eius. et mirabant̄ ad sapientiā eius: et di-
cebāt alter ad alterū. Non ē talis mulier su
per terrā in aspectu. in pulchritudine. et in
sensu verboꝝ. Et dixit ad illā holofernes.
Benefecit deus qui misit te ante populū: ut
des illū tu in manibus nostris. Et qm̄ bona
est ꝓmissio tua: si fecerit mihi hoc. deus tu-
us erit ⁊ meus deus. et tu in domo nabucho
donosor magna eris: et nomē tuū noīabi
tur in vniuersa terra. ¶ Ca. xij.

Vnc iussit eā introire vbi repositi erāt
thesauri eius: et iussit illic manere eā: et ɔsti
tuit quid daretur illi de cōuiuio suo. Cui re
spōdit iudith ⁊ dixit. Nūc nō potero mādu
care ex his q̄ mihi p̄cipis tribui: ne veniat
sup me offensio. Ex his aūt q̄ mihi detuli
manducabo. Cui holofernes ait. Si defece
rint tibi ista que tecū detulisti: q̄d faciemus
tibi? Et dixit iudith. Viuit anima tua dn̄e
meus: qm̄ nō expendet oīa hec ancilla tua:
donec faciat deus in manu mea hec q̄ cogi
taui. Et induxerūt illā serui eius in taberna
culū quo p̄ceperat: et petijt dū introiret vt
daret̄ ei copia nocte et ante lucē egredi fo-
ras ad orationē: et dep̄candi dn̄m. Et p̄ce-
pit cubicularijs suis. ut sicut placeret illi exi
ret et introiret ad adorandū deū suū ꝑ tri-
duū. Et exibat noctibus in vallē bethulie:
et baptisabat se in fonte aque. Et ut ascen
debat orabat dn̄m deū israhel vt dirigeret
viā eius ad liberationē ꝓpl'i sui. Et introi-
ens mūda manebat ī tabernaculo. vsq; dū
acciperet escam suā in vesperū. et factū est
quarta die holofernes fecit cenā ꝑuis suis
et dixit ad vagao eunuchū. Vade ⁊ suade
hebreā illā vt sponte ɔsentiat habitare me
cū. Fedū est enī apud assirios si femina irri
deat virū agēdo: ut immunis ab eo trāseat
Tunc introiuit vagao ad iudith: et dixit.
Nō vereat̄ bona puella introire ad dn̄m
meū vt honorificet̄ ante faciē eius: et mā-
ducet cum eo et bibat vinū in iocunditate.

Cui iudith rn̄dit. Que ego sum ut ɔtradicā
dn̄o meo? Omne qd̄ erit ante oculos eius
bonū et optimū faciā. Quicq̄d aūt illi pla
cuerit. hoc mihi erit optimū oībus diebus
vite mee. Et surrexit et ornauit se vestimē
to suo: et ingressa stetit ante faciē eius. Cor
aūt holofernis ɔcussum est: erat enī ardens
in ɔcupiscētia eius. Et dixit ad eā holofer
nes. Bibe nūc et accūbe in iocunditate: qm̄
inuenisti gratiā coram me. Et dixit iudith.
Bibam dn̄e qm̄ magnificata est aīa mea
hodie p̄ omībus diebus meis. Et accepit
et māducauit ⁊ bibit corā ip̄o. ea q̄ paraue
rat illi ancilla eius. Et iocūdus factus ē ho
lofernes ad eā: bibitq; vinū multū nimis
q̄ tū nunq̄ biberat in vita sua. ¶ Ca. xiij.

Vt autē sero factū est festinauerūt ser
ui illius ad hospicia sua: et ɔclusit va
gao ostia cubiculi. et abijt. Erant aūt om̄s
fatigati a vino. Eratq; iudith sola in cubi-
culo. Porro holofernes iacebat in lecto ni-
mia ebrietate sopitus. Dixit iudith puelle
sue: ut staret foris ante cubiculū ⁊ obserua
ret. Stetitq; iudith ante lectū. orans cū la-
chrymis et labioꝝ motu in silentio dicēs.
Cōfirma me dn̄e deus israhel. et respice in
hac hora ad opa manuū mearū: ut sicut ꝓ
misisti ierusalem ciuitatē tuā erigas: et hoc
qd̄ credens ꝑ te posse fieri cogitaui ꝑficiā.
Et cū hec dixisset: accessit ad colūnā q̄ erat
ad caput lectuli eius: et pugionē eius qui
in ea ligatus pēdebat exsoluit. Cūq; euagi
nasset illū: apprehēdit comā capitis eius et
ait. Cōfirma me dn̄e deus in hac hora. Et
ꝑcussit bis in ceruicē eius. et abscidit caput
eius: et abstulit canopeū eius a colūnis. et
euoluit corpus eius truncū. Et post pusillū
exiuit ⁊ tradidit caput holofernis ācille sue
et iussit ut mitteret illud in perā suā. Et exi-
erunt due scd̄m cōsuetudinē suā quasi ad
orationē. et transierūt castra ⁊ gyrātes val
lem venerūt ad portā ciuitatis. Et dixit iu
dith a longe custodibus murorū. Aperite
portas. qm̄ nobiscū est deus: q̄ fecit virtutē
in isrl'. Et factū est cū audissent viri vocem
eius: vocauerūt p̄sbyteros ciuitatis. Et oc
currerūt ad eā oēs a minimo vsq; ad maxi
mū: qm̄ sperauerūt eā iam nō esse venturā.

Et accendētes luminaria cōgrauerūt circa eā vniuersi. Illa aūt ascendēs in eminētio rē locū: iussit fieri silentiū. Cumq; oēs tacuis sent: dixit iudith. Laudate dñm deū nostrū qui nō dereliquit sperātes in se: et in me ancillam suā adimpleuit misericordiā suā. quā p misit domui israhel: et interfecit in manu mea hostē ppli sui in hac nocte. Et p ferēs de pera caput holofernis: ostēdit illis dicēs Ecce caput holofernis pncipis militie assiri oz. Et ecce cano peū illius in quo recumbebat in ebrietate sua: ubi et p manū femine percussit illū dns deus noster. Viuit autē ipe dns. qm custodiuit me angelus eius et hinc euntē et ibi cōmorantē. et inde huc reuertentē: et non p misit me dns ancillā suā coinquinari: sed pollutiōe peccati reuocauit me vobis. gaudentē in victoria sua: in eua sione mea. in liberatione vra. Confiteamur illi oēs qm bonus. qm in seculū misericordia eius. Vniuersi aūt adorātes dñm dixerunt ad eam. Benedixit te dns in virtute sua: qui p te ad nihilū redegit inimicos nostros. Porro ozias pnceps ppli israhel dixit ad eā. Benedicta es tu filia a dño deo excelso. pre omnibus mulieribus sup terram. Benedictus dns q creauit celū et terrā: qui te direxit in vulnera capitis pncipis inimicoz nostroz: q hodie nomen tuū ita magnificauit: ut nō recedat laus tua de ore hominū. qui memores fuerint virtutis dñi in eternū: p quibus nō pepercisti aie tue pter angustias et tribulationē generis tui: sz sub uenisti ruine ante ospectum dei nri. Et dixit omnis ppl'us fiat fiat. Porro achior vocatus venit. Et dixit ei. deus isrl' cui tu testimoniū dedisti. qō vlciscat se de inimicis suis: ipe caput oīm incredulorū incidit in hac nocte in manu mea. Et vt probes q ita est: ecce caput holofernis qui in ostempto superbie sue deū israhel ostempsit: et tibi interitū minabat dicēs: cū captus fuerit ppl'us isrl'. gladio p forari precipiā latera tua. Videns aūt achior caput holofernis angustiatus p pauore cecidit in faciē suā sup terrā: et estuauit anima eius. Postea vero q̄ resumpto spiritu recreatus est: p cidit ad pedes eius. et adorauit eā et dixit. Benedicta tu a deo tuo in omni tabernaculo iacob: qm in omī gente que audient nomē tuū. magnificabi tur super te deus israhel. Ca. xiiij.

Dixit aūt iudith ad omnē ppl'm. Audite me fratres. Suspēdite caput hoc sup muros nros: et erit cū exierit sol. accipiat vnusquisq; arma sua. et exite cū impetu: nō ut descendatis deorsum sed quasi impetū facientes. Tunc exploratores necesse ent vt fugiant ad p incipē suū excitandū ad pugnam Cumq; duces eorū occurrerint ad tabernaculū holofernis: et inuenerint eū truncū in suo sanguine volutatū: decidet sup eos timor. Cūq; cognoueritis fugere eos ite post illos securi: quoniā dns deteret eos sub pedibus vestris. Tunc achior videns virtutē quā fecit deus israhel relicto gentilitatis ritu. credidit deo: et circūcidit carnem p̄puci sui. et appositus est ad ppl'm israhel: et omnis successio generis eius vsq; in hodiernū diem. Mox aūt vt ortus est dies. suspēderūt sup muros caput holofernis: accepitq; vnusquisq; vir arma sua: et egressi sūt cū grādi strepitu et vlulatu. Qō videntes exploratores: ad tabernaculū cucurrerūt. Porro hi qui in tabernaculo erāt venientes. et ante ingressum cubiculi pstrepentes. excitādi gratia inquietudinē arte molebant: vt nō ab excitantibus sed a sonātibus holofernes euiglaret Nullus enī audebat cubiculū virtutis assirioz pulsando aut intrādo aperire. Sed cū venissent eius duces ac tribuni et vniuersi maiores exercitus assiroz: dixerūt cubicularijs. Intrate et excitate illū: qm egressi mures de cauernis suis ausi sunt p uocare nos ad preliū. Tunc ingressus vagao cubiculū eius stetit añ cortinā. et plausum fecit manibus suis: suspicabat enī illū cū iudith dormire. Sz cū nullū motū iacētis sensu auriū capet. accessit p̄ximās ad cortinā. et eleuās eū vidit cadauer absq; capite holofernis in suo sanguine tabefactū iacere sup terrā: exclamauit voce magna cū fletu. et scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculū iudith nō inuenit eā. Et exiliuit foras ad ppl'm: et dixit. vna mulier hebrea fec̄ confusionē in domo regis nabuchodonosor. Ecce enī holofernes iacet in terra: et caput eius nō ē in illo

Qꝫ vñ audissent ꝓncipes virtutis assirioꝝ. scinderūt oēs vestimēta sua: et intolerabilis timor et tremor cecidit super eos: et turbati sunt animi eoꝝ valde. Et fcūs ē damor in cōpabilis in medio castroꝝ eoꝝ. ¶ Caxv.

QVnqꝫ omis exercitus decollatū holofernē audisset. fugit mens et ꝺsiliū ab eis: et solo tremore ⁊ metu agitati fuge p̄sidium sumūt: ita ut nullus loqueret cū ꝓximo suo: sed inclinato capite relictis oībus euadere festinabāt hebreos. quos armatos sup se venire audierāt: fugiētes p vias capoꝝ ⁊ semitas colliū. Vidētes itaqꝫ filij isrl fugiētes secuti sunt illos: descēderūtqꝫ clangentes tubis et vlulantes post ipos. Et qm assirij nō admati in fugā ibāt ꝓcipites: filij aūt israhel vno agmine psequētes. debilitabant oīes quos inuenire potuissent. Mittitqꝫ ozias nūcios p oīes ciuitates ⁊ regiones israhel. Omisitaqꝫ regio. omisqꝫ vbs electā iuuentutē armatā misit post eos: et psecuti sūt eos in ore gladij quousqꝫ puenirent ad extremitatē finiū suoꝝ. Reliqui aūt qui erāt in bethulia. ingressi sunt castra assirioꝝ: et ꝓdā quā fugientes assirij reliquerant abstulerūt: et onustati sunt valde. Hi vero q̄ victores reuersi sunt ad bethuliā. omia que erāt illoꝝ abstulerūt secū: ita ut nō esset numerus in pecoribus in iumētis et vniuersis mobilibus eoꝝ: ut a minimo vsqꝫ ad magnū oīes diuites fierēt de ꝓdationibus eoꝝ. Ioachim aūt sūmus pōtifex de ierusalē venit in bethuliā cū vniuersis p̄sbyteris suis: vt videret iudith. Que cū exisset ad illū: benedixerūt illā oīes vna voce dicētes. Tu gloria ierusalē. tu letitia israhel. tu honorificētia ppli nr̄i: q2 fecisti viriliter et ꝺfortatū est cor tuū eo q̄ castitatē amauens. et post virū tuū alterū nescieris: ideo ⁊ manus dñi ꝺfortauit te. et ideo eris benedicta in eternū. Et dixit omis ppl̄us fiat fiat. Per dies aūt triginta vix collecta sunt spolia assirioꝝ a ppl̄o isrl. Porro aūt vniuersa que holofernis peculiana fuisse ꝓbata sunt. dederūt iudith in auro et argēto et vestibus et gēmis et omni suppellectili: et tradita sūt oīa illi a ppl̄o. Et oīs ppl̄i gaudebāt cū mulieribus ⁊ virginibus ⁊ iuueni

tibus: in organis et cytharis. ¶ Caxvi. Vnc cantauit canticū hoc dño iudith dicēs. Incipite dīm in tympanis. cantate dño in cymbalis. Modulamini illi psalmū nouū: exultate ⁊ inuocate nomē eius. Dñs conterēs bella: dñs nomē est illi. Qui posuit castra sua in medio ppl̄i sui: ut eriperet nos de manu oīm inimicoꝝ nr̄oꝝ. Venit assur ex mōtibus ab aquilone i multitudine fortitudinis sue: cuius multitudo obturauit torrentes: et equi eoꝝ cooperuerūt valles. Dixit se incēsurū fines meos. et iuuenes meos occisurū gladio. Infantes meos dare in prēdā: et vgines in captiuitatē. Dñs aūt omipotēs nocuit eū: et tradidit eū in manus femine: et ꝺfudit eū. Nō enī cecidit potēs eorū a iuuenibus. nec filij tytan pupugerūt eū. Nec excelsi gigantes imposuerūt se illi: sed iudith filia merari in specie faciei sue dissoluit eū. Exuit enī se vestimenta viduitatis: et induit se vestimēta letitie in exultatione filioꝝ isrl. Vnxit faciē suā vnguēto colligauit crinnos suos mitra ad decipiēdū illū. Sandalia eius rapuerunt oculos eius: pulchritudo eius captiuā fecit aiam eius: amputauit pugione ceruicē eius. Horruerunt perse cōstantiā eius: et medi audaciā eius. Tunc vlulauerūt castra assirioꝝ qñ apparuerūt humiles mei: arescentes in siti. Filij puellarū compunxerūt eos: et sicut pueros fugiētes occidēt eos: pierūt in ꝓlio a facie dñi dei mei. Hymnū cātemus dño: hymnū nouū cātemus deo nostro. Adonai dñe magnus es tu et ꝓclarus in virtute: et quē superare nemo pōt. Tibi seruiat oīs creatura tua. q2 dixisti et facta sūt. misisti spiritū tuū ⁊ creata sūt: et nō est q̄ resistat voci tue. Mōtes a fundamētis mouebunt cū aquis petre sicut cera liquescent ante faciē tuam. Qui aūt timēt te: magni erunt apud te per oīa. Ve genti insurgenti sup genus meū. Dñs enī oīpotēs vindicabit i eis: in die iudicij visitabit illos. Dabit enī ignē et vermes in carnes eoꝝ: ut vrant̄ et sentiāt vsqꝫ in sempiternū. Et factū est post hec. omis ppl̄us post victoriā venit in ierusalē adorare dīm: et mox ut purificati sunt obtulerūt oīes holocausta. et vota. et repromissiōes

suas. Porro iudith vniuersa vasa bellica holofernis que dedit illi ꝓpl'us. et canopeū qđ ipa sustulerat posuit in anathema obliuionis. Erat aūt ꝓpl'us iocūdus scđm faciē sanctorū: et ꝑ tres mēses gaudiū huius victorie celebratū ē cū iudith. Post dies aūt illos vnusquisq; rediit in sua: et iudith magnificata est in bethulia: et p̄clarior erat vniuerse terre isrl'. Erat etiā virtute castitatis adiūcta: ita vt nō cognosceret virū oībus diebus vite sue: ex quo defunctus ē manasses vir eius. Erat aūt diebus festis ꝓcedēs cū magna gloria. Mansit aūt in domo viri sui annos centū quinq; et dimisit abrā suā liberā: et defuncta est ac sepulta cū viro suo in bethulia: luxitq; illā oīs ꝓpl'us diebus septē. In omī autē spacio vite eius nō fuit q̄ ꝑturbaret isrl': et post mortem eius annis multis. Dies aūt victorie huius festiuitatis ab hebreis in numero scōꝝ dierū accipitur: et colit̄ a iudeis ex illo tpe usq; in p̄sentem diē.

Incipit ꝓlogus in librū hester.

Librū hester varijs trāslatoribus ꝯstat esse viciatū: quē ego de archiuis hebreoꝝ reuelans verbū e verbo exp̄ssius trāstuli. Quē librū editio vulgata laciniosis hincinde verboꝝ sinibus trahit. addēs ea que ex tpe dici poterāt ⁊ audiri: sicut solitū est scholaribus disciplinis sumpto themate excogitare q̄bus verbis vti potuit q̄ iniuriā passus est: vel ille qui iniuriā fecit. Vos aūt o paula ⁊ estochiū (qm̄ et bibliothecas hebreoꝝ studuistis intrare. et interpretū certamīa cōprobastis) tenētes hester hebraicū librū ꝑ singula verba nr̄am trāslationē aspicite: ut possitis agnoscere me nihil etiā augmētasse addendo: sz fideli testimonio simpliciter sic̄ in hebreo habet̄. hystoriā hebraicā latine lingue tradidisse. Nec affectamus laudes hominū. nec vituperatiōes expauescimus: deo enī placere curantes. minas hoīm penitus nō timemus: qm̄ deus dissipat ossa eoꝝ q̄ hominibus placere desiderāt: et scđm apl'm qui eiusmodi sunt: serui christi esse nō p̄nt. Rursū in libro hester alphabetū ex minio usq; ad theta litteram fecimus diuersis in locis: volētes scz septuaginta interpretū ordinē ꝑ hec insinuare studioso lectori. Nos enī iuxta morem hebraicū ordinē ꝓsequi etiā in septuaginta editione maluimus.

Incipit liber hester. Ca. j.

In diebus assueri qui regnauit ab india usq; ethiopiā sup centū uigintiseptem ꝓuīcias: qn̄ sedit in solio regni sui: susa ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igit̄ anno imperij sui fecerat grande cōuiuiū cūctis p̄ncipibus ⁊ pueris suis fortissimis ꝑsarū et medoꝝ inclitis et p̄fectis ꝓuīciarū corā se: ut ostēderet diuitias glorie regni sui ac magnitudinē. atq; iactantiā potētie sue multo tpe: centū vicz ⁊ octoginta diebus. Cūq; implerent̄ dies ꝯuiuij. inuitauit oēm ꝓpl'm qui inuētus ē in susis a maximo vsq; ad minimū: et iussit septē diebus cōuiuiū p̄parari in vestibulo orti et nemoris qđ regio cultu ⁊ manu ꝯsitū erat. Et pendebāt ex omī ꝑte tētoria aerei coloris et carpasini ac iacinctini. sustētata funibus bissinis atq; purpureis: q̄ eburneis circulis inserti erāt ⁊ colūnis marmoreis fulciebant̄ Lectuli q̄q; aurei et argētei sup pauimentū smaragdino et pario stratū lapide dispositi erāt: qđ mira varietate pictura decorabat. Bibebāt aūt q̄ inuitati erāt aureis poculis: et alijs atq; alijs vasis cibi inferebant̄. Vinū quoq; vt magnificētia regia dignū erat abundās ⁊ p̄cipuū ponebat̄: nec erat q̄ nolentes cogeret ad bibendū: sz sic rex statuerat p̄ponēs mēses singulos de p̄ncipib⁹ suis vt sumeret vnusquisq; qđ vellet. Vasthi q̄q; regina fecit cōuiuiū femīaꝝ in palacio vbi rex assuerus manē ꝯsueuerat. Itaq; die septimo cū rex esset hilarior ⁊ post nimiā potionē incaluissz mero. p̄cepit maumā et bazatha et arbona ⁊ bagatha ⁊ abgatha ⁊ zarath et charchas septē eunuchis q̄ in ꝯspcū eius mīstrabāt. ut introducerēt vasthi reginā corā rege. posito sup caput eius diademate: ut oñderet cūctis ꝓpl'is et p̄ncipibus eius pulchritudinē. erat enī pulchra valde Que renuit: et ad regis imperiū qđ ꝑ eunuchos mādauerat venire ꝯtēpsit. Vñ iratus

rex et nimio furore succēsus. interrogauit sa
piētes q̄ ex more regio semp ei adherebāt.
et illoꝝ faciebat cūcta ꝯsilio. scientiū leges
ac iura maioꝝ: erāt aūt p̄mi et ꝓximi char
sena et zethar ⁊ admatha ⁊ tharsis ⁊ mares
et marsena ⁊ mamucha septē duces ꝑsarū
atq; medoꝝ. q̄ videbāt faciē regis et p̄mi
post eū residere soliti erant: cui sn̄ie vasthi
regina subiaceret q̄ assueri regis imp̄iū qđ
ꝑ eunuchos mandauerat: facere noluisset.
Rn̄ditq; mamucha audiēte rege atq; p̄nci
pibus. Nō solū regē lesit regina vasthi: sz
om̄es ꝓpl'os et p̄ncipes q̄ sunt in cūctis ꝓ-
uintijs regis assueri. Egredietur enī sermo re-
gine ad om̄es mulieres. ut ꝯtemnāt viros
suos ⁊ dicāt. Rex assuerus iussit vt regina
vasthi intraret ad eū. et illa noluit: atz hoc
exemplo om̄es p̄ncipū cōiuges ꝑsarū atq;
medoꝝ paruipendēt imp̄ia maritoꝝ. Vn-
de regis iusta est indignatio. Si tibi placet
egrediatur edictū a facie tua. et scribatur iuxta
legē ꝑsarū atq; medoꝝ. quā p̄terire illicitū
est: vt nequaq̄ vltra vasthi ingrediatur ad
regē: sed regnū illius altera q̄ melior ē illa
accipiat. Et hoc in om̄e qđ latissimū est ꝓ-
uintiarū tuarū diuulgetur imperiū: et cuncte
vxores tā maioꝝ q̄ minoꝝ deferāt maritis
suis honorē. Placuit ꝯsiliū eius regi et p̄n-
cipibus. Fecitq; iuxta cōsiliū mamucha et
misit epistolas ad vniuersas ꝓuintias regni
sui: ut queq; gens audire et legere poterat
diuersis linguis et litteris. esse viros p̄nci-
pes ac maiores in domibus suis: et hoc per
cunctos ꝓpl'os diuulgari. ¶ Ca. ij.

HIs ita gestis postq̄ regis assueri indi-
gnatio deferbuerat. recordata est vasthi q̄
fecisset vel q̄ passa esset: dixerūtq; pueri re-
gis ac mīstri eius. Querantur regi puelle vir-
gines ac speciose. et mittantur q̄ ꝯsiderēt per
vniuersas ꝓuintias puellas speciosas et vir
gines: et adducāt eas ad ciuitatē susan. et
tradant in domū feminarū sub manu egei
eunuchi q̄ est p̄positus et custos mulierū re
giarū: et accipiāt mūdū muliebrē et cetera
ad vsus necessaria. Et quecūq; inter om̄es
oculis regis placuerit: ip̄a regnet ꝓ vasthi.
Placuit sermo regi: et ita vt suggesserāt ius
sit fieri. Erat vir iudeus in susis ciuitate vo
cabulo mardocheus filius iair filij semei fi-
lij cis de stirpe beniamin. qui trāslatus fue
rat de ierusalē. eo tp̄e quo iechoniā regē iu
da nabuchodonosor rex babilonis trāstu
lerat: qui fuit nutritius filie fratris sui edisse
que altero nomīe vocabatur hester. et vtrū-
q; parentē amiserat: pulchra nimis et deco
ra facie. Mortuisq; patre eius ac mr̄e: mar-
docheus sibi eā adoptauit in filiā. Cūq; ꝑ
crebruisset regis imperiū. et iuxta mādatū
illius multe pulchre virgines adducerentur
susan. et egeo traderentur eunucho: hester q̄z
inter ceteras puellas ei tradita est: ut serua
retur in numero feminarū. Que placuit ei: et
inuenit gratiā in ꝯspectu illius. ut accelera-
ret mundum muliebrē. et traderet ei partes
suas. et septē puellas speciosissimas de do-
mo regis: et tam ip̄am q̄ pedisse quas eius
ornaret atq; excoleret. Que noluit indicare
ei ꝓpl'm et patriā suā. Mardocheus enī p̄-
ceperat ei vt de hac re omīno reticeret: qui
deambulabat quotidie ante vestibulū do
mus in qua electe virgines seruabantur: cu-
rā agens salutis hester. et scire volens quid
ei accideret. Cum aūt venisset tēpus singu
larū ꝑ ordinē puellarū vt intrarēt ad regē:
expletis omībus q̄ ad cultū muliebrē ꝑti-
nebāt mēsis duodecimus vertebatur: ita dū
taxat vt sex mēses oleo vngerentur mirtino:
et alijs sex quibusdā pigmētis et aromati
bus vterentur. Ingrediētesq; ad regē. quic-
quid postulassent ad ornatū ꝑtinens acci-
piebant: et vt eis placuerat cōposite: de tri-
clinio feminarū ad regis cubiculū trāsiebāt
Et que intrauerat vespere egrediebatur ma-
ne: atq; inde in secundas edes deducebantur
que sub manu sasagazi eunuchi erāt. q̄ cō
cubinis regis p̄sidebat: nec habebat ꝑtātē
ad regē vltra redeundi nisi voluisset rex. et
eā venire iussisset ex noīe. Euoluto aūt tp̄e
ꝑ ordinē: instabat dies q̄ hester filia abia-
hel fratris mardochei. quā sibi adoptaue-
rat in filiā. deberet intrare ad regē. Que nō
que siuit muliebrē cultū: sz quecūq; voluit
egeus eunuchus custos virginū: hec ei ad
ornatum dedit. Erat enī formosa valde: et
incredibili pulchritudine: oīm ocl'is gratio
sa et amabilis videbatur. Ducta ē itaq; ad

cubiculū regis assueri mense decimo q̄ vocat̄ thebeth. septimo āno regni eius: et adamauit eā rex plusq̄ oēs mulieres: habuitq̄ gratiā et misericordiā corā eo sup omēs mulieres: et posuit diadema regni in capite eius: fecitq̄ eā regnare in loco vasthi. Et iussit ꝯuiuiū p̄parari p magnificū cūctis p̄ncipibus ⁊ seruis suis: ꝓ cōiunctiōe ⁊ nuptijs hester. Et dedit requiē vniuersis ꝓuintijs: ac dona largitus ē iuxta magnificentiā p̄ncipalē. Cūq̄ et scd̄o quererent̄ virgines. et cōgregarent̄. mardocheus manebat ad ianuā regis: necdū ꝓdiderat hester patriā et ꝓpl'm suū: iuxta mandatū eius. Quicquid enī ille precipiebat obseruabat hester: et ita cuncta faciebat vt eo tpe solita erat quo eā paruulā nutriebat. Eo igit̄ tpe quo mardocheus ad regis ianuam morabat̄. irati sunt bagathan et thares duo eunuchi regis. qui ianitores erant. et in p̄mo palacij limine residebāt. voluerūtq̄ insurgere in regē et occidere eū. Quod mardocheū non latuit. Statimq̄ nunciauit regine hester: et illa regi ex nomīe mardochei qui ad se rem detulerat. Quesitū est et inuentū: et appensus ē vterq̄ eorū in patibulo. Et iussit rex ut in libro memoriali scriberet̄: ut ꝓvita sua aliq̄d repensaret ei. Mandatūq̄ est hystorijs et annalibus traditū corā rege. ¶ Ca. iij.

Post hec rex assuerus exaltauit aman filiū amadathi q̄ erat de stirpe agag: et posuit soliū eius sup oēs p̄ncipes quos habebat. Cūctiq̄ serui regis q̄ in foribus palatij versabant̄ flectebāt genua: et adorabāt aman. Sic enī p̄cepat eis imperator. Solus mardocheus nō flectebat genu: neq̄ adorabat eū. Cui dixerūt pueri regis qui ad fores palatij residebāt. Cur p̄ter ceteros non obseruas mādatū regis? Cunq̄ hoc crebrius dicerēt. et ille nollet audire: nūciauerunt aman scire cupiētes vtrū pseueraret in sententia. Dixerat enī eis se esse iudeū. Qd̄ cū audissz aman et experimēto ꝓbassz q̄ mardocheus nō sibi flecteret genu. nec se adoraret. iratus ē valde: et ꝓ nihilo duxit in vnū mardocheū mittere manus suas: audierat enī q̄ essz gentis iudee: magisq̄ voluit oēm iudeorū q̄ erāt in regno assueri p-dere nationē. Mense p̄mo cuius vocabulū est nisan: āno duodecimo regni assueri. missa est sors in vrnā q̄ hebraice d̄r phur corā aman. quo die et q̄ mense gens iudeorū deberet interfici: et exiuit mēsis duodecimus qui vocat̄ adar. Dixitq̄ amā regi assuero. Est ꝓpl'us p oēs ꝓuīcias regni tui dispsus et a se mutuo separatus. nouis vtēs legibus et cerimonijs. insup ⁊ regis scita ꝯtemnēs: et optime nosti q̄ nō expediat regno tuo ut insolescat p licentiā. Si tibi placet decerne ut pereat: et decē milia talētorū appendā archarijs gaze tue. Tulit ergo rex anulū quo vtebat̄ de manu sua: et dedit eū amā filio amadathi de ꝓgenie agag hosti iudeorū: dixitq̄ ad eū. Argentū qd̄ tu polliceris tuū sit: de ꝓpl'o age qd̄ tibi placet. Vocatiq̄ sūt scribe regis mēse p̄mo nisam tertiadecia die eiusdē mens: et scriptū est ut iusserat aman ad oēs satrapas regis. et iudices ꝓuīciarū diuersarūq̄ gentiū. ut queq̄ gens legere poterat ⁊ audire. ꝓ varietate linguarū ex noīe regis assueri: et lr̄e signate ip̄ius anulo misse sunt p cursores regis ad vniuersas ꝓuintias. vt occiderēt atq̄ delerēt oēs iudeos. a puero usq̄ ad senē. puulos ⁊ mulieres vno die hoc ē tertiodecimo mens duodecimi q̄ vocat̄ adar: et bona eorū diriperēt. Sūma aūt epl'arū hec fuit: ut omēs ꝓuīcie scirent et pararēt se ad p̄dictā diē. Festinabāt cursores qui missi erant regis imperiū explere. Statimq̄ in susis pependit edictum: rege et aman celebrāte cōuiuiū: et cūctis iudeis q̄ erant in vrbe flentibus. ¶ Ca. iiij.

Qve cū audisset mardocheus scidit vestimēta sua: et indutus est sacco. spergēs cinerē capiti: et in platea medie ciuitatis voce magna clamabat ostendēs amaritudinē animi sui: et hoc eiulatu vsq̄ ad fores palatij gradiēs. Nō enī erat licitū indutū sacco aulā regis intrare. In oībus q̄q̄ ꝓuīcis oppidis ac locis. ad q̄ crudele regis dogma puenerat. plāctus ingēs erat apud iudeos ieiuniū. vlulatus. et fletus: sacco ⁊ cinē multis ꝓ stratu vtētib⁹. Ingressi aūt sūt puelle hester ⁊ eunuchi: nūciauerūtq̄ ei. Qd̄ audiens ꝯsternata ē: et vestē misit ut ablato sacco indueret eā. Quā accipe noluit. accitoq̄

athach eunucho quē rex ministrū ei dederat: p̄cepit vt iret ad mardocheū ⁊ disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusq; athach iuit ad mardocheū: et inuenit eū stantē in platea ciuitatis ante ostiū palatij. Qui indicauit ei omīa q̄ acciderāt. quō amā ꝓmisissꝫ ut in thesauros regis ꝓ iudeoꝝ nece inferret argentū: exemplarq; edicti qđ pendebat in susis dedit ei. ut regine ostēderet: et moneret eā vt intraret ad regē. et dep̄caretur eū ꝓ ꝓpl'o suo. Regressus atach nūciauit hester omīa q̄ mardocheus dixerat. Que rn̄dit ei et iussit vt diceret mardocheo. Om̄es serui regis et cūcte q̄ sub ditiōe eius sunt norunt ꝓuintie. qđ siue vir siue mulier nō vocatus interius atriū regis intrauerit. absq; vlla cūctatione statim interficiat̄: nisi forte rex aureā virgā ad eū tetēderit ꝓ signo clemētie: atq; ita possit viuere. Ego igit̄ quō ad regē intrare potero: que triginta iā diebus non sum vocata ad eū? Quod cū audisset mardocheus: rursum mādauit hester dicēs. Ne putes ꝙ animā tuā tantū liberes: q̄r in domo regis es pre cunctis iudeis. Si enī nunc silueris ꝑ aliā occasionē liberabunt̄ iudei: et tu ⁊ domus p̄ris tui ꝑibitis. Et q̄s nouit vtrū idcirco ad regnū veneris: ut in tali tpe parareris? Rursūq; hester hec mardocheo verba mādauit. Vade et ꝯgrega om̄es iudeos quos in susis reperis: et orate ꝓ me. Non comedetis et nō bibetis tribus diebus et tribus noctibus: et ego cū ācillulis meis sil'iter ieiunabo: et tūc ingrediar ad regē ꝯtra legē faciēs nō vocata. tradēsq; me morti et periculo. Iuit itaq; mardocheus et fecit oīa que hester p̄ceperat. ¶ Ca. v.

Die aūt tertio induta ē hester regalibus vestimentis: et stetit in atrio domus regie qđ erat interius cōtra basilicā regis. Et ille sedebat sup̄ soliū suū in ꝯsistorio palatij cōtra ostiū domus. Cunq; vidisset hester reginā stantē placuit oculis eius: et extendit ꝯtra eam virgā aureā quā tenebat manu. Que accedēs osculata est sūmitatē virge eius: dixitq; ad eā rex. Quid vis hester regina? Que est petitio tua? Etiā si dimidiā partē regni petieris dabit̄ tibi. At illa rn̄dit Si regi placet obsecro vt venias ad me hodie et aman tecū ad cōuiuiū quod paraui. Statimq; rex: vocate inquit cito amā ut hester obediat volūtati. Venerūt itaq; rex et aman ad cōuiuiū qđ eis regina parauerat Dixitq; ei rex postq̄ vinū biberat abundāter. Quid petis vt detur tibi: et ꝓ qua re postulas? Etiā si dimidiā partē regni mei petieris impetrabis. Cui respōdit hester. Petitio mea et preces sunt iste. Si inueni in ꝯspectu regis gratiā. et si regi placet vt det mihi qđ postulo et meam impleat petitionē: veniat rex et aman ad conuiuiū qđ paraui eis: et cras aperiā regi volūtatē meā. Egressus est itaq; illo die amā letus et alacer. Cūq; vidisset mardocheū sedentē ante fores palacij. et nō solū nō assurrexisset sibi: sꝫ nec motū quidē de loco sessionis sue indignatus ē valde: et dissimulata ira reuersus in domū suā cōuocauit ad se amicos suos et zares vxorem suā: et exposuit illis magnitudinē diuitiarū suaꝝ filiorūq; turbā: et quāta eū gloria sup̄ om̄s p̄ncipes et seruos suos rex eleuasset. Et post hec ait. Regina q̄q; hester nullū aliū vocauit ad conuiuiū cū rege p̄ter me: apud quā etiā cras cū rege prāsurus sum. Et cū hec oīa habeā. nihil me hr̄e puto quādiu videro mardocheū iudeū sedentē ante fores regias. Rn̄derūtq; ei zares vxor eius: et ceteri amici. Iube parari excelsam trabē habentē altitudinis quinq̄ginta cubitos: et dic mane regi vt appendat̄ sup̄ eā mardocheus: et sic ibis cū rege letus ad cōuiuiū. Placuit ei ꝯsiliū: et iussit excelsam preparari crucem. ¶ Ca. vj.

Noctē illā duxit rex insomnē: iussitq; sibi afferri hystorias et annales p̄oꝝ tp̄m. Que cū illo p̄nte legerent̄: ventū est ad illū locū vbi scriptū erat. quō nūciasset mardocheus insidias bagathā et thares eunuchorū: regē assuerū iugulare cupientiū. Qđ cū audisset rex ait. Quid ꝓ hac fide honoris ac p̄mij mardocheus ꝯsecutus est? Dixerūt ei serui illius ac mīstri. Nihil omīno mercedis accepit. Statimq; rex. quis est inquit in atrio? Aman quippe interius atriū domus regie intrauerat: vt suggerēt regi et iuberet mardocheū affigi patibulo qđ ei fuerat p̄paratū. Rn̄derūt pueri. Amā stat in atrio.

Dixitq; rex. Ingrediat̃. Cunq; esset ingressus ait illi. Quid debet fieri viro: quē rex honorare desiderat? Cogitās aūt in corde suo aman ⁊ reputās q̄ nullū aliū rex nisi se vellet honorare. r̄ndit. Homo quē rex honorare cupit. debet indui vestibus regijs et imponi sup̄ equū q̄ de sella regis est. et accipe regiū diadema sup̄ caput suū: et p̄mus de regijs p̄ncipibus ac tyrannis teneat equū eius: et p̄ plateā ciuitatis incedēs clamet et dicat. Sic honorabit̃: quencūq; rex voluerit honorare. Dixitq; ei rex. Festina: et sumpta stola et equo fac ut locutus es mardocheo iudeo q̄ sedet ante fores palacij. Caue ne quicq̄ de his q̄ locutus es p̄termittas. Tulit itaq; aman stolā ⁊ equū: indutumq; mardocheū in platea ciuitatis. et impositū equo p̄cedebat atq; clamabat. Hoc honore ꝯdignus est: quencūq; rex voluerit honorare. Reuersusq; est mardocheus ad ianuā palatij: et aman festinauit ire in domū suā lugēs. et op̄to capite: narrauitq; zares vxori sue ⁊ amicis oīa que euenissent sibi. Cui r̄nderūt sapiētes quos habebat in ꝯsilio et vxor eius. Si de semīe iudeoꝝ est mardocheus ante quē cadere cepisti. nō ei poteris resistere: sed cades in ꝯspectu eius. Adhuc illis loquētibus venerūt eunuchi regis: et cito eū ad cōuiuiū quod regina parauerat pergere compulerūt.

Ca. vij.

INtrauit itaq; rex et aman vt biberēt cū regina. Dixitq; ei rex etiā scd̄a die postq̄ vino incaluerat. Que ē petitio tua hester ut detur tibi: et q̄d vis fieri? Etiā si dimidiam partē regni mei petieris impetrabis. Ad quē illa r̄ndit. Si inueni gratiā in ocl̄is tuis o rex. et si tibi placet: dona mihi aīam meā p̄ qua rogo: et ꝓpl̄m meū p̄ quo obsecro. Traditi enī sumus ego ⁊ ꝓpl̄us meus: ut cōteramur iugulemur ⁊ peamus. Atq; vtinā in seruos et famulas venderemur. esset tolerabile malū et gemēs tacerē: nūc aūt hostis noster est cuius crudelitas redūdat in regē. R̄ndensq; rex assuerus ait. Quis est iste et cuius potētie: ut hec audeat facere? Dixitq; hester. Hostis et inimicus noster pessimus iste est aman. Quod ille audiēs ilico obstupuit: vultū regis ⁊ regine ferre nō sustinēs. Rex aūt surrexit iratus: et de loco ꝯuiuij intrauit in ortū arboribus ꝯsitū. Aman q̄q; surrexit vt rogaret hester reginā p̄ aīa sua: intellexit enim a rege paratū sibi malū. Qui cū reuersus esset de orto nemoribus ꝯsito. et intrasset cōuiuij locū: repperit aman sup̄ lectū corruisse in quo iacebat hester: et ait. Etiā reginā vult opprimere me p̄nte in domo mea. Nec dū verbū de ore regis exierat statim operuerūt faciē eius. Dixitq; arbona vnus de eunuchis q̄ stabāt in ministerio regis. En lignū q̄d p̄auerat mardocheo qui locutus est p̄ rege. stat in domo aman. habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex. Appēdite eū in eo. Suspēsus est itaq; amā in patibulo q̄d p̄auerat mardocheo: et regis ira requieuit.

Ca. viij.

DIe illo dedit rex assuerus hester regine domū aman aduersarij iudeorum: et mardocheus ingressus est ante faciē regis. Confessa ē enī hester. q̄d ess̄ patruus suus. Tulitq; rex anulū quē ab aman recipi iusserat: et tradidit mardocheo. Hester aūt cōstituit mardocheū sup̄ domū suā. Nec his ꝯtenta p̄cidit ad pedes regis: fleuitq; et locuta ad eū orauit ut maliciā aman agagite et machinationes eius pessimas quas excogitauerat ꝯtra iudeos: iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrū aureū p̄tendit manu: quo signū clementie mōstrabat̃. Illaq; ꝯsurgēs stetit ante eū. et ait. Si placet regi. et si inueni gratiā in oculis eius. et deprecatio mea nō ei videtur esse ꝯtraria: obsecro ut nouis epistolis veteres aman littere insidiatoris et hostis iudeorū. quibus eos in cūctis regis p̄uītijs p̄ire p̄cep̄at corrigant̃. Quō enī potero sustinere necē et interfectionē ꝓpl̄i mei? R̄nditq; rex assuerus hester regine ⁊ mardocheo iudeo. Domū aman cōcessi hester. et ip̄m iussi affigi cruci: q2 ausus est manū mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis sicut vobis placet ex regis noīe: signātes lr̄as anulo meo. Hec enī ꝯsuetudo erat ut epistolis que ex regis noīe mittebant̃. et illius anulo signate erāt. nemo auderet cōtradicere. Accitisq; scribis et librarijs regis. erat aūt tp̄s tertij mensis q̄ appellat̃ siban: vicesima et tertia die illius scripte sūt epl̄e

vt mardocheus voluerat ad iudeos et ad
p̄ncipes ꝓcuratoresq; et iudices· qui centū-
uigintiseptē ꝓuintijs ab india vsq; ethio-
piā p̄sidebant: prouintie atq; ꝓuintie· po-
pulo et ꝓpl'o· iuxta linguas et litteras suas·
et iudeis: prout legere poterant et audire·
Ipseq; epistole que ex regis noīe mittebantur·
anulo illius obsignate sūt et misse ꝑ ve
redarios: qui ꝑ om̄es ꝓuintias discurren-
tes· veteres litteras nouis nūcijs p̄uenirēt·
Quibus imperauit rex· vt cōuenirent iude
os ꝑ singulas ciuitates· et in vnū p̄ciperent
cōgregari· ut starent pro animabus suis: et
om̄es inimicos suos cū cōiugibus ac libe-
ris· et vniuersis domibus interficerēt atq;
delerent· Et constituta est ꝑ omnes ꝓuin-
tias vna vltionis dies· id est tertiadecima
die mēsis duodecimi adar· Summaq; epi
stole fuit vt in omībus terris ac ꝓpl'is qui
regis assueri subiacebāt imperio: notū fieret
paratos esse iudeos ad capiendā vindictā
de hostibus suis· Egressiq; sunt veredarij
celeres nūcios ꝑferentes: et edictum regis
pependit in susis· Mardocheus aūt de pa-
latio et de conspectu regis egrediens fulge-
bat vestibus regijs iacinctinis videlicet et
aerinis: coronam aureā portans capite: et
amictus serico pallio atq; purpureo· Om-
nisq; ciuitas exultauit atq; letata ē· Iudeis
autē noua lux oriri visa est: gaudiū· honor
et tripidiū· Apud omnes populos vrbes
atq; ꝓuintias quocūq; regis p̄cepta venie
bant· mira exultatio epule atq; conuiuia et
festus dies: intantū vt plures alterius gen-
tis et secte· eorū religioni et cerimonijs iū-
gerentur· Grandis enī cunctos iudaici no-
minis terror inuaserat· ¶ Ca· ix·

Igitur duodecimi mēsis quē adar vo
cari ante iā diximus· tertiadecima die quā
do cunctis iudeis interfectio parabat̄ et ho
stes eorum inhiabant sanguini· versa vice
iudei superiores esse ceperūt: et se de aduer-
sarijs vindicare· Congregatiq; sunt ꝑ singu
las ciuitates· et oppida et loco: vt extende
rent manū contra inimicos et persecutores
suos· Nullusq; ausus est resistere: eo quod
omnes ꝓpl'os magnitudinis eorū formido
penetraret· Nam et ꝓuintiarū iudices du-
ces et procuratores· omnisq; dignitas que
singulis locis et operibus preerat· extolle-
bant iudeos timore mardochei: quē p̄nci-
pē esse palatij et plurimū posse cognouerāt·
Fama quoq; nomīs eius crescebat quoti-
die: et ꝑ cunctorꝫ ora volitabat· Itaq; per-
cusserūt iudei inimicos suos plaga magna
et occiderūt eos· reddentes eis qđ sibi para
uerant facere: intantū vt etiā in susis quin-
gentos viros interficerent: extra decē filios
aman agagite hostis iudeorꝫ· Quorū ista
sunt nomīa: pharsandathan et delphon et
esphata et phorata et adalia et aridatha et
ephermesca et arisai et aridai et vaisatha·
Quos cū occidissent: predas de substantijs
eorum agere noluerūt· Statimq; numerus
eorꝫ qui occisi erant in susis ad regē relatus
est· Qui dixit regine· In vrbe susis interfece
runt iudei quīgentos viros· et alios decem
filios aman· Quantā putas eos exercere ce
dem in vniuersis ꝓuintijs? Quid vltra po
stulas: et quid vis vt fieri iubeā? Cui illa
respondit· Si regi placet detur potestas iu-
deis· vt sicut fecerūt hodie in susis sic ꝛ cras
faciāt: et decē filij aman in patibulis suspē
dantur· Precepit rex vt ita fieret· Statimq;
in susis pependit edictū: et decem filij aman
suspensi sunt· Congregatis iudeis quarta-
decima die mēsis adar interfecti sunt in su
sis trecēti viri: nec eorꝫ ab illis direpta sub
stantia est: sed et ꝑ omnes ꝓuintias· que
ditioni regis subiacebāt ꝓ animabus suis
steterunt iudei· interfectis hostibus ac ꝑse
cutoribus suis: intantū vt septuaginta qui
q; milia occisorum implerent̄: et nullus de
substātijs eorꝫ quicq̄ cōtingeret· Dies aūt
tertiusdecimus mens̄ adar vnus apud om
nes interfectiōis fuit: et quartadecima die
cedere desierūt· Quē ꝯstituerūt esse sollennē
vt in eo omī tēpore deinceps vacarēt epu-
lis gaudio atq; cōuiuijs· At hi qui in vrbe
susis cedē exercuerāt tertiodecimo et quar-
todecimo die eiusdē mensis in cede versati
sunt: decimoquīto aūt die ꝑcuture desierūt·
Et idcirco eundē diē ꝯstituerūt sollēnē epu
larū atq; letitie· Hi vero iudei qui in oppi-
dis nō muratis ac villis morabant̄· quartū
decimū diē mens̄ adar cōuiuiorꝫ ꝛ gaudij

decreuerūt: ita ut exultēt in eo et mittāt sibi mutuo ꝑtes epularū ⁊ ciboꝝ. Scripsit itaq; mardocheus oīa hec: et lr̄is cōprehensa misit ad iudeos q̄ in oībus regis ꝓuintijs morabant̄: tam in vicino positis q̄ꝫ procul: vt quartādecimā ⁊ quintādecimā diē mēsis adar ꝓ festis susciperēt. et reuertente sem ꝑ anno sollenni honore celebrarēt: q2 in ip̄is diebus se vlti sunt iudei de inimicis suis. et luctus atq; tristitia in hilaritatem gaudiūq; cōuersi sunt: essentq; dies isti epularū atq; letitie: et mitterēt sibi inuicē ciboꝝ partes: et pauperibus munuscula largirent̄. Susceperūtq; iudei in sollennē ritū cuncta que eo tpe facere ceperāt: et q̄ mardocheus litteris faciēda mādauerat. Aman eni filius amadati stirpis agag hostis et aduersarius iudeoꝝ cogitauit ɔtra eos malū. ut occideret illos atq; deleret: et misit phur quod nostra lingua vertit̄ in sortē: et postea ingressa est hester ad regem: obsecrās ut conatus eius litteris regis irriti fierēt: et malū qd̄ ɔtra iudeos cogitauerat reuerteret̄ in caput eius. Deniq; et ip̄m ⁊ filios eius affixerūt cruci: atq; ex illo tpe dies isti appellati sunt phurim id sortiū: eo ꝙ phur id ē sors in vrnā missa fuerit. Et cuncta que gesta sunt epl'e id est libri huius volumīe ɔtinent̄: queq; sustinuerint et que deinceps immutata sint susceperūt iudei su ꝑ se et semen suū. et super cūctos q̄ religioni eoꝝ voluerint copulari vt nulli liceat duos hos dies absq; sollennitate trāsigere quos scriptura testat̄: et cetera expetūt tēpora annis sibi iugiter succedentibus. Isti sūt dies quos nulla vnq̄ꝫ delebit obliuio. et ꝑ singulas generatiōes cūcte in toto orbe ꝓuintie celebrabūt: nec est vlla ciuitas in q̄ dies phurim id est sortiū nō obseruent̄ a iudeis: et ab eoꝝ ꝓgenie q̄ his cerimonijs obligata est. Scripseruntq; hester regina filia abiahil et mardocheus iudeus etiā secundā epistolā: ut omni studio dies ista sollennis sanxiret̄ in posterū. Et miserūt ad om̄s iudeos qui in centūuigintiseptē ꝓuintijs regis assueri versabant̄ vt haberent pacē et susciperēt veritatē. obseruantes dies sortiū: et suo tempore cum gaudio celebrarēt: sicut ɔstituerat mardocheus et hester. Et illi obseruanda susceperunt a se ⁊ a semīe suo ieiunia. atq; clamores et sortiū dies: et oīa que libri huius q̄ vocat̄ hester hystoria ɔtinentur. ¶ Ca. x.

Rex vero assuerus omnē terrā ⁊ cūctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo et imperiū et dignitas atq; sublimitas qua exaltauit mardocheum scripta sunt in libris medorū atq; persarū: et quomodo mardocheus iudaici generis secundus a rege assuero fuerit et magnus apud iudeos. et acceptabilis plebi fratrū suorū: querens bona ꝓpl'o suo: et loquens ea que ad pacē seminis sui ꝑtinerent. ¶ Que habentur in hebreo plena fide exp̄ssi: hec aūt que sequunt̄ scripta repperi in editione vulgata que grecoꝝ lingua et litteris ɔtinent̄: et interim post finē libri hoc capitulū ferebat̄. qd̄ iuxta ɔsuetudinem nostrā obelo id est verū p̄notauimus.

¶ Dixitq; mardocheus. A deo facta sunt ista. Recordatus sum somnij qd̄ videram hec eadē significātis: nec eorū quicq̄ꝫ irritū fuit. Paruus fons q̄ creuit in fluuiū et in lucē solēq; ɔuersus est. et in aquas plurimas redundauit hester est: quā rex accepit vxorē et voluit esse reginā. Duo aūt dracones ego sum ⁊ aman. Gentes que ɔuenerāt: hi sunt qui conati sunt delere nomē iudeorū. Gens aūt mea isrl' est q̄ clamauit ad dn̄m et saluū fecit dn̄s ꝓpl'm suū. liberauitq; nos ab oībus malis. et fecit signa magna atq; portēta inter gētes: et duas sortes esse p̄cepit. vnā ꝓpl'i dei ⁊ alterā cūctarū gentiū. venitq; vtraq; sors in statutū ex illo iā tpe coram deo vniuersis gētibus: et recordatus ē dn̄s ꝓpl'i sui: ac misertus hereditatis sue. Et obs̄uabunt̄ dies isti in mēse adar quartadecima ⁊ q̄ntadecima die eiusdē mēsis: cū omī studio ⁊ gaudio in vnū cetū ꝓpl'i ɔgregati: in cūctas deinceps generatōes ꝓpl'i isrl'

¶ Ca. xj.

Anno quarto regnantibus ptolomeo et cleopatra. attulerūt dositheus qui se sacerdotē ⁊ leuitici generis ferebat. et ptolomeus filius eius hanc epl'am phurim: quā dixerūt interp̄tatū esse lisimachum ptolomei filiū in ierusalē. Hoc q̄q; principiū erat in editione vulgata: quod nec in hebreo, nec apud vllum fertur interpretum.

Anno secundo regnāte artarxerxe maxi
mo. prima die mensis nisan: vidit somniū
mardocheus filius iairi filij semei. filij cis de
tribu beniamin. homo iudeus qui habita-
bat in vrbe susis: vir magnus et inter pri-
mos aule regie. Erat aūt de eo numero ca-
ptiuorū quos transtulerat nabuchodono-
sor rex babilonis de ierusalē cū ieconia re-
ge iuda: et hoc eius somniū fuit. Apparue-
runt voces ⁊ tumultus. tonitrua et terre mo-
tus et ꝯturbatio sup terrā: et ecce duo dra-
cones magni paratiq; cōtra se in preliū: ad
quorꝝ clamorē cuncte concitate sunt natio-
nes. ut pugnarēt ꝯtra gentē iustorꝝ. Fuitq;
dies illa tenebrarū et discriminis: tribula-
tionis et angustie: et ingens formido super
terrā. Conturbataq; est gens iustorꝝ timen
tiū mala sua: et ꝑparata ad mortē. Clama
ueruntq; ad deū: et illis vociferātibus fons
ꝑuus creuit in fluuiū maximū: et in aquas
plurimas redūdauit. Lux et sol ortus est et
humiles exaltati sunt: et deuorauerūt incli-
tos. Quod cū vidisset mardocheus et sur-
rexisset de stratu. cogitabat q̄d deus facere
vellet: et fixum habebat in animo scire cupi
ens quid significaret somniū. ¶ Ca. xij.

Morabatur aūt eo tempore in aula re-
gis. cum bagatha et thara eunuchis
regis: qui ianitores erāt palatij. Cūq; intel-
lexisset cogitationes eorū et curas diligen-
tius ꝑuidisset: didicit ꝙ conarentur in regē
artarxerxen manus mittere: et nūciauit sup
eo regi. Qui de vtroq; habita questiōe. cō-
fessos iussit duci ad mortē. Rex aūt quod
gestum erat scripsit in cōmentarijs. Sed et
mardocheus rei memoriā litteris tradidit.
Precepitq; ei rex vt in aula palacij morare
tur: datis ei ꝓ delatione muneribus. Amā
vero filius amadathi bugeus erat glorio-
sissimus corā rege: et voluit nocere mardo-
cheo et ꝓpl'o eius ꝓ duobus eunuchis re-
gis qui fuerāt interfecti. ¶ Hucusq; ꝓhemiū
Que sequunt̄ in eo loco posita erāt vbi scriptū
est in volumine: et diripuerūt bona vel substāti-
as eorꝝ. Que in sola vulgata editiōe reperimus
Epistole autē hoc exemplar fuit. ¶ Ca. xiij.

Rex maximus artarxerxes ab india us
q; ethiopiā centūuigintiseptē ꝓuin
tiarū principibus et ducibus. qui eius im-
perio subiecti sunt. salutem. Cum plurimis
gentibus imperarē. et vniuersum orbē mee
ditioni subiugassem: volui nequaq̄ abuti
potentie magnitudine. sed clemētia et leni-
tate gubernare subiectos: ut absq; vllo ter-
rore vitā silentio transigentes. optata cun-
ctis mortalibus pace fruerent̄. Querēte au
tem me a ꝯsiliarijs meis quomodo posset
hoc impleri: vnus qui sapientia et fide ce-
teros ꝑcellebat. et erat post regem secundus
aman nomine. indicauit mihi in toto orbe
terrarū ꝓpl'm esse dispersum. qui nouis vte
retur legibus: et ꝯtra omniū gentiū ꝯsuetu
dinē faciens. regū iussa cōtemneret: et vni-
uersarū concordiā nationū sua dissensione
violaret. Quod cū didicissemus videntes
vnā gentē rebellē aduersus om̄e hominū
genus ꝑuersis vti legibus. nostrisq; iussio-
nibus cōtraire. et turbare subiectarū nobis
ꝓuintiarū pacē atq; cōcordiā: iussimus vt
quoscūq; aman qui omibus ꝓuintijs ꝑpo
situs est ⁊ secūdus a rege. et quē patris loco
colimus mōstrauerit. cū cōiugibus ac libe-
ris deleantur ab inimicis suis. nullusq; eorꝝ
misereat̄. quartadecīa die duodecimi mē-
sis adar anni ꝑsentis: ut nepharij homines
vno die ad inferos descendētes. reddāt im
perio nr̄o pacē quā turbauerant. Hucusq;
exemplar epistole. Que sequunt̄ post eum locū
scripta reperi vbi legit̄. pergensq; mardocheus
fecit omīa que ei mandauerat hester. nec tamē
habent̄ in hebraico: et apud nullū penitus ferū
tur interpretū. ¶ Mardocheus aūt deprecatus
est dn̄m: memor omniū operū eius. et
dixit. Domine dn̄e rex omīpotēs. in ditio-
REspondens aūt sophar naamathites dixit. Idcirco cogitationes mee vane succedūt sibi: et mens in diuersa rapit. Doctrinā qua me arguis audiā: et spūs intelligentie mee respondebit mihi. Hoc scio a principio ex quo est positus homo super terrā: q̄ laus impiorū breuis sit: et gaudiū ypocrite ad instar puncti. Si ascēderit vsq; ad celū superbia eius: et caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur: et qui eū viderāt: dicēt. Vbi est? Velut somniū auolans nō inueniet: trāsiet sicut visio nocturna. Oculus qui eū viderat nō videbit: neq; vltra intuebit eū locus suus. Filij eius attenrentur egestate: et manus illius reddēt eis dolorē suū. Ossa eius implebunt vicijs adolescentie eius: et cū eo in puluere dormient. Cum enī dulce fuerit in ore eius malū: absconderit illud sub lingua sua. Parcet illi: et nō derelinquet illud: et celabit in gutture suo. Panis eius in vtero illius vertet in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit euomet: et de vētre illius extrahet eas deus. Caput aspidū suget: et occidet eum lingua vipere. Nō videat riuulos fluminis torrētis: mellis et butiri. Luet que fecit oia: nec tamē consumet. Iuxta multitudinē adinuentionū suarū: sic et sustinebit: qm̄ confringens nudauit pauperis domū: rapuit et nō edificauit eā. nec est satiatus venter eius. Et cū habuerit q̄ cupierat: possidere nō poterit. Non remānsit de cibo eius: et propterea nihil p̄manebit de bonis eius. Cū satiatus fuerit: artabitur: estuabit: et omnis dolor irruet

super eum. Vtinā impleatur venter eius. ut emittat in eū iram furoris sui: et pluat sup illū bellū suū. Fugiet arma ferrea ⁊ irruet in arcū ereū: eductus et egr[illegible]gina sua: et fulgurās in am[illegible] et veniēt sup eū horribiles: o[illegible] abscōdite sunt in occultis eius. Deuo[illegible] eū ignis qui nō succendit: affligetur relictus in tabernaculo suo. Reuelabūt celi iniqtatē eius: et terra ꝯsurget aduersus eū. Apertū erit germē domus illius: detrahet in die furoris dei. Hec ē pars hoīs impij a deo: et hereditas verboꝝ eius a dño. ¶ Ca. xxj.

Respondēs aūt iob dixit. Audite queso ꝑmones meos: et agite penitentiā. Sustinete me. ut et ego loquar: et post mea si videbit verba ridete. Nūquid ꝯtra hominē disputatio mea est. vt merito nō debeam cōtristari? Attendite me et obstupescite: et supponite digitū ori vestro. Et ego quādo recordatus fuero ꝑtimesco: et ꝯcutit carnē meā tremor. Quare ergo impij viuūt subleuati sunt. cōfortatiq; diuitijs? Semen eoꝝ ꝑmanet corā eis: ꝓpinquoꝝ turba et nepotū in ꝯspectu eoꝝ. Domus eoꝝ secure sunt et pacate: et nō ē virga dei sup illos Bos eoꝝ ꝯcepit et nō abortiuit: vacca peperit et nō est priuata fetu suo. Egrediūtur quasi greges paruuli eoꝝ: et infantes eorū exultāt lusibus. Tenēt tympanū ⁊ citharā: et gaudēt ad sonitū organi. Ducunt in bonis dies suos: et in puncto ad infernū descēdunt. Qui dixerūt deo recede a nobis: et scientiā viarū tuarū nolumus. Quis est omīpotens vt seruiamus ei? Et q̄d nobis prodest si orauerimus illū? Verūtamen qꝛ nō sunt in manu eoꝝ bona sua: ꝯsiliū impioꝝ longe sit a me. Quotiens lucerna impiorū extinguet: et superueniet eis inundatio: et dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut palee ante faciē venti: et sicut fauilla quā turbo dispergit. Deus seruabit filijs illius dolorē patris: et cū reddiderit tūc sciet. Videbūt oculi eius interfectionē suā: et de furore oīpotentis bibet. Quid enī ad eū ꝑtinet de domo sua post se? Et si numerus mensium eius dimidiet? Nūquid deū docebit quispiā scientiā q̄ excelsos iudicat? Iste moritur robustus et sanus diues ⁊ felix: viscera eius plena sunt adipe: et medullis ossa illius irrigant. Alius vere morit in amaritudine aīe sue absq; vllis opibus: et tamen simul in puluere dormiēt: et vermes operient eos. Certe noui cogitatiōes vr̄as: et sententias ꝯtra me iniquas. Dicitis enī. vbi ē domus p̄ncipis: et vbi tabernacula impiorū? Interrogate quēlibet de viatoribus: et hec eadē illū intelligere cognoscetis. Quia in diē ꝑditionis seruat malus: et ad diē furoris ducet. Quis arguet corā eo vias eius et que fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducet: et in cōgerie mortuoꝝ vigilabit. Dulcis fuit glaries cocyti: et post se omnē hoīem trahet: et ante se innumerabiles. Quō igit ꝯsolamini me frustra: cū respōsio vr̄a repugnare ostēsa sit veritati. ¶ Ca. xxij

Respondens autē eliphas themanites dixit. Nūquid deo potest compara[illegible] homo: etiā cum ꝑfecte fuerit sciētie? Qui[illegible] ꝓdest deo si iustus fueris: aut q̄d ei ꝯfers si immaculata fuerit vita tua? Nūquid timens arguet te. et veniet tecū in iudiciū: et nō ꝓpter malitiā tuam plurimā et infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enī pignus fratrū tuoꝝ sine causa: et nudos spoliasti vestibus. Aquā lasso nō dedisti: et esuriēti subtraxisti panē. In fortitudine brachij tui possidebas terrā: et potētissimus obtinebas eā Viduas dimisisti vacuas: et lacertos pupilloꝝ cōminuisti. Propterea circūdatus es laqueis: et cōturbat te formido subita. Et putabas te tenebras nō visurū: et impetu aquarū inundātiū nō oppressum iri. An cogitas q̄ deus excelsior celo sit. et sup stellarū verticē sublimetur? Et dicis. Quid enī nouit deus? Et quasi ꝑ caliginem iudicat. Nubes latibulū eius: nec nr̄a cōsiderat: et circa cardines celi ꝑambulat. Nūquid semitā seculoꝝ custodire cupis quā calcauerunt viri iniqui q̄ sublati sunt ante tps suū: et fluuius subuertit fundamētū eoꝝ? Qui dicebant deo recede a nobis: et quasi nihil possit facere omīpotēs estimabāt eū: cū ille implesset domos eoꝝ bonis. Quoꝝ sentētia ꝓcul sit a me. Videbūt iusti ⁊ letabunt: et innocēs subsannabit eos. Nōne succisa

est erectio eoꝝ: et reliquias eoꝝ deuorauit ignis? Acquiesce igit ei et habeto pacē: et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legē: et pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omipotentem. edificaberis: et longe faciet iniquitatē a tabernaculo tuo. Dabit ꝑ terra silicē: et p̄ silice torrentes aureos. Eritq; omnipotens contra hostes tuos: et argentū coacervabitur tibi. Tunc sup omipotentē delitijs affluēs: et eleuabis ad deū faciē tuā. Rogabis eum et exaudiet te: et vota tua reddes. Decernes rem et veniet tibi: et in vijs tuis splendebit lumē. Qui enī humiliatus fuerit erit in gloria. et q̄ inclinauerit oculos ipe saluabit̄. Saluabit̄ innocēs: saluabit̄ autē munditia manuū suarum. ¶ Ca. xxiij.

RESpondēs autē iob ait. Nunc quoq; in amaritudine ē sermo meus: et manus plage mee aggrauata est super gemitū meū. Quis mihi tribuat vt cognoscam et inueniā illū: et veniam vsq; ad soliū eius? Ponā cora eo iudiciū. et os meū replebo increpationibus: ut sciam verba que mihi respondeat: et intelligā quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contēdat mecū: nec magnitudinis sue mole me p̄mat. Proponat equitatē contra me: et pueniet ad victoriā iudiciū meū. Si ad orientē iero nō apparet: si ad occidentē nō intelligo eum. Si ad sinistrā quid agam? Non apprehendā eū. Si me vertā ad dexterā: nō videbo illum. Ipse vero scit viā meā: et ꝑbabit me quasi aurū quod p ignē transit. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui et nō declinaui ex ea. A mandatis labioꝝ eius nō recessi: et in sinu meo abscōdi verba oris eius. Ipse enī solus est: et nemo auertere potest cogitationē eius: et anima eius q̄dcunq; voluit hoc fecit. Cūq; expleuerit in me volūtatē suā: et alia multa similia p̄sto sunt ei. Et idcirco a facie eius turbatus sum et considerās eū timore sollicitor. Deus molliuit cor meū: et omipotens conturbauit me. Non enī perij ꝑ ter imminētes tenebras: nec faciē meā operuit caligo. ¶ Ca. xxiiij.

A BOmipotente nō sunt abscondita tēpora: qui autē nouerūt eum ignorāt dies illius. Alij terminos transtulerūt: diripuerunt greges. et pauerūt eos. Asinū pupillorū abegerūt: et abstulerunt ꝑ pignore bouem vidue. Subuerterūt pauperū viā: et oppressērūt pariter mansuetos terre. Alij quasi onagri i deserto egrediunt̄ ad opus suū: vigilantesq; ad predā p̄parant panem liberis. Agrum nō suū demetūt: et vineam eius quē vi oppresserūt vindemiant. Nudos dimittūt homines indumēta tollētes: quibus nō est operimentū in frigore. quos ymbres montiū rigant: et nō habētes velamen amplexant̄ lapides. Vim fecerunt deprędantes pupillos: et vulgū pauperē spoliauerūt. Nudis et incedētibus absq; vestitu et esurientibus tulerunt spicas. Inter aceruos eoꝝ meridiati sunt: q̄ calcatis torcularibus sitiūt. De ciuitatibus fecerūt viros gemere: et aīa vulneratoꝝ clamauit: et deus ultū abire nō patit̄. Ipsi fuerūt rebelles lumini. Nescierunt vias eius: nec reuersi sunt p semitas illius. Mane p̄mo surgit homicida: interficit egenū et pauperē. p nocte vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginē. dicens non me videbit oculus: et operiet vultū suū. Perfodit in tenebris domos sicut in die cōdixerant sibi: et ignorauerunt lucē. Si subito apparuerit aurora. arbitrantur ymbrā mortis: et sic in tenebris quasi in luce ambulāt. Leuis est sup facie aque. Maledicta sit pars eius in terrā: nec ambulet p viam vinearū. Ad nimiū calorem transiet ab aquis niuiū: et vsq; ad inferos peccatū illius. Obliuiscat̄ eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in recordatione: sed conteratur sicut lignū infructuosū. Pauit enī sterilē et que nō parit: et vidue bene nō fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: et cū steterit nō credet vite sue. Dedit ei deus locū penitētie: et ille abutit̄ eo in superbia. Oculi autē eius sunt in vijs illius. Eleuati sūt ad modicū. et nō subsistēt et humiliabunt̄ sicut oīa et auferent̄: et sic sūmitates spicarū conterent̄. Quod si nō est ita. quis me pōt arguere esse mentitū: et ponere ante deū verba mea? ¶ Ca. xxv.

BEspondens autē baldad suites dixit. Potestas. et terror apud eū est: q̄ facit

concordiã in sublimibus suis. Nũquid est
numerus militũ eius: et sup quẽ nõ surget
lumen illius? Nũquid iustificari potest hõ
cõparatus deo: aut apparere mũdus natus
de muliere? Ecce luna etiã nõ splẽdet et stel
le nõ sũt mũde in ospectu eius: quãto magis
homo putredo. et filius hominis vermis?

REspondens aũt iob dixit. Ca.xxvi.
Cuius adiutor es? Nũquid imbecil-
lis: et sustentas brachiũ eius qui nõ est for
tis? Cui dedisti consiliũ? Forsitan illi qui nõ
habet sapientiã: et prudentiã tuã ostẽdisti
plurimã. Quẽ docere voluisti? Nonne eum
qui fecit spiramentũ? Ecce gigantes gemũt
sub aquis: et qui habitãt cum eis. Nudus
est inferus coram illo: et nullum est operi-
mentum perditioni. Qui extendit aquilonẽ
super vacuum: et appendit terram super ni-
hil. Qui ligat aquas in nubibus suis: vt
nõ erumpãt pariter deorsum. Qui tenet vul
tũ soliũ sui: et expãdit sup illud nebulã suã.
Terminũ circũdedit aquis: usq; dũ finiant lux
et tenebre. Columne celi otremiscunt: et
pauẽt ad nutũ eius. In fortitudine illius re
pente maria congregata sũt: et prudẽtia eius
percussit superbũ. Spiritus eius ornauit celos
et obstetricãte manu eius eductus est colu
ber tortuosus. Ecce hec ex parte dicta sunt
viarũ eius. Et cũ vix paruã stillã sermonis
eius audierimus. quis potest tonitruũ ma
gnitudinis illius intueri?

Ca.xxvii.
ADdidit quoq; iob assumẽs parabolã
suã & dixit. Viuit deus qui abstulit iudiciũ
meũ. et omipotẽs qui ad amaritudinẽ ad
duxit aiam meã: q; donec superest alitus
in me. et spiritus dei in naribus mei. nõ lo-
quentur labia mea iniq̃tatẽ: nec lingua mea
meditabitur mẽdaciũ. Absit a me: ut iustos
esse vos iudicẽ. Donec deficiã: nõ recedam
ab innocẽtia mea. Iustificationẽ meã quã
cepi tenere nõ deseram. Neq; enĩ reprehen
dit me cor meũ: in omi vita mea. Sicut im-
pius inimicus meus: et aduersarius meus
quasi iniquus. Que est enĩ spes ypocrite si
auare rapiat: et nõ liberet deus aiam eius?
Nunquid deus audiet clamorẽ eius cũ ve
nerit sup eũ angustia? Aut potent in omni
potente delectari: et inuocare deũ omi tpe?
Docebo vos p manũ dei que omipotens
habeat: nec abscondã. Ecce omes vos no
stis: et q̃d sine causa vana loquimini? Hec
est pars hominis impĩ apud deũ: et hereditas
violentor quã ab omipotẽte suscipi-
ent. Si multiplicati fuerint filii eius in gla-
dio erũt: et nepotes eius nõ saturabunt pa
ne. Qui reliqui fuerint ex eo. sepelient in in-
teritu: et vidue illius nõ plorabũt. Si com-
portauerit quasi terra argentũ & sicut lutum
pparauerit vestimenta: pparabit quidẽ. sed
iustus vestiet illis: et argentũ innocẽs diui-
det. Edificauit sicut tinea domũ suã: & sicut
custos fecit vmbraculũ. Diues cũ dormie-
rit. nihil secũ auferet: aperiet oculos suos. et
nihil inueniet. Apprehẽdet eũ quasi aqua
inopia: nocte opprimet eũ tempestas. Tol
let eũ ventus vrẽs & auferet: et velut turbo
rapiet eum de loco suo. Et mittet sup eũ. et
nõ pcet: de manu eius fugiẽs fugiet. Strin
get super eũ manus suas: et sibilabit super
illũ intuens locũ eius.

Ca.xxviii.
HAbet argentũ venarũ suarũ principia
et auro locus est in quo cõflatur. Ferrũ de
terra tollit: et lapis solutus calore in es ver
titur. Tempus posuit tenebris: et vniuerso-
rũ finẽ ipe considerat. Lapidẽ q̃q; caliginis et
vmbrã mortis diuidet tororẽs a pl'o pere-
grinante: eos quos oblitus est pes egentis
hominis et inuios. Terra de qua oriebat
panis: in loco suo igni subuersa est. Locus
saphiri lapides eius: et glebe illius aurũ.
Semitã ignorauit auis: nec intuitus est ocu
los vulturis. Non calcauerũt eam filii in-
stitorũ: nec ptransiuit p eã leena. Ad salu-
cem extendit manũ suã: subuertit a radici-
bus montes. In petris riuos excidit et omne
pciosum vidit oculus eius. Profunda q̃q;
fluuiorũ scrutatus est: et abscõdita produxit
in lucẽ. Sapiẽtia vero vbi inuenit: et quis
est locus intelligentie? Nescit homo preciũ
eius: nec inuenit in terra suauiter viuentiũ.
Abyssus dicit nõ est in me: et mare loquit
nõ est mecũ. Non dabit aurũ obrizum p
ea: nec appendet argentũ in cõmutatione
eius. Nõ conferetur tinctis indie coloribus:
nec lapidi sardonico pciosissimo vel saphi-
ro. Non adequabit ei aurũ vel vitrũ: nec

commutabunt vasa pro ea auri excelsa et eminentia: nō cōmemorabunt cōparatione eius. Trahitur aūt sapientia de occultis. Non adequabit ei topasion de ethiopia: nec tincture mundissime componet. Vnde ergo sapientia venit: et quis est locus intelligentie? Abscondita est ab oculis omniū viuentiū: volucres quoq; celi latet. Perditio et mors dixerūt: auribus nostris audiuimus famā eius. Deus intelligit viā eius: et ipse nouit locū illius. Ipse enī fines mūdi intuetur: et omia que sub celo sunt respicit. Qui fecit ventis pondus: et aquas appendit mensura. Quando ponebat pluuijs legē et viā ,pcellis sonātibus: tunc vidit illā et enarrauit: et ꝑparauit et inuestigauit. et dixit homi. Ecce timor dñi ipa est sapientia et recedere a malo intelligentia. ¶ Ca. xxix.

ADdidit quoq; iob assumēs parabolā suā & dixit. Quis mihi tribuat ut sim iuxta mēses pristinos: scōm dies quibus deus custodiebat me? Quādo splēdebat lucerna eius sup caput meū: et ad lumē eius ambulabā in tenebris. Sicut fui in diebus adolescētie mee: quādo deus secreto erat in tabernaculo meo. Quādo erat omīpotens mecū: et in circuitu meo pueri mei. Quando lauabā pedes meos butiro: et petra fundebat mihi riuos olei. Quando ,pcedebā ad portā ciuitatis: et in platea parabāt cathedrā mihi. Videbant me iuuenes et abscōdebant: et senes assurgētes stabant. Principes cessabant loqui: et digitū supponebant ori suo. Vocē suā cohibebāt duces: et lingua eorū gutturi suo adherebat. Auris audiens beatificabat me: et oculus videns testimoniū reddebat mihi. eo q; liberassem pauperē vociferantē: et pupillū cui nō esset adiutor. Benedictio piturī sup me veniebat: et cor vidue consolatus sum. Iustitia indutus sum: et vestiui me sic vestimēto et diademate iudicio meo. Oculus fui ceco: et pes claudo. Pater erā pauperū: et causam quā nesciebā diligētissime inuestigabā. Cōterebā molas iniqui: et de dentibus illius auferebā predā. Dicebamq; in nidulo meo morar: et sic palma multiplicabo dies. Radix mea aperta ē secus aquas: et ros morabit in messione mea. Gloria mea semp innouabit: et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebāt expectabāt sententiā: et intenti tacebant ad cōsiliū meum. Verbis meis addere nihil audebāt: et sup illos stillabat eloquiū meum. Expectabāt me sicut pluuiā: et os suū aperiebant ꝙsi ad ymbrē serotinū. Si quādo ridebā ad eos nō credebāt: et lux vultus mei nō cadebat in terrā. Si voluissem ire ad eos sedebā primus. Cūq; sederē ꝙsi rex circūstante exercitu: erā tamē merentiū consolator. ¶ Ca. xxx.

NVnc aūt deridēt me iuniores tēpore: quorū nō dignabar patres ponere cū canibus gregis mei. Quorū virtus manuū mihi erat pro nihilo: et vita ipa putabant indigni. Egestate et fame steriles: qui rodebant in solitudine. squalētes calamitate et misera. Et mandebāt herbas et arborū corticēs: et radix iuniperorū erat cibus eorum. Qui de cōuallibus ista rapientes: cū singula reperissent. ad ea cū clamore currebāt. In desertis habitabāt torrentiū: et in cauernis terre. vel sup glareā. Qui inter huiuscemodi letabant: et esse sub sentibus delicias cōputabāt. Filij stultorū et ignobiliū: et in terra penitus nō parētes. Nūc in eorū canticū versus sum: et factus sum eis in ,puerbiū. Abhominant me et longe fugiūt a me: et faciē meā cōspuere nō verent. Pharetrā enī suā aperuit et afflixit me: et frenū posuit in os meū. Ad dextram orientis calamitatis mee ilico surrexerūt. Pedes meos subuerterunt: oppressērūt ꝙsi fluctibus semitas suas. Dissipauerūt itinera mea. Insidiati sūt mihi et ꝓualuerūt: et nō fuit q̄ ferret auxiliū. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerūt sup me: et ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus sum in nihilū. Abstulisti quasi ventus desideriū meū: et velut nubes ptrā sit salus mea. Nunc aūt in memetipō marcescit aia mea: et possidēt me dies afflictionis. Nocte os meū pforat dolorib⁹: et q̄ me comedūt nō dormiunt. In multitudine eorū consumit vestimentū meū: et quasi capitio tunice. sic cinxerūt me. Cōparatus sū luto: et assimilatus sū fauille et cineri. Clamo ad te: et nō exaudis me: sto: et nō respicis

me. Mutatus es mihi in crudelē: et in duritia manus tue aduersaris mihi. Eleuasti me: et quasi sup ventū ponēs elisisti me valide. Scio qz morti tradas me: ubi ɔstituta est domus omni viuēti. Verūtamē nō ad ɔsumptionē eoꝝ emittis manū tuam: et si corruerint ipe saluabis. Flebā quōdā sup eo qui afflictus erat: et ɔpatiebat̄ aīa mea paupi. Expectabā bona et venerunt mihi mala: p̄stolabar lucē ⁊ eruperūt tenebre. Interiora mea efferbuerūt absqz vlla requie: p̄uenerūt me dies afflictiōis. Merens incedebā: sine furore ɔsurgēs in turba clamaui Frater fui draconū: et sotius strutionū. Cutis mea denigrata est sup me: et ossa mea aruerūt pre caumate. Versa est in luctū cithara mea: et organū meū in vocē flentiū.

Ca. xxxj.

Pepigi fedus cū oculis meis: ut ne cogitarē quidē de virgine Quā enī partē haberet in me deus desuper: et hereditatē omīpotens de excelsis? Nunquid nō pditio est iniquo: et alienatio operantibus iniustitiā? Nonne ipe considerat vias meas: et cūctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate et festinauit in dolo pes meus: appēdat me in statera iusta: et sciat deus simplicitatē meā. Si declinauit gressus meus de via. et si secutus ē oculus meus cor meū. et si in manibus meis adhesit macula: seram ⁊ alius comedat et ꝓgenies mea eradicetur. Si deceptū est cor meū sup muliere: et si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortū alterius sit vxor mea. et sup illā incuruent̄ alij. Hoc enī nephas ē et iniquitas maxima: ignis vsqz ad pditionē deuorans: et oīa eradicans genimina. Si ɔtempsi subire iudiciū cum seruo meo et ancilla mea: cū disceptarent aduersum me. Quid enī faciā cū surrexerit ad iudicandū deus: et cū quesierit quid respondebo illi? Nunquid nō in vtero fecit me. q̄ et illū operatus est. et formauit me in vulua vnus? Si negaui quod volebāt pauperibus: et oculos vidue expectare feci. Si comedi bucellam meā solus: et nō comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecū miseratio: et de vtero matris mee ingressa est mecum. Si despexi p̄tereuntē eo qꝫ nō habuerit indumentū: et absqz operimento pauperē. Si nō bn̄dixerūt mihi latera eius: et de velleribus ouiū mearū calefactus est. Si leuaui sup pupillū manū meā etiā cum viderē me in porta superiorē: humerus meus a iunctura sua cadat: et brachiū meū cū suis ossibus ɔfringat̄. Semp enī quasi tumentes super me fluctus timui deum: et pondus eius ferre nō potui. Si putaui aurū robur meum: et obrizo dixi fiducia mea. Si letatus sum sup multis diuitijs meis: et qz plurima repperit manus mea. Si vidi solē cū fulgeret et lunā incedētem clare. et letatū est in abscōdito cor meū: et osculatus sum manū meā ore meo. que est iniquitas maxima: et negatio ɔtra deū altissimū. Si gauisus sum ad ruinā eius qui me oderat: et exultaui qꝫ inuenisset eū malū. Non enī dedi ad peccandū guttur meū: ut expeterē maledicēs aīam eius. Si nō dixerunt viri tabernaculi mei: q̄s det de carnibus eius ut saturemur? Foris nō māsit pegrinus: ostiū meū viatori patuit. Si abscōdi q̄si hō peccatū meū: et celaui in sinu meo iniquitatē meā. Si expaui ad multitudinē nimiā: et despectio ꝓpinquorū terruit me: et nō magis tacui nec egressus sum ostium Quis mihi tribuat adiutorē. vt desideriū meū audiat omīpotens. et librū scribat ipe qui iudicat: ut in humero meo portē illū et circūdem illū q̄si coronam mihi? Per singulos gradus meos ꝓnunciabo illū: et quasi p̄ncipi offerā eū. Si aduersū me terra mea clamat: et cū ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absqz pecunia: et animā agricularū eius afflixi: ꝓ frumēto oriat̄ mihi tribulus: et ꝓ ordeo spina.

Ca. xxxij.

Omiserunt aūt tres viri isti respōdere iob: eo qꝫ iustus sibi videretur. Et iratus indignatusqz ē heliu filius barachel buzites de cognatione ram. Iratus est aūt aduersum iob: eo qꝫ iustū se esse diceret corā deo. Porro aduersū amicos eius indignatus est. eo qꝫ nō inuenissent responsionē rationabilē: sed tatūmodo ɔdemnassent iob Igitur heliu expectauit iob loquentē: eo qꝫ seniores essent qui loquebant̄. Cū autē vidisset qꝫ tres rn̄dere nō potuissent: iratus est

vehementer. Respondēsq; heliu filius barachel buzites dixit. Iunior sum tpe: vos aūt antiquiores. Idcirco dēmīsso capite verens sum vobis indicare meā sententiā. Sperabā enī q; etas ,plixior loqueret: et ānos multitudo doceret sapientiā. Sed vt video spūs est in hoībus: et inspiratio omīpotentis dat intelligentiā. Nō sunt longeui sapiētes: nec senes intelligunt iudiciū. Ideo dicā audite me: ostendā vobis etiā ego meā sententiam. Expectaui enī sermones vestros: audiui prudentiā vestrā. Donec discepta remini sermonibus vestris: et donec putabam vos aliquid dicere ōsiderabā. Sed ut video nō est q̄ possit arguere iob: et respōdere ex vobis sermonibus eius. Ne forte dicatis inuenimus sapientiā: deus ,piecit eum non homo. Nihil locutus est mihi: et ego nō scōm sermones vestros respondebo illi. Extimuerūt: nec responderūt vltra: abstulerūtq; a se eloquiū. Quoniā igit̄ expectaui et nō sunt locuti. steterūt nec respondent vltra: rīndebo et ego partē meā: et ostēdā scientiā meā. Plenus sum enī sermonibus: et coartat me spūs vteri mei. En venter meus q̄si mustū absq; spiraculo: q̄ō lagunculas nouas dirūpit. Loquar et respirabo paululū: aperiā labia mea et rīndebo. Non accipiā personā vīr: et deū homī nō equabo. Nescio enī q̄diu subsistā et si post modicū tollat me factor meus. ¶ Ca. xxxiij.

AVdi igit̄ iob eloquia mea: et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum: loquat̄ lingua mea in faucibus meis. Simplicā corde meo sermones mei: et sententiā labia mea purā loquent̄. Spūs dei fecit me: et spiraculū omīpotētis viuificauit me. Si potes responde mihi: et aduersus faciē meā ōsiste. Ecce et me sicut et te fecit deus: et de eodē luto ego q̄q; formatus sum. Verūtamē miraculū meū nō te terreat: et eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis: et vocē verborum tuorū audiui. Mundus sum ego et absq; delicto: immaculatus. et nō est iniq̄tas in me. Quia querelas i me reperit: ideo arbitratus est me inimicū sibi. Posuit in nervo pedes meos: custodiuit omnes semitas meas. Hoc ē ergo in quo nō es iustificatus. Respondebo tibi: q; maior sit deus hoīe. Aduersum eū ostendis: q; nō ad oīa verba rīndeat tibi. Semel loquit̄ deus: et scōdo idipsum nō repetit. Per somniū in visione nocturna: quādo ruit sopor super homines: et dormiūt in lectulo. Tunc aperit aures virorum et erudiēs eos instruit disciplina: vt auertat hominē ab his que fecit. et liberet eum de superbia: eruens animā eius a corruptione: et vitā illius vt nō trāseat in gladiū. Increpat quoq; per dolorē in lectulo: et oia ossa eius marcescere facit. Abhominabilis ei fit in vita sua panis: et aie illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius et ossa que tecta fuerāt nudabunt̄. Appropinquabit corruptioni anima eius: et vita illius mortifera. Si fuerit ,p eo angelus loquens vnū de similibus vt annūciet hois equitatē: miserebit̄ ei et dicet. Libera eū: vt nō descendat in corruptionē. Inueni in quo ei ,placet. Consumpta est caro eius a supplitijs: reuertat̄ ad dies adolescētie sue. Deprecabit̄ deū et placabilis ei erit: et videbit faciē eius in iubilo: et reddet homī iustitiā suā. Respiciet hoīes et dicet. Peccaui. et vere deliqui: et vt erā dignus nō recepi. Liberauit aiam suā ne pgeret in interitū: sed viuens lucē videret. Ecce hec oīa operat̄ deus tribus vicibus p singulos: ut reuocet animas eorū a corruptione: et illuminet luce viuentiū. Attende iob et audi me: et tace dū ego loquor. Si aūt habes q; loquaris rīnde mihi. Loquere. Volo enī te apparere iustū. Quod si nō habes audi me tace et docebo te sapientiā. ¶ Ca. xxxiiij.

PRonunciās itaq; heliu etiā hec locutus est. Audite sapiētes verba mea: et eruditi auscultate me. Auris enim verba ,pbat: et guttur escas gustu diiudicat. Iudiciū eligamus nobis: et inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit iob iustus sum: et deus subuertit iudiciū meū. In iudicādo enī me mendaciū est: violēta sagitta mea absq; vllo peccato. Quis est vir ut ē iob q̄ bibit subsannationē quasi aquā: qui graditur cū operātibus iniquitatē et ambulat cum viris impijs? Dixit enī. Non placebit

vir deo: etiã si cucurrerit cum eo. Ideo vim cordati audite me. Absit a deo impietas: et ab omipotẽte iniquitas. Opus enĩ hominis reddet ei: et iuxta vias singlorũ restituet eis. Vere enĩ deus nõ cõdemnabit frustra: nec omipotẽs subuertet iudiciũ. Quẽ constituit aliũ sup terrã: aut quẽ posuit super orbẽ quẽ fabricatus est? Si direxerit ad eũ cor suũ: spiritũ illius et flatum ad se trahet. Deficiet omis caro simul: et homo in cinerẽ reuertẽt. Si habes ergo intellectũ audi qõd dicã: et ausculta vocem eloquij mei. Nunquid qui nõ amat iudiciũ sanari potest? Et quõ tu eũ qui iustus ẽ in tantũ odemnas? Qui dicit regi apostata: q̃. vocat duces impios. Qui nõ accepit psonas principũ: nec cognouit tyrannũ cũ disceptaret contra pauperẽ. Opus enĩ manuũ eius sunt vniuersi. Subito morientur: et in media nocte turbabuntur populi: et pertransibũt: et auferẽt violentũ absq; manu. Oculi enĩ eius sup vias hominũ: et omnes gressus eorũ cõsiderat. Nõ sunt tenebre et nõ est vmbra mortis: vt abscõdant ibi qui operant iniquitatẽ. Neq; enĩ vltra in homis potestate est: vt veniat ad deũ in iudiciũ. Conteret multos innumerabiles: et stare faciet alios pro eis. Nouit enĩ opa eorũ: et idcirco inducet nocte et oterent. Quasi impios percussit eos in loco videntiũ. Qui quasi de industria recesserunt ab eo. et omnes vias eius intelligere noluerũt: vt peruenire facerẽt ad deũ clamorẽ egeni: et audiret vocẽ pauperũ. Ipso enĩ concedente pacẽ: quis est q̃ odemnet? Exquo absconderit vultũ: quis est qui contemplet eũ? Et sup gẽtes: et sup omnes homines. Qui regnare facit hominẽ ypocritã: ꝓpter pcãta ꝓpli. Quia ergo ego locutus sum ad deũ: te q̃q; nõ ꝓhibebo. Si errauí. tu doce me. Si iniquitatẽ locutus sum: ultra nõ addã. Nũquid a te deus expetit eã: qz displicuit tibi? Tu enĩ cepisti loqui: et nõ ego. Quod si q̃d nosti melius. loquere. Viri intelligentes loquantur mihi: et vir sapiens audiet me. Iob autẽ stulte locutus est: et verba illius nõ sonant disciplinã. Pater mi, ꝓbet̃: iob usq; ad finẽ. Ne desinas ab homie iniquitatis: qui addit sup peccata sua blasphemiam. Inter nos interim ostringat̃: et tunc ad iudicium ꝓuocet sermonibus suis deũ. Ca. xxxv.

1 Igitur heliu hec rursum locutus ẽ. Nũquid equa videt̃ tibi tua cogitatio: ut diceres iustior deo sum? Dixisti enĩ. Nõ tibi placet quod rectũ est. Vel quid tibi ꝓdest: si ego peccauero? Itaq; ego respõdebo sermonibus tuis: et amicis tuis tecum. Suspice celũ et intuere: et contemplare ethera q̃ altior te sit. Si peccaueris: quid ei nocebis? Et si multiplicate fuerint iniq̃tates tue: q̃d facies cõtra eũ? Porro si iuste egerис. quid donabis ei: aut q̃d de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est nocebit impietas tua: et filiũ hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinẽ calumniatorũ clamabũt: et eiulabũt ꝓpter vim brachij tyrannorũ. Et nõ dixit vbi est deus qui fecit me: qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos supiumẽta terre: et super volucres celi erudit nos. Ibi clamabunt et non exaudiet ꝓpter superbiã malorũ. Nõ ergo frustra audiet deus: et omnipotens causas singulorũ intuebit̃. Etiã cũ dixeris nõ considerat: iudicare coram illo. et expecta eũ. Nunc enĩ nõ infert furorẽ suũ: nec vlciscitur scelus valde. Ergo iob frustra aperit os suũ: et absq; scie tia verba multiplicat. Ca. xxxvj.

Addens q̃q; heliu hec locutus est. Sustine me paululũ: et indicabo tibi. Adhuc enĩ habeo q̃d ꝓ deo loquar. Repetã scientiã meã a principio: et operatorẽ meũ probabo iustũ. Vere enĩ absq; mẽdacio sermones mei: et perfecta scientia ꝓbabit̃ tibi. Deus potẽs nõ abiicit. cũ et ipe sit potẽs: sed nõ saluat impios: et iudiciũ pauperibus tribuit. Nõ auferet a iusto oculos suos: et reges in solio collocat in ꝑpetuũ: et illic erigũtur. Et si fuerint in catheris et vincant̃ funibus paupertatis: indicabit eis opera eorũ et scelera eorũ: qz violẽti fuerũt. Reuelabit q̃q; aurẽ eorũ ut corripiat: et loquet̃ vt reuertãt̃ ab iniq̃tate. Si audierint et obseruauerint complebũt dies suos in bono: et annos suos in gloria. Si aũt nõ audierint trãsibunt p gladiũ: et cõsument̃ in stultitia. Simulatores et callidi ꝓuocãt iram dei: neq; clamabunt cũ vincti fuerint. Morietur in

tempestate anima eoꝝ: et vitam eoꝝ inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperē: et reuelabit in tribulatione aurē eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissime: et nō habētē fundamentū subter se. Reꝛes aūt mēse tue erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciūꝫ recipies. Nōte ergo superet ira vt aliquē oppримat. nec multitudo donoꝝ inclinet te. Depone magnitudinē tuā absqꝫ tribulatione: et oīes robustos fortitudine. Ne ꝓtrahas noctē: ut ascendāt ppl'i ꝓ eis. Caue ne declines ad iniquitatē. Hanc enī cepisti sequi post miserīā. Ecce deus excelsus in fortitudine sua: et nullus ei similis in legislatoribus. Quis potent scrutari vias eius: aut quis pōt ei dicere operatus es iniquitatē? Memento qꝫ ignores opus eius: de qꝫ cecinerūt viri. Omnes homines vident eum: vnusquisqꝫ intuetur procul. Ecce deus magnus vincēs scientiā nostrā. Numerus annorū eius inestimabilis. Qui aufert stillas pluuie et effundit imbres ad instar gurgitū. Qui de nubibus fluūt: que ꝓtexunt cūcta desuper. Si voluerit extēdere nubes q̄si tentoriū suū et fulgurare lumine suo desuper: cardines qꝫ maris operiet. Per hec enī iudicat populus: et dat escam multis mortalibus. In manibus abscōdit lucē: et ꝓcepit ei vt rursus adueniat. Annūciat de ea amico suo qꝫ possessio eius sit: et ad eā possit ascendere.

Ca. xxxvij.

Super hoc expauit cor meū: et emotū ē de loco suo. Audiet auditionē in terrore vocis eius: et sonū de ore illius ꝓcedentē. Subter oīs celos ipe considerat: et lumen illius sup terminos terre. Post eum rugiet sonitus: tonabit voce magnitudinis sue: et nō inuestigabit cū audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter: qui facit magna et inscrutabilia. Qui ꝓcipit niui vt descendat in terram: et hyemis pluuijs et imbri fortitudinis sue. Qui in manu omniū hominū signat ut nouerint singuli opa sua. Ingredietē bestia latibulū suū: et in antro suo morabitē. Ab interioribus egredietē tempestas: et ab arcturo frigus. Flante deo increscat gelu: et rursum latissime fundunt aque. Frumentū desiderat nubes. et nubes spargūt lumen suū. Que lustrāt cuncta p circuitū. quocūqꝫ eas voluntas gubernātis duxerit. ad omne qđ ꝓcepent illis sup facie orbis terrarū: siue in vna tribu siue in terra sua: siue in quocunqꝫ loco misericordie sue eas iusserit inuenīri. Ausculta hec iob: sta et cōsidera mirabilia dei. Nunqđ scis qñ ꝓcepit deus pluuijs: ut ostenderēt lucē nubiū eius? Nunqđ nosti semitas nubiū magnas: et perfectas scientias? Nonne vestimēta tua calida sunt cū pflata fuerit terra austro? Tu forsitā cū eo fabricatus es celos: q̄ solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostende nobis quid dicamus illi. Nos qppe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei q̄ loquor? Etiā si locutus fuerit hō deuorabitē: at nūc nō vident lucē. Subito aer cogetē in nubes: et ventus trāsiēs fugabit eas. Ab aquilone aurū venit: et a deo formidolosa laudatio. Digne eū inueniri non possumus. Magnus fortitudine et iudicio et iustitia: et enarrari nō potest. Ideo timebūt eū viri: et nō audebūt intēplari oīes qui sibi videntē esse sapientes.

Ca. xxxviij.

Respondēs aūt dñs iob de turbine dixit. Quis ē iste inuoluēs sentētias sermonibus imperitis? Accinge sic vir lūbos tuos: interrogabo te. et rnde mihi. Vbi eras quādo ponebam fundamēta terre? Indica mihi si habes intelligentiā. Quis posuit mēsuras eius si nosti: vel quis tetendit sup eā lineā? Sup quo bases illius solidate sunt? Aut quis demisit lapidē angularē eius. cū me laudarent simul astra matutina: et iubilarent oīes filij dei? Quis clusit ostijs mare. qñ erumpebat q̄si de vulua ꝓcedēs: cū ponerē nubē vestimentū eius. et caligine illud q̄si pānis infantie obuoluerē? Circumdedi illud termīs meis: et posui vectē et ostia et dixi. Vsqꝫ huc venies. et nō ꝓcedes amplius: et hic cōfringes tumētes fluctus tuos. Nunqđ post ortū tuū ꝓcepisti diluculo et oīdisti auroꝛe locū suū: et tenuisti oculis extrema tre. et excussisti impios ex ea? Restituetē ut lutū signaculū: et stabit sicut vestimentū. Auferetē ab impijs lux sua: et brachiū excelsū confringetē. Nunqđ ingressus es ꝓfundū maris: et i nouissimis abyssi

deambulasti. Nunq̄d aperte sunt tibi porte mortis: et ostia tenebrosa vidisti? Nunquid ꝯsiderasti latitudinē terre? Indica mihi si nosti oīa in qua via lux habitet: et tenebrarū q̄s locus sit: ut ducas vnūquodq; ad terminos suos. et intelligas semitas domus eius. Sciebas tūc ꝙ nasciturus esses et numerū dierum tuorū noueras? Nūquid ingressus es thesauros niuis. aut thesauros grandinis aspexisti: que ꝑparaui in tp̄s hostis. in die pugne ⁊ belli? Per quā viā spargitur lux. diuidit̄ estus sup terrā? Quis dedit vehemētissimo imbri cursum. et viā sonātis tonitrui. ut plueret sup terrā absq; homine in deserto. vbi nullus mortaliū cōmoratur: ut impleret inuiā et desolatā. et ꝓduceret herbas virētes? Quis ē pluuie pater: vel quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est glacies: et gelu de celo q̄s genuit? In similitudinē lapidis aque durant̄ et sup̄ficies abyssi ꝯstringit̄. Nunq̄d ꝯiungere valebis micātes stellas pliades: aut gyrū arcturi poteris dissipare? Nunquid ꝓducis luciferū in tp̄e suo: et vesperū super filios terre ꝯsurgere facis? Nunquid nosti ordinē celi: et pones rationē eius in terra? Nunquid eleuabis in nebulā vocē tuā: et impetus aquarū operiet te? Nūquid innittes fulgura et ibūt: et reuertentia dicēt tibi assumus? Quis posuit in visceribus hoīs sapientiā: uel quis dedit gallo intelligētiā? Quis enarrabit celoꝝ rationē: et concentū celi quis dormire faciet? Quādo fundabat̄ puluis in terrā et glebe cōpingebant̄? Nūquid capies leene predā. et aīam catuloꝝ eius implebis: qn̄ cubāt in antris et in specubus insidiantur? Quis ꝑparat coruo escā suā: quādo pulli eius clamāt ad deū vagātes. eo ꝙ nō habeant cibos? ¶ Ca. xxxix.

NVnq̄d nosti tp̄s ꝑtus ibicū in petris vl̄ parturiētes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses ꝯceptus earū: et scisti tēpus partus earū? Incuruant̄ ad fetū et pariunt: et rugitus emittunt. Separant̄ filij earū et pergūt ad pastū: egrediunt̄ et nō reuertētur ad eas. Quis dimisit onagrū liberū: et vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum: et tabernacula eius in terra salsuginis. Contēnit multitudinē ciuitatis: clamorem exactoris non audit. Circūspicit mōtes pascue sue: et virētia queq; ꝑquirit Nunq̄d volet rinoceros ꝑuire tibi: aut morabitur ad p̄sepe tuū? Nunquid alligabis rinocerotā ad arandū loro tuo: aut cōfringet glebas valliū post te? Nūquid fiduciā habebis in magna fortitudine eius? Et derelinques ei labores tuos? Nūquid credes illi qm̄ sementē reddet tibi: et areā tuā cōgreget? Penna strutionis similis est pennis herodij et accipitris. Quādo derelinq̄t oua sua in terra: tu forsitā in puluere calefacies ea? Oliuiscit̄ ꝙ pes conculcet ea: aut bestia agri ꝯterat. Durat̄ ad filios suos quasi nō sint sui: frustra laborauit nullo timore cogēte. Priuauit enī eā deus sapiētia. nec dedit illi intellgentiā. Cū tp̄s fuerit in altū alas erigit: deridet equū et ascēsorē eius. Nunquid p̄bebis equo fortitudinē: aut circūdabis collo eius hinnitū? Nūquid suscitabis eum q̄si locustas? Gloria nariū eius terror terrā vngula fodit. Exultat audacter: in occursum ꝑgit armatis. Contēnit pauorē: nec cedit gladio. Sup ip̄m sonabit pharetra: vibrabit hasta ⁊ clipeus. Feruēs ⁊ fremēs sorbet terrā: nec reputat tube sonare clāgorem. Vbi audierit bucinā dicit vah: ꝓculodorat̄ bellū exhorbitationē ducū. ⁊ vlulatū exercitus. Nunquid ꝑ sapientiā tuā plumescit accipiter: expandēs alas suas ad austrū? Nunq̄d ad p̄ceptū tuū eleuabit̄ aquila: et in arduis ponet nidum suū? In petris manet. in p̄ruptis silicibus cōmorat̄ atq; inaccessis rupibus. Inde ꝯtemplat̄ escā: et delōge oculi eius ꝓspiciūt. Pulli eius lambūt sanguinē: et vbicūq; cadauer fuerit. statim adest. Et adiecit dn̄s: et locutus est ad iob. Nūquid qui ꝯtēdit cū deo: tā facile cōquiescit. Vtiq; q̄ arguit deū: debet ⁊ rn̄dere ei. Rn̄dens aūt iob dn̄o dixit. Qui leuiter locutus sum. respōdere quid possum? Manū meā ponā sup os meū. Vnū locutus sum: quod vtinam non dixissem. et alterū: quibus vltra nō addam. ¶ Ca. xl.

RESpondēs aūt dn̄s iob de turbine dixit. Accinge sicut vir lūbos tuos: interrogabo te: et indica mihi. Nūquid irritū facies

iudiciū meū et cōdemnabis me vt iustifice
ris? Et si habes brachiū sicut deus et voce
simili tonas: circūda tibi decorē et in subli-
me erigere: et esto gloriosus ⁊ speciosis in-
duere vestibus. Disperge superbos in furore
tuo et ꝯfunde eos: et respiciēs oēm arrogā
tē humilia. Respice cūctos superbos ⁊ ꝯfun
de eos: et ꝯtere impios in loco suo. Abscō
de eos in puluere sil': et facies eorꝝ demerge
in foueā: et ego ꝯfitebor q̄ saluare te possit
dextera tua. Ecce behemoth quē feci tecū:
fenū quasi bos comedet. Fortitudo eius in
lumbis eius: et virtus illius in vmbilico
ventris eius. Stringit caudā suā q̄si cedrū:
nerui testiculorꝝ eius pplexi sunt. Ossa eius
velut fistule eris: cartilago illius quasi la-
mine ferree. Ipse est p̄ncipiū viarū dei. Qui
fecit eū applicabit gladiū eius: huic mōtes
herbas ferūt. Omnes bestie agri ludēt ibi:
sub vmbra dormit in secreto calami: in lo
cis humētibus. Protegunt vmbre vmbrā
eius: circūdabūt eū salices torrentis. Ecce
absorbebit fluuiū ⁊ nō mirabit̄: et habet fi
duciā q̄ influat iordanis in os eius. In ocu
lis eius q̄si hamo capiet eū: et in sudibus
p̄forabit nares eius. An extrahere poteris
leuiathā hamo: et fune ligabis linguā eius
Nunq̄d pones circulū in naribus eius: aut
armilla p̄forabis maxillā eius? Nūquid
multiplicabit ad te preces: aut loquet̄ tibi
mollia? Nunq̄d feriet tecū pactū: et accipi
es eū seruū sempiternū? Nūquid illudes ei
quasi aui: aut ligabis eū ancillis tuis? Cō-
cident eū amici: diuidēt illū negociatores.
Nunquid implebis sagenas pelle eius: et
gurgustiū pisciū capite illius? Pones super
eū manū tuā? Memēto belli: nec vltra ad-
das loq̄. Ecce spes eius frustrabit̄ eū: et vi
dētibus cunctis p̄cipitabit̄. ¶ Ca xlj.
Non quasi crudelis suscitabo eū. Quis
enī resistere potest vultui meo: et q̄s ante
dedit mihi vt reddā ei? Omnia q̄ sub celo
sunt mea sunt. Nō parcā ei verbis potenti-
bus: et ad dep̄candū cōpositis. Quis reue-
labit faciē indumēti eius? Et ī mediū oris
eius quis intrabit? Portas vultus eius q̄s
aperiet? Per gyriū dentiū eius formido: cor
pus illius q̄si scuta fusilia: compactū squa-
mis se p̄mentibus: Vna vni ꝯiungit̄: et ne
spiraculū quidē incedit p eas. Vna alteri
adherebit: et tenētes se nequaq̄ sepabunt̄
Sternutatio eius splēdor ignis: et oculi eius
vt palpebre diluculi. De ore eius lāpades
ꝓcedūt: sicut tede ignis accēse. De naribus
eius ꝓcedit fumus: sicut olle succense atq̄
feruētis. Halitus eius prunas ardere facit:
et fluma de ore eius egredit̄. In collo eius
morabit̄ fortitudo: et faciē eius p̄cedit ege
stas. Membra carniū eius coherētia sibi.
Mittit ꝯtra eū fulmina: et ad locū aliū nō
ferentur. Cor eius indurabit̄ tanq̄ lapis: et
stringet̄ quasi malleatoris incus. Cū subla
tus fuerit timebunt angeli: et territi purga-
buntur. Cū apprehēderit eū gladius: subsi-
stere nō poterit: neq̄ hasta: neq̄ torax. Re
putabit enī quasi paleas ferrū: et q̄si lignū
putridū es. Nō fugabit eū vir sagittarius:
in stipulā versi sūt ei lapides funde. Quasi
stipulā estimabit malleū: et deridebit vi-
brantē hastam. Sub ipso erūt radij solis: et
sternet sibi aurū q̄si lutū. Feruescere faciet
quasi ollā ꝓfundū maris: ponet q̄si cū vn-
guenta buliūt. Post eū lucebit semita: esti-
mabit abyssum q̄si senescentē. Nō est sup
terrā ptās que cōparet̄ ei: qui factus ē vt
nullū timeret. Om̄e sublime videt: ip̄e ē rex
sup vniuersos filios superbie. ¶ Ca. xlij.
Respondens autē iob dn̄o dixit. Scio
q2 omīa potes: et nulla te latet cogi
tatio. Quis ē iste qui celat ꝯsiliū absq̄ sciē
tia? Ideo insipiēter locutus sum: et q̄ vltra
modū excederēt scientiā meā. Audi et ego
loquar: interrogabo te et rn̄de mihi. Audi
tu auris audiui te: nūc aūt oculus meus vi
det te. Idcirco ipseme reprehēdo: et ago pe
nitentiā in fauilla et cinere. Postq̄ autē lo-
cutus ē deus verba hec ad iob: dixit ad eli
phan themaniten. Iratus est furor meus in
te et in duos amicos tuos: quoniā nō estis
locuti corā me rectū sicut seruus meus iob.
Sumite ergo vobis septem thauros et se-
ptem arietes: et ite ad seruū meū iob. et of-
ferte olocaustū pro vobis. Iob autē seruus
meus orabit ꝓ vobis. Faciē eius suscipiā
vt nō vobis imputet̄ stultitia. Neq̄ enī lo
cuti estis ad me recta: sic̄ seruus meus iob.

Abierunt ergo eliphan themanites et baldach suites et sophar naamatites-⁊ fecerũt
sicut locutus fuerat dñs ad eos: et suscepit
deus faciẽ iob. Dominus quoq; cõuersus
est ad penitentiã iob: cum oraret ꝓ amicis
suis. Et addidit dñs omia quecũq; fuerãt
iob duplicia. Venerũt aũt ad eũ oñes fra-
tres sui et vniuerse sorores sue et cũcti qui
nouerãt eũ prius: et comederũt cũ eo panẽ
in domo eius. Et mouerũt super eũ caput:
et cõsolati sunt eũ sup omni malo qđ intu-
lerat dñs sup eũ. et dederũt ei vnusquisq;
ouem vnã et inaurem aureã vnã. Domi-
nus aũt benedixit nouissimis iob magis qꝫ
principio eius. Et facta sunt ei quatuorde
cim milia ouium et sex milia camelorũ: et
mille iuga boum. et mille asine: et fuerũt ei
septẽ filij et tres filie. Et vocauit nomẽ vni
us die: et nomẽ scde cassiam: et nomẽ ter-
tie cornustibij. Non sunt aũt inuẽte mulie
res speciose sicut filie iob: in vniuersa terra.
Dedit q; eis pater suus hereditatẽ inter fra-
tres earũ. Vixit autẽ iob post hec centũ qua
draginta annis: et vidit filios suos et filios
filiorũ suor; vsq; ad quartã generationẽ
et mortuus est senex et plenus dierum.

¶ Finit liber Iob.

Incipit ꝓlogus beati hieronymi
ꝑsbyteri in psalterium.

OSalteriū rome dudū positus
emēdarē: et iuxta septuagin
ta interptes· licet cursim ma
gna tamē ex parte cozrexerā
Qđ qz rursum videtis o pau
la et eustochiū scriptozū vicio depzauatū·
plusqꝫ antiquū errozē cqꝫ nouā emēdationē
valere: me cogitis ut veluti quodā nouali·
sassium iā aruū exerceā·et obliquis sulcis re
nascentes spinas eradicē·equū esse dicētes
vt qđ crebzo pullulat crebzius succidatur·
Vnde osueta ꝑfatione cōmoneo·tam vos
quibus fozte laboziste desudat·cqꝫ eos qui
exemplaria istiusmodi habere voluerint: ut
que diligēter emēdauī: cū cura et diligētia
trāscribant. Notet sibi vnusquisqꝫ vel ra-
centē lineā·vel radiantia signa·id est obe-
los·vel astriscos: et vbicūqꝫ viderit virgu
lam precedentē·ab ea vsqꝫ ad duo puncta
que impssimus· sciat in septuaginta trāsla
toribus plus haberi: vbi autē prospexerit
stelle similitudinē de hebzeis voluminibus
addūtū nouerit eque vsqꝫ ad duo puncta·
iuxta theodotionis dūtaxat editionē: qui
simplicitate sermonis a septuaginta inter-
pretibus non discordat. Hec ergo et vobis et
studioso cuiqꝫ fecisse me scienslnō ambigo
multos foze· qui vel inuidia vel superbia
malent ctemnere et videre pclara qꝫ discē
re: et de turbulēto magistruo qꝫ de purissi-
mo fonte potare. Finit prologus.

Incipit liber ymnorum vel soliloquioꝝ.

BEatus vir qui nō abiit
in cōsilio impioꝝ: et in
via pctoꝝ nō stetit: et
in cathedra pestilentie
non sedit. Sed in lege
dñi voluntas eius: et in
lege eius meditabitur
die ac nocte. Et erit tanqꝫ lignū qđ planta
tū est secus decursus aquarū: qđ fructū suū
dabit in tpe suo. Et folium eius nō defluet:
et omia quecūqꝫ faciet ꝓsperabunt. Non
sic impii nō sic: sed tanqꝫ pulvis quē ꝓiicit
ventus a facie terre. Ideo nō resurgūt im-
pii in iudicio: neqꝫ pctozes in cōsilio iustoꝝ.
quoniā nouit dominus viam iustozū: et
iter impiozum peribit.

QVare fremuerūt gētes: et ppli medita
ti sūt inania: Astiterūt reges terre· et ꝑncipes
cōuenerūt in vnū: aduersus dñm et aduer
sus chzistū eius. Dirūpamus vincula eoꝝ:
et ꝓiciamus a nobis iugū ipoꝝ. Qui ha-
bitat in celis irridebit eos: et dns subsanna
bit eos. Tunc loquet ad eos in ira sua: et in
furoze suo turbabit eos. Ego autē constitu-
tus sum rex ab eo super syon montē sanctū
eius: ꝓdicās ꝓceptū eius. Dominus dixit
ad me filius meus es tu: ego hodie genui te
Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuā: et possessionē tuā termios terre.
Reges eos in virga ferrea: et tanqꝫ vas fi-
guli confringes eos. Et nūc reges intelligite:
eruditimini qui iudicatis terram. Seruite dño
in timoze: et exultate ei cū tremoze. Appre-
hendite disciplinā: ne quando irascat dns
et pereatis de via iusta. Cum exarserit in
breui ira eius: beati omes qui confidunt in eo.

Psalmus dd cū fugeret a facie absalō filij sui.

DOmine quid multiplicati sunt qui tri
bulant me: multi insurgūt aduersum
me. Multi dicunt anime mee: nō est salus
ipi in deo eius. Tu aut dne susceptoz meus
es: gloria mea et exaltans caput meū.
Voce mea ad dñm clamaui: et exaudiuit
me de monte sancto suo. Ego dormiui et
soporatus sum: et exurrexi qz dns suscepit
me. Non timebo milia populi circūdantis
me: exurge dne saluum me fac deus meus.
Quoniā tu percussisti oēs aduersantes mihi
sine causa: dentes pctoꝝ contriuisti. Domi-
ni est salus: et sup ppl̄m tuū benedictio tua.

In finē in carminibus psalmus dauid.

CVm inuocarē exaudiuit me deus iu-
stitie mee: in tribulatiōe dilatasti mi
hi. Miserere mei: et exaudi oratiōnē meā.
Filij hoim vsquequo graui corde: vtqđ
diligitis vanitatē et queritis mendacium.
Et scitote qm̄ mirificauit dns sanctū suū:
dns exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini et nolite peccare: q dicitis in cor
dibus vrīs in cubilibus vrīs compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie· et sperate in
dño: multi dicūt quis ostendit nobis bona?

Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe: dedisti letitiā in corde meo A fructu frumē ti vini et olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipm: dormiā et requiescā Quoniā tu domine singulariter in spe cōstituisti me. In finē ꝓ ea q̄ hereditatē psequit psalmus dd.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fortē viuū: quādo veniā et apparebo ante faciē dei? Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicit̄ mihi quotidie vbi ē deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animā meā: qm̄ transibo in locū tabernaculi ammirabilis usq; ad domū dei. In voce exultatiōis et ꝯfessionis: sonus epulantis. Quare tristis es aīa mea: et quare ꝯturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: salutare vultus mei deus meus. Ad meip̄m anima mea cōturbata est: ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis et hermonijm a monte modico. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarū tuarū. Omnia excelsa tua et fluctus tui: sup me trāsierunt. In die mandauit dn̄s misericordiā suā: et nocte canticū eius. Apud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et q̄re ꝯtristatus incedo dū affligit me inimicus? Dum ꝯfringunt̄ ossa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulant me inimici mei. um dicūt mihi p singulos dies vbi ē deus tuus: q̄re tristis es aīa mea et q̄re ꝯturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

In finē psalmus dauid.

IVdica me deus. et discerne cām meā de gente nō sancta: ab homīe iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis incedo dum affligit me inimicus? Emitte lucē tuā et veritatē tuā: ipsa me deduxerūt et adduxerunt in montē sanctū tuū et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutē meā. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: q̄re tristis es anima mea ⁊ quare ꝯturbas me? Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

In finē pro filijs chore intellectus psalmus dauid.

DEus auribus nostris audiuimus: patres nr̄i annūciauerunt nobis. Opus qd̄ opatus es in diebus eoꝝ: et in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit et plātasti eos: afflixisti ꝓpl'os et expulisti eos. Hec enī in gladio suo possederūt terrā: et brachiū eoꝝ nō saluauit eos. Sed dextera tua et brachiū tuū et illumīatio vultus tui: qm̄ cōplacuisti in eis. Tu es ip̄e rex meus et deus meus qui mandas salutes iacob. In te inimicos nr̄os ventilabimus cornu: et in nomīe tuo spernemus insurgētes in nobis. Non enī in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. Saluasti enī nos de affligētibus nos: et odiētes nos cōfudisti. In deo laudabimur tota die: et in nomīe tuo ꝯfitebimur in seculū. Nunc aūt repulisti et ꝯfudisti nos: et nō egredieris in virtutibus nr̄is. Auertisti nos retrorsum post inimicos nr̄os: et qui oderūt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanq̄ oues escarū: et in gētibus dispersisti nos. Vendidisti ꝓpl'm tuū sine precio: et nō fuit multitudo in cōmutatiōibus eoꝝ. Posuisti nos in opprobriū vicinis nr̄is: subsannationē et derisum his qui sunt in circuitu nr̄o. Posuisti nos in similitudinē gētibus: cōmotionē capitis in ꝓpl'is. Tota die verecūdia mea cōtra me est: et ꝯfusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrātis et obloquētis: a facie inimici et psequētis. Hec omīa venerunt sup nos: nec obliti sumus te et inique non egimus in testamēto tuo. Et nō recessit retro cor nostrū: et declinasti semitas nr̄as a via tua. Quoniā humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomē dei nostri: et si expādimus manus nr̄as ad deū alienū. Nonne deus requiret ista? ip̄e enī nouit abscōdita cordis. Quoniā ꝓpter te mortificamur tota die: estimati sumus sic̄ oues occisionis. Exurge quare obdormis dn̄e: exurge et ne repellas in finē. Quare faciē tuā auertis: obliuisceris inopie nostre: et tribulationis nr̄e. uoniā humiliata est in puluere aīa nr̄a: cōglutinatus est in terra venter noster. Exurge domīe adiuua nos: et redime nos ꝓpter nomē tuū.

In finē ꝓ his q̄ cōmutabunt̄ filijs chore ad intellectū canticū ꝓ dilecto.

Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis. Speciosus forma pre filijs hominū: diffusa ē gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo: super femur tuum potentissime. Specie tua et pulchritudine tua: intende ꝓspere ꝓcede et regna. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: populi sub te cadēt in cora inimicor regis. Sedes tua deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Mirra et gutta et casia a vestimētis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerūt te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

Audi filia et vide et inclina aurem tuā: et obliuiscere populū tuū et domū patris tui. Et cōcupiscet rex decorem tuū: quoniam ipse est dñs deus tuus et adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus: vultū tuū deprecabunt omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis ab intus: in fimbrijs aureis circūamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam: ꝓxime eius afferent tibi. Offerentur in letitia et exultatione: adducent in templū regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos pncipes sup omnē terrā. Memor ero nominis tui dñe: in omi generatiōe et generatione. Propterea ppli confitebunt tibi in eternū: et in scm scī. In finē filijs chore ꝓ archanis.

Deus noster refugiū et virtus: adiutor in tribulationibus q̄ inuenerunt nos nimis. Propterea nō timebimus dū turbabitur terra: et trāsferent mōtes in cor maris. Sonuerūt et turbate sunt aque eor: conturbati sunt mōtes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Deus in medio eius non cōmouebit: adiuuabit eā deus mane diluculo. Conturbate sunt gētes et inclinata sunt regna: dedit vocem suā mota est terra. Dñs virtutū nobiscū: susceptor noster deus iacob. Venite et videte opa dñi que posuit ꝓdigia sup terrā: auferens bella vsq̄ ad finē terre. Arcum conteret et cōfringet arma: et scuta comburet igni. Vacate et videte q̄m ego sum deus: exaltabor in gētibus et exaltabor in terra. Dñs virtutū nobiscū: susceptor nr deus iacob.

In finē ꝓ filijs chore psalmus dauid.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Quoniam dñs excelsus terribilis: rex magnus sup omnem terrā. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nris. Elegit nobis hereditatē suā: speciē iacob quē dilexit. Ascendit deus in iubilo: dñs in voce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nro psallite. Quoniā rex omnis terre deus: psallite sapienter. Regnabit deus sup gētes: deus sedet sup sedē sanctā suā. Principes populor ogregati sunt cum deo abrahā: quoniā dii fortes terre vehementer eleuati sunt.

Psalmus cantici filijs chore secūda sabbati.

Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nri in monte sancto eius. Fundatur exultatiōe vniuerse terre: mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscet: cū suscipiet eā. Quoniā ecce reges terre cōgregati sunt: cōuenerūt in vnū. Ipsi videntes sic āmirati sunt: conturbati sunt cōmoti sunt: tremor apprehēdit eos. Ibi dolores ut parturientis: in spū vehemēti conteres naues tharsis. Sicut audiuim⁹ sic vidimus i ciuitate dñi virtutū in ciuitate dei nri: deus fundauit eā in eternū. Suscepimus deus misericordiā tuā: in medio tēpli tui. Secundū nomē tuū deus sic et laus tua i fines terre: iustitia plena ē dextera tua. Letetur mons syō et exultēt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Circūdate syō et cōplectimini eā: narrate in turribus eius. Ponite cora vra in virtute eius: et distribuite domos eius ut enarretis in ꝓgenie altera. Quoniam hic ē deus deus nr in eternū et in seculū seculi: ipe reget nos in secula.

In finem ꝓ filijs chore psalmus dauid.

Audite hec omnes gentes: auribus percipite omnes q̄ habitatis orbē. Quiq̄ terrigene et filij hominū: simul in vnū diues

et pauper. Os meum loquet̃ sapientiã: et
meditatio cordis mei prudentiã. Inclina
bo in parabolã aurẽ meã: aperiã in psalte-
rio ꝓpositionẽ meã. Cur timebo in die ma
la: iniquitas calcanei mei circundabit me.
Qui ꝯfidũt in virtute sua: et in multitudi-
ne diuitiarũ suarũ gloriant̃. Frater nõ re-
dimit: redimet homo? nõ dabit deo placa-
tionẽ suã. Et preciũ redemptiõis aĩe sue:
et laborabit in eternũ et viuet adhuc in fi-
nẽ. Non videbit interitũ cũ viderit sapiẽ-
tes moriẽtes: simul insipiẽs et stultus peri-
bũt. Et relinquẽt alienis diuitias suas: et
sepulchra eoꝝ domus illoꝝ in eternũ. Ta
bernacula eoꝝ in ꝓgenie et ꝓgenie: voca-
uerũt nomĩa sua in terris suis. Homo cũ in
honore esset nõ intellexit: cõparatus est iu-
mẽtis insipiẽtibus: et similis factus est illis.
Hec via illoꝝ scandalũ ipis: et postea in
ore suo cõplacebũt. Sicut oues in inferno
positi sunt: mors depascet eos. Et dñabũ-
tur eoꝝ iusti in matutino: et auxiliũ eoꝝ ve
terascet in infernũ a gloria eoꝝ. Verunta-
men deus redimet aĩam meã de manu in-
feri: cũ acceperit me. Ne timueris cũ diues
factus fuerit homo: et cũ mltiplicata fuerit
gloria domus eius. Qm̃ cũ interierit nõ su
met oĩa: neqꝫ descendet cũ eo gloria eius.
Quia aĩa eius in vita ipius bñdicet̃: ꝯfi-
tebit̃ tibi cũ bñfeceris ei. Introibit usqꝫ in
ꝓgenies pr̃m suoꝝ: usqꝫ in eternũ nõ vide-
bit lumen. Homo cũ in honore essꝫ nõ in-
tellexit: cõparatus ẽ iumẽtis insipiẽtibus:
et similis factus est illis. Psalmus asaph.

Deus deoꝝ dñs locutus est: et vocauit
terrã. A solis ortu usqꝫ ad occasũ: ex
syon species decoris eius. Deus manifeste
veniet: deus noster et nõ silebit. Ignis in
ꝯspectu eius exardescet: et in circuitu eius
tempestas valida. Aduocauit celũ desur-
sum: et terrã discernere populũ suũ. Con-
gregati illi sctõs eius: q̃ ordinãt testamen-
tum eius sup sacrificia. Et annũciabũt celi
iustitiã eius: qm̃ deus iudex est. Audi po-
pulus meus et loquar: isrl̃ et testificabor
tibi: deus deus tuus ego sum. Non in sacri
ficijs tuis arguã te: olocausta aũt tua in cõ-
spectu meo sunt semp. Non accipiã de do-
mo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hir-
cos. Quoniã mee sunt om̃es fere siluarũ:
iumẽta in montibus et boues. Cognoui
oĩa volatilia celi: et pulchritudo agri me-
cũ est. Si esuriero nõ dicã tibi: meus ẽ enĩ
orbis terre et plenitudo eius. Nunq̃d mã
ducabo carnes thauroꝝ: aut sanguinẽ hir-
corũ potabo? Immola deo sacrificiũ lau-
dis: et redde altissimo vota tua. Et inuoca
me in die tribulatiõis: eruã te et honorifi-
cabis me. Peccatori aũt dixit deus. quare
tu enarras iustitias meas: et assumis testa-
mentũ meũ p os tuũ? Tu vero odisti disci
plinã: et ꝓiecisti ꝑmones meos retrorsum.
Si videbas furẽ currebas cũ eo: et cũ adul
teris portionẽ tuã ponebas. Os tuũ abun
dauit malicia: et lingua tua ꝯcinnabat do-
los. Sedens aduersus fratrẽ tuũ loqueba
ris: et aduersum filiũ mr̃is tue ponebas scã-
dalũ: hec fecisti ⁊ tacui. Existimasti inique
q̃ ero tui sil̃is: arguã te et statuã ꝯtra faciẽ
tuã. Intelligite hec q̃ obliuiscimini deũ: ne
qñ rapiat ⁊ nõ sit q̃ eripiat. Sacrificiũ lau
dis honorificabit me: et illic iter quo ostẽ-
dã illi salutare dei. Psalmus dd̃ cũ venit
ad eũ nathan propheta qñ intrauit bethsabee.

Miserere mei deus: scd̃m magnã mise-
ricordiã tuã. Et scd̃m mltitudinẽ mi
serationũ tuarũ: dele iniq̃tatẽ meã. Ampli
us laua me ab iniq̃tate mea: et a pctõ meo
mũda me. Quoniã iniquitatẽ meã ego co
gnosco: et peccatũ meũ ꝯtra me est semp.
Tibi soli peccaui et malũ corã te feci: ut iu
stificeris in ꝑmonibus tuis et vincas cũ iu
dicaris. Ecce enĩ iniq̃tatibus ꝯceptus sũ:
et in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce
enĩ veritatẽ dilexisti: incerta et occulta sapi
entie tue manifestasti mihi. Asperges me
dñe ysopo ⁊ mũdabor: lauabis me et sup
niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gau-
diũ et letitiã: et exultabũt ossa humiliata.
Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: et om̃es
iniq̃tates meas dele. Cor mũdũ crea in me
deus: et spm̃ rectũ innoua in viscerib⁹ meis.
Ne ꝓijcias me a facie tua: et spm̃ scm̃ tuũ
ne auferas a me. Redde mihi letitiã saluta
ris tui: et spũ p̃ncipali ꝯfirma me. Docebo
iniquos vias tuas: et impij ad te ꝯuertent̃

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiā tuā. Domie labia mea aperies: et os meū annunciabit laudem tuā. Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem vtiq; holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spūs cōtribulatus: cor contritū et humiliatū deus nō despicies. Benigne fac domie in bona voluntate tua syon: et edificentur muri ierusalē. Tunc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes et holocausta: tunc imponent sup altare tuum vitulos. In finē intellectus dauid cū venit ad eū doech ydumeus et nūciasset saulī venit dauid in domū abimelech.

Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti iustitiā sup benignitatē: iniquitatē magis q̄ loqui equitatem. Dilexisti omnia verba p̄cipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuā de terra viuētium. Videbunt iusti et timebunt: et super eum ridebunt et dicēt: ecce homo qui nō posuit deum adiutorē suū. Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū: et preualuit in vanitate sua. Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternū et in seculū seculi. Confitebor tibi in seculū quia fecisti: et expectabo nomen tuum quoniā bonū est in conspectu sanctorū tuorū. In finē intellectus dauid p̄ amalech.

Dixit insipiēs in corde suo: nō est deus. Corrupti sūt et abhominabiles facti sūt in iniquitatibus: nō est qui faciat bonū. Deus de celo p̄spexit sup filios hoim: ut videat si est intelligens aut requirēs deū. Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonū nō est vsq; ad vnū. Nonne scient oīes q̄ operant iniquitatē: qui deuorant plebē meā vt cibū panis? Deum nō inuocauerūt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Quoniā deus dissipauit ossa eorū q̄ hominibus placēt: confusi sūt quoniā deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare israel? cū conuerterit deus captiuitatē plebis sue exultabit iacob et letabit israhel. In finē in carminibus intellectus dauid cū veniissent ciphei et nūciassent saulī nōne dauid absconditus est apud nos?

Deus in nomie tuo saluū me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationē meam: auribus p̄cipe verba oris mei. Quoniā alieni insurrexerūt aduersum me: et fortes quisierūt aiam meā: et nō proposuerūt deū ante conspectū suū. Ecce enim deus adiuuat me: et dns susceptor est aīe mee. Auerte mala inimicis meis: in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: et cōfitebor nomi tuo dne quoniā bonū est. Quoniā ex omni tribulatiōe eripuisti me: et sup inimicos meos despexit oculus meus. In finē in carminibus intellectus dauid.

Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris deprecationē meā: intende mihi et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: et cōturbatus sum a voce inimici et a tribulatiōe peccatoris. Quōm declinauerunt in me iniq̄tates: et in ira molesti erant mihi. Cor meū conturbatū est in me: et formido mortis cecidit sup me. Timor et tremor venerūt sup me: et cōtexerūt me tenebre. Et dixi q̄s dabit pennas sicut columbe: et volabo et requiescā? Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine. Expectaui eū qui saluum me fecit: a pusillanimitate spiritus et tempestate. Precipita domine diuide linguas eorū: quoniā vidi iniquitatē et contradictionē in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eā sup muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniustitia. Et nō defecit de plateis eius: vsura et dolus. Quoniā si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtiq; Et si is q̄ oderat me sup me magna locutus fuisset: abscōdissem me forsitā ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus. Qui simul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cū consensu. Veniat mors sup illos: et descendāt in infernū viuētes. Quōm nequicie in habitaculis eorū: in medio eorū. Ego autē ad deū clamaui: et dns saluauit me. Vespere et mane et meridie narrabo et annūciabo: et exaudiet vocē meā. Redimet in pace aīam meā ab his q̄ approp̄inquāt

mihi: qm̄ inter multos erant mecū. Exaudiet dominus et humiliabit illos: qui est ante secula. Non enī est illis cōmutatio et nō timuerūt deū: extendit manū suā in retribuendo. Contaminauerunt testamentum eius: diuisi sūt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor illius. Polliti sunt sermones eius sup oleū: et ipi sūt iacula. Iacta sup dn̄m curā tuā et ipe te enutriet: et nō dabit in eternū fluctuationē iusto. Tu vero deus: deduces eos in puteum interitus. Vir sanguinū et dolosi nō dimidiabūt dies suos: ego aūt sperabo in te dn̄e. In finem ꝓ populo q̄ a sanctis longe fcūs ē in tituli inscriptiōe ipsi dauid cū tenerēt eū allophili in geth.

m Miserere mei deus quoniā conculcauit me homo: tota die impugnās tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellātes aduersum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. In deo laudabo ſmones meos: in deo speraui. nō timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba mea execrabant̄ aduersum me: om̄es cogitatiōes eoꝝ in malū. Inhabitabūt et abscondēt: ipi calcaneū meū obseruabūt. Sicut sustinuerunt aīam meā ꝓ nihilo saluos facies illos: in ira populos ꝯfringes. Deus vitā meā ānūciaui tibi: posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. Sicut et in ꝓmissione tua: tūc ꝯuertētur inimici mei retrorsum. In quacūqꝫ die inuocauero te: ecce cognoui qm̄ deus meus es. In deo laudabo verbū: in dn̄o laudabo sermonē: in deo speraui nō timebo quid faciat mihi hō. In me sūt deus vota tua: que reddā laudatiōes tibi. Qm̄ eripuisti animā meā de morte: et pedes meos de lapsu: ut placeā corā deo in lumine viuentiū.

In finē ne disperdas dauid in tituli inscriptiōe cū fugeret a facie saul regis israhel in spelūca.

m Miserere mei deus miserere mei: qm̄ in te cōfidit anima mea. Et in vmbra alarū tuarū sperabo: donec trāseat iniq̄tas. Clamabo ad deū altissimū: deū q̄ benefecit mihi. Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobriū ꝯculcātes me. Misit deus misericordiā suā ⁊ veritatē suā: eripuit aīam meā de medio catuloꝝ leonū: dormiui ꝯturbatus. Filij hoīm dentes eoꝝ arma et sagitte: et lingua eoꝝ gladius acutus. Exaltare sup celos deus: et in omī terra gloria tua. Laqueū parauerūt pedibus meis: et incuruauerūt animā meā. Foderunt ante faciē meā foueā: et inciderūt in eam. Paratum cor meū deus paratū cor meum: cantabo et psalmū dicā. Exurge gloria mea exurge psalteriū et cithara: exurgā diluculo. Confitebor tibi in ꝓpl'is dn̄e: et psalmū dicā tibi in gentibus. Qm̄ magnificata est vsqꝫ ad celos misericordia tua: et usqꝫ ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deus: et super omnē terrā gloria tua.

In finē ne dispdas dauid in tituli inscriptione.

s Si vere vtiqꝫ iustitiā loquimini: recte iudicate filij hominū. Etenī in corde iniq̄tates operamini in terra: iniustitias manus vr̄e ꝯcinnāt. Alienati sunt pctōres a vulua: errauerūt ab vtero: locuti sunt falsa. Furor illis scd̄m similitudinē serpētis: sicut aspidis surde ⁊ obturātis aures suas. Que nō exaudiet vocē incantantiū: et venefici incantātis sapiēter. Deus ꝯteret dentes eoꝝ in ore ipoꝝ: molas leonū confringet dn̄s. Ad nihiliū deueniēt tanqꝫ aqua decurrēs: intēdit arcū suū donec infirment̄. Sicut cera que fluit auferent̄: supcecidit ignis et nō viderūt solē. Priusqꝫ intelligerēt spine vr̄e ramū: sicut viuentes sic in ira absorbet eos. Letabitur iustus cū viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo si vtiqꝫ ē fructus iusto: utiqꝫ est deus iudicās eos in terra. In finē ne disperdas dauid in tituli inscriptione qn̄ misit saul et custodiuit domū eius vt interficerē eū.

e Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de opantibus iniq̄tatē: et de viris sanguinū salua me. Quia ecce ceperunt animā meā: irruerūt in me fortes. Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ peccatū meū dn̄e: sine iniquitate cucurri ⁊ direxi. Exurge in occursū meū et vide: et tu dn̄e deus virtutū deus israhel. Intende ad visitandas om̄es gētes: nō misereaṅs omībus qui operant̄ iniquitatem. Conuertētur ad vesperā et famē patient̄ vt canes: et circuibūt ciuitatē

Ecce loquent̃ in ore suo: et gladius in labijs eoꝝ: quoniã quis audiuit? Et tu domine deridebis eos: ad nihilũ deduces omnes gentes. Fortitudinẽ meam ad te custodiã: q2 deus susceptor meus: deus meus misericordia eius p̃ueniet me. Deus ostendisti mihi sup inimicos meos: ne occidas eos nequãdo obliuiscantur ꝓpl̃i mei. Disperge illos in virtute tua: et depone eos ꝓtector meus dñe. Delictũ oris eoꝝ sermonẽ labioꝝ ipoꝝ: et cõprehẽdant̃ in supbia sua. Et de execratione et mẽdacio annũciabũtur in ꝯsũmatione: in ira ꝯsummationis et nõ erũt. Et scient q2 deus dñabit̃ iacob: et finiũ terre. Conuertent̃ ad vesperã ⁊ famẽ patient̃ vt canes: et circuibũt ciuitatẽ. Ipsi dispergent̃ ad mãducandũ: si vero nõ fuerint saturati et murmurabũt. Ego aũt cantabo fortitudinẽ tuã: et exaltabo mane misericordiã tuã. Quia fcũs es susceptor meus: et refugiũ meũ in die tribulatiõis mee. Adiutor meus tibi psallã: q2 deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea.

In finem ꝓ his qui cõmutabunt̃ in tytuli inscriptione ipsi dauid in doctrinã cũ succẽdit mesopotamiã syrie et sobal. et cõuertit ioab et pcussit edom in valle salinarũ duodecim milia.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis. Commouisti terrã et conturbasti eam: sana cõtritiones eius quia cõmota est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino cõpunctionis. Dedisti metuentibus te significationẽ: ut fugiant a facie arcus. Ut liberentur dilecti tui: saluũ fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibor sichimã: et cõuallẽ tabernaculoꝝ metibor. Meus est galaad et meus ẽ manasses: et ephraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla spei mee. In ydumeã extendam calciamentũ meum: mihi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: quis deducet me vsq3 in ydumeã? Nonne tu deus q̃ repulisti nos? et nõ egredieris deus in virtutibus nostris. Da nobis auxiliũ de tribulatione: q2 vana salus hoĩs. In deo faciemus virtutẽ: et ipe ad nihilũ deducet tribulantes nos.

In finẽ in hymnis pslamus dd̃.

Exaudi deus deprecationẽ meã: intẽde orationi mee. A finibus terre ad te clamaui dum anxiaret̃ cor meũ: in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: ꝓtegar in velamẽto alarũ tuarũ. Quoniã tu deus meus exaudisti orationẽ meã: dedisti hereditatẽ timẽtibus nomẽ tuũ. Dies sup dies regis adijcies: annos eius vsq3 in diẽ generatiõis et generatiõis. Permanet in eternũ in ꝯspcũ dei: misericordiã et veritatẽ eius q̃s requiret? Sic psalmũ dicã nomini tuo in scl̃m scl̃i: ut reddã vota mea de die in diẽ.

In finẽ ꝓ ydithũ psalmus dd̃.

Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ipo enĩ salutare meũ. Nam et ipe deus meus et salutaris meus: susceptor meus nõ mouebor amplius. Quousq3 irruitis in hoĩem: interficitis vniuersi vos: tanq̃ parieti inclinato et macerie depulse? Verũtamen preciũ meũ cogitauerũt repellere: cucurri in siti: ore suo benedicebãt et corde suo maledicebant. Veruntamen deo subiecta esto anima mea: quoniã ab ipso patientia mea. Qui ipe deus meus ⁊ saluator meus: adiutor meus nõ emigrabo. In deo salutare meũ et gloria mea: deus auxilij mei et spes mea in deo est. Sperate in eo omnis cõgregatio ꝓpl̃i: effundite coram illo corda vr̃a: deus adiutor noster in eternũ. Verũtamen vani filij hoĩm: mẽdaces filij hoĩm in stateris: ut decipiãt ipi de vanitate in id ipm. Nolite sperare in iniq̃tate et rapinas nolite cõcupiscẽ: diuitie si affluãt nolite cor apponere. Semel locutus est deus duo hec audiui: q2 ptãs dei ẽ et tibi dñe misericordia: q2 tu reddis vnicuiq3 iuxta opera sua.

Psalmus dauid cũ esset in deserto ydumee.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia et inaquosa sic ĩ sancto apparui tibi: ut viderẽ virtutẽ tuã et gloriã tuã. Quoniã melior ẽ misericordia tua sup vitas: labia mea laudabũt te. Sic benedicã te in vita mea: et in nomĩe tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleat̃ anima mea: et labijs exultatiõis laudabit os meũ. Si memor fui tui sup stratũ meũ in matutinis meditabor in te: qr fuisti adiutor meus. Et in velamẽto alarũ tuarũ exultabo: adhesit aĩa mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero inuanũ quisierũt animã meã: introibũt in inferiora terre: tradent̃ in manus gladij: ptes vulpiũ erũt. Rex vero letabit̃ in deo: laudabunt̃ om̃es qui iurãt in eo: qr obstructũ est os loquẽtiũ iniqua.

In finẽ psalmus dauid.

Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe aĩam meã. Protexisti me a cõuentu malignantiũ: a multitudine opantiũ iniq̃tatẽ. Quia exacuerunt ut gladiũ linguas suas: intenderũt arcũ rẽ amarã: ut sagittẽt in occultis immaculatũ. Subito sagittabũt eũ ⁊ nõ timebũt: firmauerunt sibi sermonẽ nequã. Narrauerũt ut absconderẽt laqueos: dixerũt q̃s videbit eos. Scrutati sũt iniq̃tates: defecerũt scrutãtes scrutinia. Accedet homo et cor altũ: et exaltabit̃ deus. Sagitte paruuolorũ facte sunt plage eorũ: et infirmate sunt cõtra eos lingue eorũ. Conturbati sunt om̃es qui videbãt eos: et timuit oĩs homo. Annũciauerunt opera dei: et facta eius intellexerũt. Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et laudabunt̃ omnes recti corde.

In finẽ psalmus dauid cãticũ aggei ieremie et ezechiel de verbo pegrinationis et de ꝓplo transmigrationis cũ inciperent ꝓficisci.

Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddet̃ votũ in ierusalẽ. Exaudi orationẽ meã: ad te oĩs caro veniet. Verba iniquorũ p̃ualuerũt sup nos: et impietatibus nr̃is tu ꝓpiciaberis. Beatus quẽ elegisti ⁊ assumpsisti: inhabitabit ĩ atriis tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctũ est templũ tuũ mirabile in eq̃tate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes oĩm finiũ terre et in mari lõge. Preparãs mõtes in virtute tua accinctus potẽtia: q̃ ꝯturbas ꝓfundũ maris sonũ fluctuũ eius. Turbabũtur gentes et timebũt qui habitãt terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis. Visitasti terrã et inebriasti eã: multiplicasti locupletare eã. Flumen dei repletũ est aquis: parasti cibũ illorũ qm̃ ita est ꝑparatio eius. Riuos eius inebria: multiplica genimĩa eius: in stillicidijs eius letabit̃ germinans. Benedices corone anni benignitatis tue: et campi tui replebunt̃ vbertate. Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium: et valles abundabũt frumento: clamabunt etenĩ hymnũ dicent.

In finem canticũ psalmi resurrectionis.

Iubilate deo omnis terra: psalmũ dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Dicite deo q̃ terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tue mẽtient̃ tibi inimici tui. Omnis terra adoret te ⁊ psallat tibi: psalmũ dicat nomĩ tuo. Venite et videte opa dei: terribilis in ꝯsilijs sup filios hominũ. Qui cõuertit mare in aridã: in flumine ptransibũt pede: ibi letabimur in ipo. Qui dñat̃ in virtute sua in eternũ: oculi eius sup gentes respiciũt: q̃ exasperãt nõ exaltent̃ in semetipsis. Benedicite gentes deũ nr̃m: et auditã facite vocẽ laudis eius. Qui posuit aĩam meã ad vitã: et nõ dedit in cõmotionẽ pedes meos. Quoniã ꝓbasti nos deus: igne nos examinasti sic examinatur argentũ. Induxisti nos in laqueũ: posuisti tribulatiõs in dorso nr̃o: imposuisti hoĩes sup capita nostra. Transiuimus per ignẽ et aquã: et eduxisti nos in refrigeriũ. Introibo in domũ tuã in olocaustis: reddã tibi vota mea q̃ distinxerũt labia mea. Et locutũ est os meũ: in tribulatione mea. Holocausta medullata offerã tibi cũ incenso arietũ: offerã tibi boues cũ hircis. Venite audite et narrabo om̃es q̃ timetis deum: quãta fecit aĩe mee. Ad ipm ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea. Iniquitatẽ si aspexi ĩ corde meo: nõ exaudiet dñs. Propterea exaudiuit deus: et attẽdit voci de p̃cationis mee. Benedictus deus: q̃ nõ amouit orationẽ meã ⁊ misericordiã suã a me.

In finẽ in hymnis Psalmus cantici dd.

Deus misereat̃ nostri et benedicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos: et misereat̃ nostri. Ut cognoscamus in terra viã tuã: in omĩbus gentibus salutare tuũ

Confiteantur tibi populi deus: confiteant tibi populi omnes. Letentur et exultēt gētes: quoniā iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteant tibi populi deus: confiteant tibi populi omnes: terra dedit fructū suū. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: et metuāt eū omnes fines terre. In finē psalmus dauid.

Exurgat deus: et dissipent inimici eius: et fugiant qui oderūt eū a facie eius. Sicut deficit fumus deficiāt: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in cōspectu dei: et delectent in letitia. Cantate deo psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascēdit sup occasum: dns nomē illi. Exultate in spectu eius: turbabunt a facie eius patris orphanorū et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperāt qui habitant in sepulchris. Deus cū egredereris i spectu populi tui: cū pertransires in deserto. Terra mota est: etenim celi distillauerunt a facie dei syna: a facie dei israhel. Pluuiā voluntariā segregabis deus hereditati tue: et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbū euangelizantibus virtute multa. Rex virtutū dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pennę columbe deargētate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Cum discernit celestis reges sup eam nive dealbabunt in selmō: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis: utquid suspicamini mōtes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dns habitabit in finē. Currus dei decē milibus multiplex: milia letantiū: dns in eis in syna in sancto. Ascendisti in altū. cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Etenim nō credentes: inhabitare dnm deū. Benedictus dns die quotidie: prosperū iter faciet nobis deus salutarium nostrorū. Deus noster deus saluos faciēdi: et dni dni exitus mortis. Verūtamen deus cōfringet capita inimicorū suorū: verticē capilli pambulantiū in delictis suis. Dixit dns ex basan cōuertam: conuertā in profundū maris. Ut intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso. Viderūt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistarū. In ecclesiis benedicite deo: domino de fontibus israhel. Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eorū: principes zabulon et principes neptalim. Manda deus virtuti tue: confirma deus hoc quod operatus es in nobis. A templo tuo in ierusalē: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis: congregatio thaurorū in vaccis populorū: ut excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volunt: venient legati ex egipto: ethiopia preueniet manus eius deo. Regna terre cantate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascendit sup celū celi: ad orientē. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriā deo super israhel: magnificentia eius et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israhel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue: benedictus deus. In finem pro his qui cōmutabuntur psalmus ipsi dauid.

Saluū me fac deus: quoniam intraverunt aque vsq; ad animā meā. Infixus sum in limo profundi: et nō est substantia. Veni in altitudinē maris: et tempestas demersit me. Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei dū spero in deū meū. Multiplicati sūt super capillos capitis mei: q̄ oderūt me gratis. Confortati sunt q̄ persecuti sunt me inimici mei iniuste: q̄ nō rapui tunc exoluebā. Deus tu scis insipiētiā meā: et delicta mea a te nō sunt abscondita. Non erubescāt in me qui expectāt te dne: dne virtutū. Non confundant sup me: q̄ querūt te deus israhel. Quoniam propter te sustinui opprobriū: operuit confusio faciē meā. Extraneus factus sum fratribus meis: et peregrinus filius matris mee.

Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt super me. Et operui in ieiunio aiam meā: et factū est in opprobriū mihi. Et posui vestimentū meū cilicium: et factus sum illis in parabolā. Aduersum me loquebant q̄ sedebant in porta: et in me psallebāt qui bibebant vinū. Ego vero orationē meā ad te dñe: tēpus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto ut nō infigar: libera me ab his q̄ oderūt me et de profundis aquarū. Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundū: neq; vrgeat sup me puteus os suū. Exaudi me dñe q̄m benigna ē misericordia tua: secundū multitudinē miserationū tuarū respice me. Et ne auertas faciem tuā a puero tuo: q̄m tribulor velociter exaudi me. Intende aie mee et libera eā: propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiū meū et confusionē meā: et reuerentiā meā. In conspectu tuo sunt oēs qui tribulāt me: improperiū expectauit cor meū et miseriā. Et sustinui qui simul contristaret et nō fuit: qui cōsolaretur et nō inueni. Et dederūt in escam meā fel: et in sitim mea potauerūt me aceto. Fiat mensa eorū coram ipsis in laqueū: et in retributiones et in scandalū. Obscurentur oculi eorū ne videāt: et dorsum eorū semp incurua. Effunde sup eos iram tuā: et furor ire tue cōprehēdat eos. Fiat habitatio eorū deserta: et in tabernaculis eorū nō sit qui inhabitet. Quoniam quē percussisti persecuti sunt: et super dolorē vulnerū meorū addiderunt. Appone iniquitatē sup iniquitatē eorū: et nō intrent in iustitiā tuā. Deleant de libro viuentiū: et cū iustis nō scribant. Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomē dei cū cantico: et magnificabo eū in laude. Et placebit deo sup vitulū nouellū: cornua producentē et vngulas. Videant pauperes et letent: querite deū et viuet aia vra. Quoniā exaudiuit pauperes dñs: et vinctos suos nō despexit. Laudet illū celi et terra: mare et omnia reptilia in eis. Quoniā deus saluū faciet syon: et edificabūt ciuitates iude. Et inhabitabūt ibi: et hereditate acquirēt eā. Et semē seruorū eius possidebit eā: et q̄ diligūt nomē eius habitabūt in ea. In finem psalmus dauid in rememoratione de saluū fecit eum dñs.

Deus in adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū me festina. Confundantur et reuereant: qui querūt aiam meā. Auertant retrorsum et erubescāt: q̄ volūt mihi mala. Auertant statim erubescentes: qui dicūt mihi euge euge. Exultent et letentur in te oēs qui querūt te: et dicant semp magnificetur dñs qui diligūt saluta re tuū. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne morerīs. Psalmus dauid filiorū ionadab et priorū captiuorū.

In te dñe speraui nō confundar in eternum: in iustitia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurē tuā: et salua me. Esto mihi in deū protectorē et in locū munitū: ut saluū me facias. Quoniā firmamentum meū: et refugiū meū es tu. Deus meus eripe me de manu pctōris: et de manu contra legē agentis et iniqui. Quoniā tu es patiē tia mea dñe: dñe spes mea a iuuētute mea. In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus. In te cōtinet mea semp: tanq̄ prodigiū factus sum multis et tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude vt cantē glorią tuam: tota die magnitudinē tuā. Ne proicias me in tpe senectutis: cū deficiet virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerūt inimici mei mihi: et qui custodiebant aiam meā consilio cesserunt in vnū. Dicentes deus dereliquit eū: persequimini et cōprehendite eū: quia nō est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxiliū meū respice. Confundantur et deficiāt detrahētes aiē mee: operiantur confusione et pudore qui querūt mala mihi. Ego aūt semp sperabo: et adiciam sup omnē laudē tuā. Os meū annūciabit iustitiā tuā: tota die salutare tuū. Quoniā nō cognoui litteraturā introibo in potētias domini: dñe memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me ex iuuētute mea et vsq; nūc: pnunciabo mirabilia tua. Et vsq; in senectā et senium: deus ne derelinquas me.

Donec annunciē brachiū tuū: generationi
omni que ventura est. Oratiōtuā et iu
stitiā tuā deus vsq; in altissima que feci sti
magnalia: deus q̄s similis tibi? Quantas
ostendisti mihi tribulatiōes multas et ma-
las: et cōuersus vivificasti me: et de aby s-
sis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti
magnificentiā tuā: et cōuersus cōsolatus es
me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psal
mi veritatē tuā deus: psallā tibi in cithara
sanctus israhel. Exultabunt labia mea cū
cantauero tibi: et anima mea quā redemi-
sti. Sed et lingua mea tota die meditabit
iustitiā tuā: cum confusi et reuerti fuerint qui
querunt mala mihi. In salomonē.

Deus iudiciū tuū regi da: et iustitiā tu
am filio regis. Iudicare pplm tuū in
iustitia: et pauperes tuos in iudicio. Suscī-
piant montes pacē pplo: et colles iustitiam
Iudicabit pauperes populi et saluos fa-
ciet filios pauperū: et humiliabit calumnia
torem. Et p̄manebit cū sole et ante lunā:
in generatione et generationē. Descendet
sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stil
lantia sup terrā. Oriet in diebus eius iu
stitia et abundantia pacis: donec auferat
luna. Et dñabitur a mari vsq; ad mare: et
a flumine vsq; ad terminos orbis terrarū.
Coram illo procident ethiopes: et inimici
eius terrā lingent. Reges tharsis et insule
munera offerent: reges arabū et saba dona
adducēt. Et adorabūt eū oēs reges: oēs
gentes seruient ei. Quia liberabit pauperē a
potente: et pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi: et animas paupe
rum saluas faciet. Ex vsuris et iniquitate
redimet animas eorū: et honorabile nomē
eorū coram illo. Et viuet et dabit ei de au-
ro arabie: et adorabūt de ipo semper: tota
die benedicēt ei. Erit firmamentū in terra
in summis montiū: superextolletur sup libanū
fructus eius: et florebūt de ciuitate sicut fe-
nū terre. Sit nomen eius benedictū in secu
la: ante solē p̄manet nomē eius. Et bene
dicentur in ipo omnes tribus terre: omnes gē
tes magnificabūt eū. Benedictus dñs de-
us israhel: qui facit mirabilia solus. Et be
nedictū nomē maiestatis eius in eternū: et
replebit maiestate eius oīs terra: fiat fiat.
Defecerūt hymni dō filij iesse. Psalmus asaph.

Quam bonus israhel deus: his qui re
cto sunt corde. Mei aūt pene moti sūt
pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia ze
lauī super iniquos: pacē peccatorū videns.
Quia nō est respectus morti eorū: et firma
mentū in plaga eorū. In labore hoīm nō
sunt: et cū hoībus nō flagellabunt. Ideo
tenuit eos superbia: operti sunt iniq̄tate et im
pietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniqui
tas eorū: transierūt in affectū cordis. Cogi
tauerūt et locuti sūt nequiciā: iniq̄tatē in ex
celso locuti sunt. Posuerūt in celū os suū: et
lingua eorū transiuit in terra. Ideo conuerte
tur pplus meus hic: et dies pleni inuenient
in eis. Et dixerūt quō scit deus: et si est scīē
tia in excelso? Ecce ipi peccatores et abū-
dantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et
dixi ergo sine causa iustificaui cor meū: et
lauī inter innocentes manus meas. Et fui
flagellatus tota die: et castigatio mea i ma
tutinis. Si dicebā narrabo sic: ecce natio-
nē filiorū tuorū reprobaui. Existimabā vt
cognoscerē: hoc labor est ante me. Donec
intrē in sanctuariū dei: et intelligā in nouis-
simis eorū. Verūtamen ꝓpter dolos posui
sti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. Quo-
modo facti sunt in desolationē: subito defe
cerunt: perierūt ꝓpter iniquitatē suā. Velut
somniū surgentiū: dñe in ciuitate tua ima-
ginē iporū ad nihilū rediges. Quia inflā-
matus est cor meum: et renes mei cōmutati
sunt: et ego ad nihilū redactus sum et nesci
ui. Et iumentū factus sum apud te: et ego
semp tecū. Tenuisti manū dexterā meā: et
in voluntate tua deduxisti me: et cū gloria
suscepisti me. Quid enī mihi est in celo: et
a te q̄d voluī sup terrā? Defecit caro mea
et cor meum: deus cordis mei et pars mea
deus in eternū. Quia ecce qui elongāt se a
te perībunt: p̄didisti omnes qui fornicantur
abs te. Mihi autē adherere deo bonū est:
ponere in domino deo spem meā. Et annū-
ciem omnes p̄dicationes tuas: in portis fi-
lie syon. In finē intellectus asaph.

Ut quid deus repulisti in finem: iratus
est furor tuus super oues pascue tue?

Memor esto cōgregationis tue: quā possedisti ab initio. Redemisti virgā hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorū in finē: quanta malignatus ē inimicus in sctō. Et gloriati sunt qui oderūt te: et in medio sollēnitatis tue. Posuerūt signa sua signa et nō cognouerūt: sicut in exitu sup summū Quasi in silua lignorū securibus exciderūt ianuas eius in idipm: in securi & ascia deiecerunt eā. Incēderūt igni sanctuariū tuū in terra: polluerūt tabernaculū nois tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorū simul: quiescere faciamus oēs dies festos dei a terra. Signa nra nō vidimus: iam nō est ꝓpheta: et nos non cognoscet amplius. Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomē tuū in finē. Ut quid auertis manū tuā et dexterā tuā: de medio sinu tuo in finē. Deus autē rex noster ante secula: operatus est salutē in medio terre. Tu confirmasti in virtute tua mare: cōtribulasti capita draconū in aquis. Tu confregisti capita draconis: dediste eū escam ꝓplis ethiopum. Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus est dies & tua est nox: tu fabricatus es aurorā et solē. Tu fecisti omnes terminos terre: estatē et ver tu plasmasti ea. Memor esto huius: inimicus improperauit dño: et populus insipiens incitauit nomen tuū. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi: et aīas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē. Respice in testamentū tuū: q2 repleti sūt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatū. Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabūt nomē tuū. Exurge deus iudica causam tuā: memor esto improperiorū tuorū eorū que ab insipiēte sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorū tuorū: superbia eorū qui te oderunt ascendit semper.

In finē ne corrūpas psalmus cantici asadh.

Confitebimur tibi deus confitebimur: et inuocabimus nomen tuū. Narrabimus mirabilia tua: cū accepero tps ego iustitias iudicabo. Liquefacta ē terra et oēs qui habitāt in ea: ego confirmaui columnas eius. Dixi iniqs nolite inique agere: et delinquētibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altū cornu vrm: nolite loqui ad uersus deū iniquitatē. Quia neq3 ab oriēte neq3 ab occidente neq3 a desertis montibus: qm deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat: q2 calix in manu dñi vini merum plenus mixto. Et inclinauit ex hoc i hoc: verūtamē fex eius nō est exinanita: bibent omnes peccatores terre. Ego aūt annūciabo in seculū: cantabo deo iacob. Et omnia cornua peccatorū confringā: et exaltabuntur cornua iusti. In finē in carminibus cantici assirioru. Psalmus a saph.

Notus in iudea deus: in isrl magnū nomen eius. Et factus ē in pace locus eius: et habitatio eius in syon. Ibi confregit potentias arcuū: scutū & gladiū et bellū. Illuminās tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierūt somnū suū: et nihil inuenerūt omnes viri diuitiarū in manibus suis. Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerūt oēs q̄ ascēderūt equos. Tu terribilis es et q̄s resistet tibi: ex tūc ira tua. De celo audituꝰ fecisti iudiciū: terra tremuit et quieuit. Cum exurgeret in iudiciū deus: ut saluos faceret omnes mansuetos terre. Quoniā cogitatio hois confitebit tibi: et reliquie cogitationis diē festū agēt tibi. Vouete et reddite dño deo vro: oēs q̄ in circuitu eius affertis munera. Terribili et ei q̄ aufert spm̄ principū: terribili apud reges terre. In finē ꝑ ydithū.

Voce mea ad dominū clamaui: voce mea ad deū et intēdit mihi. In die tribulationis mee deū exquisiui manibus meis nocte contra eum: et nō sum deceptus. Renuit consolari anima mea: memor fui dei et delectatus sum: et exercitatus sum et defecit spūs meus. Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatus sum & nō sū locutus. Cogitaui dies antiquos: et ānos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cū corde meo: et exercitabar & scopebā spm̄ meū. Nunq̄d in eternū ꝓiciet deus: aut nō apponet ut cōplacitior sit adhuc. Aut in finē misericordiā suā abscidet: a generatiōe in generationē. Aut obliuiscet miseren deus: aut continebit in ira sua misericordias suas.

Et dixi nūc cepi: hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operū dñi: q̄z memor ero ab
initio mirabiliū tuorum. Et meditabor in
omnibus operibus tuis: et in adinuentioni
bus tuis exercebor. Deus in sctō via tua:
quis deus magnus sicut deus noster? tu es
deus q̄ facis mirabilia. Notā fecisti in po-
pulis virtutē tuā: redemisti in brachio tuo
pp̄lm tuū: filios iacob et ioseph. Uiderūt te
aque deus viderūt te aque et timuerūt: et
turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aq̄-
rū: vocē dederunt nubes. Etenī sagitte tue
transeūt: uox tonitrui tui in rota. Illuxerūt
choruscatiōes tue orbi terre: cōmota est et
otremuit terra. In mari via tua et semite
tue in aquis multis: et vestigia tua non co-
gnoscent. Deduxisti sicut oues pp̄lm tuū:
in manu moysi et aarō. Intellectus asaph.

Attendite populе meus legē meā: in-
clinate aurē vestrā in verba oris mei.
Aperiā in parabolis os meū: loquar ꝓpositi
ones ab initio. Quanta audiuimus et co
gnouimus ea: et patres nostri narrauerunt
nobis. Non sunt occulta a filiis eorū: in ge
neratione altera. Narrantes laudes dñi et
virtutes eius: et mirabilia eius q̄ fecit. Et
suscitauit testimoniū in iacob: et legem po-
suit in isrl. Quanta mādauit pr̄ibus nr̄is
nota facere ea filiis suis: ut cognoscat gene
ratio altera. Filii qui nascent et exurgent:
et narrabūt filiis suis. Ut ponāt in deo spē
suā: et nō obliuiscant operū dei: et manda
ta eius exquirāt. Ne fiāt sicut patres eorū:
generatio prauа et exasperās. Generatio q̄
non direxit cor suū: et nō est creditus cū deo
spiritus eius. Filii effrem intendētes et mit
tentes arcū: cōuersi sunt in die belli. Non
custodierūt testamentū dei: et in lege eius
noluerunt ambulare. Et obliti sunt benefa
ctorū eius: et mirabiliū eius que ostendit
eis. Coram patribus eorū fecit mirabilia
in terra egipti: in campo thamneos. Inter-
rupit mare et pduxit eos: et statuit aquas
quasi in vtre. Et deduxit eos in nube die:
et tota nocte in illuminatiōe ignis. Inter-
rupit petrā in heremo: et adaquauit eos ve
lut in abysso multa. Et eduxit aquā de pe
tra: et deduxit tanq̄ flumia aquas. Et ap
posuerunt adhuc peccare ei: in īrā excitaue
runt excelsum in inaquoso. Et temptauе-
runt deū in cordibus suis: ut peterent escas
animabus suis. Et male locuti sūt de deo:
dixerūt nūquid potent deus parare mēsam
in deserto? Quoniā percussit petrā et fluxe-
runt aque: et torrētes inundauerūt. Nun-
quid et panē poterit dare: aut parare men-
sam pp̄lo suo? Ideo audiuit dñs et distu
lit: et ignis accensus est in iacob: et ira ascē
dit in israhel. Quia nō credidērit in deo: nec
sperauerunt in salutari eius. Et mandauit
nubibus desup: et ianuas celi aperuit. Et
pluit illis mānа ad mānducandū: et panem
celi dedit eis. Panē angelorū manducauit
hō: cibaria misit eis in abūdantiā. Trans-
tulit austrum de celo: et induxit in virtute
sua afric. Et pluit super eos sicut puluerē
carnes: et sicut arena maris volatilia pēna-
ta. Et ceciderūt in medio castroꝝ eorū: cir-
ca tabernacula eorū. Et manducauerūt et
saturati sunt nimis: et desiderio eorū attulit
eis: nō sunt fraudati a desiderio suo. Ad-
huc esce eorum erant in ore ipsorū: et ira dei
ascendit sup eos. Et occidit pingues eorū:
et electos israhel impediuit. In omnibus
his peccauerūt adhuc: et nō crediderūt mi-
rabilibus eius. Et defecerūt in vanitate di
es eorū: et anni eorū cū festinatione. Cum
occideret eos querebāt eū: et reuertebātur
et diluculo veniebāt ad eū. Et rememora
ti sunt q̄z deus adiutor est eorū: et deus ex-
celsus redēptor eorū est. Et dilexerūt eū in
ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei. Cor
aūt eorū nō erat rectū cū eo: nec fideles ha-
biti sunt in testamēto eius. Ipse aūt ē mi
sericors et ꝓpicius fiet peccatis eorū: et nō
disperdet eos. Et abundauit ut auerteret
īrā suā: et nō accēdit oēm īrā suā. Et recor
datus est q̄z caro sunt: spūs vadēs et nō re
diens. Quotiēs exacerbauerūt eū in deser-
to: in īrā excitauerūt eū in inaquoso. Et cō-
uersi sunt et temptauerūt deū: et sanctū isrl
exacerbauerūt. Non sunt recordati manus
eius: die q̄ redemit eos de manu tribulātis.
Sicut posuit in egipto signa sua: et ꝓdigia
sua in cāpo thāneos. Et conuertit in sangui-
nē flumia eorū: et ymbres eorū ne biberēt.

Misit in eos cynomiam et comedit eos: et ranam et disperdidit eos. Et dedit erugini fructus eorũ: et labores eorũ locuste. Et occidit in grãdine vineas eorũ: et moros eorũ in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorũ: et possessionẽ eorũ igni. Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et irã et tribulationẽ: immissiones per angelos malos. Viam fecit semite ire sue: nõ pepercit a morte animarũ eorũ: et iumenta eorũ in morte dedusit. Et percussit omne primogenitũ in terra egipti: primicias omnis laboris eorũ in tabernaculis cham. Et abstulit sicut ouis populũ suũ: et perduxit eos tanq̃ gregem in deserto. Et deduxit eos in spe et nõ timuerũt: et inimicos eorũ operuit mare. Et induxit eos in montẽ sanctificationis sue: montẽ quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorũ gentes: et sorte diuisit eis terrã in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorũ: tribus israhel. Et temptauerũt et exacerbauerunt deũ excelsum: et testimonia eius nõ custodierũt. Et auerterũt se et nõ seruauerunt pactũ: quẽadmodũ patres eorum cõuersi sunt in arcũ prauũ. In irã ocitauerũt eũ in collibus suis: et in sculptilib⁹ suis ad emulationẽ eũ ꝓuocauerũt. Audiuit deus et spreuit: et ad nihilũ redegit valde israhel. Et repulit tabernaculũ silo: tabernaculum suũ vbi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatẽ virtutẽ eorũ: et pulchritudinẽ eorũ in manus inimici. Et cõclusit in gladio ꝑp̃l'm suũ: et hereditatem suã sprevit. Iuuenes eorũ comedit ignis: virgines eorũ nõ sunt lamentate. Sacerdotes eorũ in gladio ceciderunt: et vidue eorũ nõ plorabantur. Et exatatus est tanq̃ dormiens dominus: tanq̃ potens crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobriũ sempiternũ dedit illis. Et repulit tabernaculũ ioseph: et tribũ effrem nõ elegit. Sed elegit tribũ iuda: montem syon quem dilexit. Et edificauit sicut vnicornium sanctificiũ suũ: in terra quam fundauit in seculã. Et elegit dauid seruũ suum: et sustulit eum de gregibus ouiũ: de post fetantes accepit eũ. Pascere iacob seruũ suũ: et israhel hereditatẽ suã. Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuũ suarũ deduxit eos.

Psalmus asaph.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuã: polluerunt templũ sanctũ tuũ: posuerũt ierusalẽ in pomorũ custodiã. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre. Effuderunt sanguinẽ ipsorũ tanq̃ aquã in circuitu ierusalẽ: et nõ erat q̃ sepeliret. Facti sumus in opprobriũ vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt. Usq̃quo dñe irascēris in finẽ: accẽdetur velut ignis zelus tuus. Effunde irã tuã in gentes q̃ te nõ nouerunt: et in regna que nomẽ tuũ nõ inuocauerũt. Quia comederunt iacob: et locũ eius desolauerũt. Ne memineris iniq̃tatũ nrarũ antiquarũ: cito anticipent nos miserecordie tue: q̃ pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: et ꝓpter gloriã nominis tui dñe libera nos. Et ꝓpicius esto peccatis nostris ꝓpter nomẽ tuũ: ne forte dicãt in gentibus vbi est deus eorũ. Et innotescat in nationibus coram oculis nris: vltio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus est. Introeat in cõspectu tuo: gemitus cõpeditorũ. Secundũ magnitudinẽ brachij tui: possidentes filios mortificatorũ. Et redde vicinis nris septuplũ in sinu eorũ: improperiũ ipsorũ q̃ exprobrauerunt tibi dñe. Nos aũt populus tuus et oues pascue tue: cõfitebimur tibi in seculũ. In generatiõe et generationẽ: annũciabimus laudẽ tuã.

In finẽ ꝓ his qui cõmutabuntur psalmus assiriorum testimoniũ asaph.

Qui regis israhel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Qui sedes super cherubin manifestare: coram ephraim beniamin et manasse. Excita potentiã tuam et veni: vt saluos facias nos. Deus conuerte nos: et ostende faciẽ tuã et salui erimus. Domine deus virtutũ: quousq̃ irascēris super orationẽ serui tui? Cibabis nos pane lachrymarũ: et potum dabis nobis in lachrymis in mẽsura. Posuisti nos in cõtradictionẽ vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerũt nos. Deus virtutũ cõuerte nos: et ostende faciem tuã et salui erimus

Uineam de egipto transtulisti: eiecisti gẽtes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in ospectu eius: et plátasti radices eius et implenit terrã. Operuit montes vmbra eius: et arbusta eius cedros dei. Extẽdit palmites suos vsq; ad mare: et vsq; ad flumen ꝓpagines eius. Utquid destruxisti maceriã eius: et vindemiãt eã omnes qui ptergrediunt viã. Exterminauit eã aper de silua: et singularis ferus depastus est eã. Deus virtutũ cõuertere: respice de celo et vide et visita vineã istam. Et pfice eam quã plãtauit dextera tua: et sup filiũ quẽ ofirmasti tibi. Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribũt. Fiat manus tua sup virũ dextere tue: et super filiũ hominis quẽ ofirmasti tibi. Et nõ discedimus a te: viuificabis nos et nomen tuũ inuocabimus. Domine deus virtutũ ouerte nos: et ostẽde faciẽ tuã et salui erimus. In finẽ ꝓ torculariꝫbus psalmus ipi asaph quinta sabbati.

Exultate deo adiutori nro: iubilate deo iacob. Sumite psalmum et date tympanũ: psalteriũ iocundũ cum cithara. Bucinate in neomenia tuba: in insigni die sollẽnitatis vre. Quia pceptũ in isrl est: et iudiciũ deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud: cũ exiret de terra egipti linguã quã non nouerat audiuit: Auertit ab oneribus dorsũ eius: manus eius in cophino seruierũt. In tribulatione inuocasti me: et liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: pbaui te apud aquã ocontradictionis. Audi ppl'us meus et otestãbor te: isrl si audieris me nõ erit in te deus recẽs: neq; adorabis deũ alienũ. Ego enim sum dns deus tuus q̃ eduxi te de terra egipti: dilata os tuum et implebo illud. Et nõ audiuit ppl'us meus vocẽ meã: et isrl nõ intendit mihi. Et dimisi eos scõm desideria cordis eorũ: ibũt in adinuẽtionibus suis. Si ppl'us meus audisset me: isrl si in vijs meis ambulasset: Pro nihilo forsitan inimicos eorũ humiliassem: et sup tribulãtes eos misissem manũ meã. Inimici dñi mentiti sunt ei: et erit tps eorũ in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

Psalmus asaph.

Deus stetit in sinagoga deorũ: in medio aũt deos diiudicat. Usq; quo iudicatis iniq̃tatẽ: et facies peccatorũ sumitis. Iudicate egeno et pupillo: humilẽ et pauperẽ iustificate. Eripite pauperẽ: et egenũ de manu pctõris liberate. Nescierunt neq; intellexerũt in tenebris ambulãt: mouebũtur oia fundaméta terre. Ego dixi dii estis: et filij excelsi oẽs. Vos aũt sic homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis. Surge deus iudica terrã: qm̃ tu hereditabis in omibus gentibus.

Canticũ psalmi

Deus quis simílis erit tibi? ne taceas neq; cõpescaris deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerũt: et q̃ oderũt te extulerũt caput. Super ppl'm tuũ malignauerũt consilium: cogitauerũt aduersus sanctos tuos. Dixerunt venite et disperdamus eos de gente: et nõ memoret̃ nomen isrl vltra. Quoniã cogitauerũt vnanimiter: simul aduersum te testamentũ dispposuerũt tabernacula ydumeorũ et ismahelite. Moab et agareni. gebal et amon et amalech: alienigene cũ habitãtibus tyrũ. Etenim assur venit cũ illis: facti sunt in adiutoriũ filijs loth. Fac illis sicut madian et sysare: sicut iabin in torrente cyson. Disperierũt in endor: facti sũt ut stercus terre. Pone principes eorũ sicut oreb et zeb: et zebee et salmana. Omnes principes eorũ: qui dixerũt hereditate possideamus sanctuariũ dei. Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulã ante faciẽ venti. Sicut ignis qui comburit siluã: et sicut flãma cõburens mõtes. Ita psequeris illos in tẽpestate tua: et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorũ ignominia: et querent nomen tuũ dñe. Erubescant et oturbentur in seculũ seculi: et ofundant̃ et pereant. Ut cognoscant quia nomen tibi dns: tu solus altissimus in omni terra.

In finẽ ꝓ torcularibus filijs chore psalmus.

Quam dilcã tabernacula tua dñe virtutũ: concupiscit et deficit aia mea in atria dñi. Cor meũ et caro mea: exultauerunt in deũ viuũ. Etenim passer inuenit sibi domũ: et turtur nidũ sibi vbi ponat pullos suos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus et deus meus.

Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorū laudabunt te. Beatus vir cuius est auxiliū abste: ascensiones in corde suo dispositi in valle lachrymarū: in loco quē posuit. Etenī benedictionē dabit legislator: ibunt de virtute in virtutē: videbitur deus deorū in syon. Domine deus virtutum exaudi orationē meā: auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: et respice in faciē christi tui. Quia melior est dies vna in atriis tuis: supmilia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Quia misericordiā et veritatem diligit deus: gratiam et glorią dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutū beatus homo qui sperat in te. In finem filijs chore.

Benedixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorū. Mitigasti omnē irā tuā: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte irā tuā a nobis. Dunquid in eternū irascēris nobis: aut extendes iram tuā a generatione in generationem? Deus tu cōuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis dñe misericordiā tuā: et salutare tuū da nobis. Audiā quid loquat in me dñs deus: qm̄ loquet pacē in plebē suā. Et sup sanctos suos: et in eos qui conuertunt ad cor. Verūtamen prope timentes eū salutare ipius: ut inhabitet gloria in terra nra. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: et iustitia et pax osculate sūt. Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit. Etenī dñs dabit benignitatē: et terra nra dabit fructū suū. Iustitia ante eū ambulabit: et ponet in via gressus suos. Oratio dauid.

Inclina dñe aurem tuā et exaudi me: qm̄ inops et pauper sum ego. Custodi aiam meā qm̄ sanctus sum: saluū fac seruū tuū deus meus sperantē in te. Miserere mei dñe qm̄ ad te clamaui tota die: letifica aiam̄ serui tui qm̄ ad te dñe aiam meā leuaui. Quoniā tu dñe suauis et mitis: et multe misericordie omibus inuocātibus te. Auribus percipe dñe orationē meam: et intende voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: q̄r exaudisti me. Non est similis tui in dis dñe: et nō est secūm opera tua. Omnes gentes quascūq; fecisti venient et adorabūt coram te dñe: et glorificabūt nomē tuū. Quoniam magnus es tu et faciēs mirabilia: tu es deus solus. Deduc me dñe in via tua: et ingrediar in veritate tua: letet cor meū ut timeat nomē tuū. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuū in eternū. Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti aiam meā ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerūt super me: et synagoga potentiū quesierunt aiam meā: et nō proposuerūt te in conspectu suo. Et tu dñe deus miserator et misericors: patiens et multe misericordie et verax. Respice in me et miserere mei: da imperiū tuū puero tuo: et saluū fac filium ancille tue. Fac mecū signū in bonū ut videāt q̄ oderūt me et confundant: qm̄ tu dñe adiuuisti me et cōsolatus es me. Psalmus cantici filijs chore.

Fundamēta eius in montibus sanctis: diligit dñs portas syon super omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab et babilonis: scientiū me. Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopū: hi fuerūt illic. Dunquid syon dicet homo: et homo natus est in ea: et ipe fundauit eā altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorū et principum: horum qui fuerunt in ea. Sicut letantiū: omniū habitatio in te.

Canticū psalmi filijs chore in finē p melech ad respondendū intellectus heman ezraice.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuā ad precē meā. Quia repleta est malis aia mea: et vita mea inferno appropinquauit. Estimatus sum cū descendētibus in lacū: factus sum sicut hō sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiētes in sepulchris quorū nō es memor amplius: et ipi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis

Super me ꝯfirmatus est furor tuus: et om
nes fluctus tuos induxisti sup me. Longe
fecisti notos meos a me: posuerūt me abho
minationē sibi. Traditus sum et nō egre-
diebar: oculi mei languerūt ꝑ inopia. Cla
mauí ad te dñe: tota die expādi ad te ma-
nus meas. Nunquíd mortuis facies mira
bilia: aut medici suscitabūt et ꝯfitebuntur
tibi. Quíquíd narrabit aliq̄s in sepulchro
misericordiā tuā: et veritatē tuā in pditiōe.
Nunquíd cognoscent in tenebris mirabi-
lia tua: et iustitia tua in terra obliuiōis. Et
ego ad te dómine clamauí: et mane oratio
mea prueniet te. Ut quíd dómine repellis
orationem meā: auertis faciem tuā a me.
Pauper sum ego et in laboribus a iuuētu
te mea: exaltatus aūt humiliatus sum et cō
turbatus. In me transierūt ire tue: et terro-
res tui ꝯturbauerūt me. Circūdederunt me
sicut aqua tota die: circūdederūt me simul
Elongasti a me amicū et ꝓximū: et notos
meos a miseria. Intellectus ethein ezraice

Misericordias domini: in eternū canta-
bo. In generatiōe et generationē: an
nūciabo veritatē tuā in ore meo. Qm dixi-
sti in eternū misericordia edificabitur in ce
lis: ꝑparabit veritas tua in eis. Disposui te-
stamentū electis meis: iurauí dauíd seruo
meo usq; in eternū ꝑparabo semen tuū. Et
edificabo in generatiōe & generationē: sedē
tuā. Confitebunt celi mirabilia tua dñe:
etenī veritatē tuā in eccia sanctorū. Quoni
am quis in nubibus equabit dño: similis
erit dño in filiis dei. Deus qui glorificatur
in ꝯsilio sanctorū: magnus et terribilis sup
oēs qui in circuitu eius sunt. Domine de
us virtutū quis similis tibi: potēs es dñe:
et veritas tua in circuitu tuo. Tu dominā-
ris potestati maris: motū aūt fluctuū eius
tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū
superbū: in brāchio virtutis tue dispersisti
inimicos tuos. Tui sunt celi & tua est terra:
orbē terre et plenitudinē eius tu fundasti:
aquilonē et mare tu creasti. Thabor & her
mon in nomīe tuo exultabūt: tuū brachiū
cū potētia. Firmetur manus tua & exaltet
dextera tua: iustitia et iudiciū ꝑparatio se-
dis tue. Misericordia et veritas ꝓcedent fa-
ciem tuā: beatus ꝑpl'us qui scit iubilationē
Domine in lumīe vultus tui ambulabūt:
et in nomīe tuo exultabūt tota die: et in iusti
tia tua exaltabunt. Qm gloria virtutis eo
rū tu es: et in beneplacito tuo exaltabit cor
nu nr̄m. Quia dñi est assumptio nostra: et
sancti ysrahel regis nr̄i. Tunc locutus es in
visione sanctis tuis: et dixisti posui adiuto
riū in potēte: et exaltauí electū de plebe mea
Inueni dauíd seruū meū: oleo sancto meo
vnxi eū. Manus enī mea auxiliabit ei: et
brachiū meū ꝯfirmabit eū. Nihil ꝓficiet
inimicus in eo: et filius iniquitatis nō appo
net nocere ei. Et ꝯcidā a facie ipius inimi
cos eius: et odientes eū in fugā cōuertā. Et
veritas mea et misericordia mea cū ipo: et
in nomīe meo exaltabit cornu eius. Et po-
nā in mari manū eius: et in fluminibus dex-
terā eius. Ipse invocabit me pr̄ meus es
tu: deus meus et susceptor salutis mee. Et
ego ꝓmogenitū ponā illū: excelsum pre regi
bus terre. In eternū seruabo illi misericor-
diā meā: et testamentū meū fidele ipi. Et
ponā in seculū seculi semen eius: et thronū
eius sicut dies celi. Si aūt dereliquerint filij
eius legē meā: et in iudiciis meis nō ambu
lauerint. Si iustitias meas ꝓphanauerint:
et mandata mea nō custodierint. Visitabo
in virga iniquitates eorū: et in verberibus
peccata eorū. Misericordiā autē meam nō
dispergā ab eo: neq; nocebo in veritate mea
Neq; ꝓphanabo testamentū meū: et que
procedunt de labiis meis nō faciam irrita.
Semel iurauí in sancto meo si dauíd mē-
tiar: semē eius in eternū manebit. Et thro-
nus eius sicut sol in conspectu meo: et sicut
luna perfecta in eternū: et testis in celo fide
lis. Tu vero repulisti et despexisti: distuli-
sti chr̄istum tuū. Auertisti testamentū ser-
ui tui: ꝓphanasti in terra sanctuariū eius.
Destruxisti omnes sepes eius: posuisti fir-
mamentū eius formidinē. Diripuerūt eū
omnes transeuntes viā: factus est oppro-
briū vicinis suis. Exaltasti dexterā depri
mentiū eū: letificasti oēs inimicos eius.
Auertisti adiutoriū gladii eius: et non es
auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab
emundatione: et sedē eius in terra collisisti.

Minorasti dies tēporis eius: perfudisti eū
ɔfusione. Usqꝫquo domine auertis in fi-
nem: exardescit sicut ignis ira tua? Memo-
rare que mea substantia: nunquid enī va-
ne cōstituisti omnes filios hominū? Quis
est qui viuet et nō videbit mortem: eruet
animā suam de manu inferi? Ubi sunt mi
sericordie tue antique domine: sicut iurasti
dauid in veritate tua? Memor esto domi-
ne opprobrij seruorū tuorū: qđ continui in
sinu meo multarū gentiū Quod exprobra
uerūt inimici tui dñe: qđ exprobrauerūt cō
mutationē christi tui. Benedictus dñs in
eternū: fiat fiat. Oratio moisi hominis dei.

Domine refugium factus es nobis: a
generatione in generationē. Priusqꝫ
montes fierēt aut formaret̄ terra et orbis:
a seculo et in seculū tu es deus. Ne auertas
hominē in humilitatē: et dixisti cōuertimi
ni filij hominū Quoniam mille anni ante
oculos tuos: tanqꝫ dies hesterna q̄ preterijt
Et custodia in nocte: que ꝓ nihilo haben
tur eorū anni erūt. Mane sicut herba tran-
seat: mane floreat et transeat: vespere deci-
dat induret et arescat. Quia defecimus in
ira tua: et in furore tuo turbati sumus. Po-
suisti iniquitates nr̄as in ɔspectu tuo: seculū
nostrū in illuminatiōe vultus tui Quoniā
om̄es dies nostri defecerūt: et in ira tua de-
fecimus. Anni nostri sicut aranea medita-
buntur: dies annorꝫ nostorꝫ in ip̄is septua
ginta anni. Si aūt in potētatibus octogin
ta anni: et amplius eorum labor et dolor.
Quoniā supuenit māsuetudo: et corripie
mur. Quis nouit potestatē ire tue: et p̄ ti-
more tuo irā tuā dinumerare? Dexterā tuā
sic notā fac: et eruditos corde in sapientia.
Conuertere dñe vsqꝫquo: et deprecabilis
esto sup seruos tuos. Repleti sumus mane
misericordia tua: et exultauimus et delecta
ti sumus in omnibus diebus nr̄is. Letati
sumus ꝓ diebus q̄bus nos humiliasti: an
nis q̄bus vidimus mala. Respice in ſuos
tuos et in opa tua: et dirige filios eorꝫ. Et
sit splendor dñi dei nr̄i sup nos: et opa ma
nuū nr̄arū dirige sup nos: et opus manuū
nr̄arū dirige. Laus cantici ip̄i dauid.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in
ꝓtectione dei celi cōmorabit̄. Dicet dño
susceptor meus es tu et refugiū meū deus
meus: sperabo in eū Quoniā ip̄e liberabit
me de laqueo venantiū: et a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pē
nis eius sperabis. Scuto circūdabit te ven
tas eius: non timebis a timore nocturno.
A sagitta volāte in die: a negocio pambu
lante in tenebris: ab incursu ꝛ demonio me
ridiano. Cadent a latere tuo mille: et decē
milia a dextris tuis: ad te aūt nō appropin
quabit Verūtamē oculis tuis ɔsiderabis:
et retributionē peccatorꝫ videbis Quoniā
tu es dñe spes mea: altissimū posuisti refu-
gium tuū. Non accedat ad te malū: et fla
gellū nō appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniā angelis suis mādauit de te: ut cu-
stodiant te in omībus vijs tuis. In mani
bus portabūt te: ne forte offendas ad la-
pidem pedē tuū. Super aspidē et basiliscū
ambulabis: et ɔculcabis leonē et draco-
nem Qm̄ in me sperauit liberabo eū: ꝓte-
gā eū qm̄ cognouit nomē meū Clamauit
ad me et ego exaudiā eū: cū ip̄o sū in tribu
latione: eripiā eū et glorificabo eū. Longi
tudine dierū replebo eū: et ostendā illi salu
tare meū. Psalmus cantici in die sabbati.

Bonū est confiteri dño: et psallere no-
mini tuo altissime. Ad annunciandū
mane misericordiā tuā: et veritatem tuā p
noctē. In decacordo psalterio: cum canti-
co in cithara. Quia delectasti me domine
in factura tua: et in operibus manuū tua-
rum exultabo. Quā magnificata sunt opa
tua dñe: nimis ꝓfunde facte sunt cogitatio
nes tue Vir insipiens nō cognoscet: et stul
tus non intelliget hec. Cum exorti fuerint
peccatores sicut fenū: et apparuerūt omnes
qui operant̄ iniquitatē Ut intereant in se-
culū seculi: tu autē altissimus in eternū dñe.
Quoniā ecce inimici tui dñe: qm̄ ecce ini-
mici tui peribūt: et dispgent̄ om̄es q̄ opan
tur iniquitatē Et exaltabitur sicut vnicor-
nis cornu meū: et senectus mea ī misericor
dia vberi. Et despexit oculus meus inimi-
cos meos: et insurgētibus in me malignā-
tibus audiet auris mea. Iustus vt palma
florebit: sicut cedrus libani multiplicabit̄.

Plantati in domo dñi: in atriis domus dei nostri florebūt. Adhuc multiplicabunt in senecta uberi: et bene patientes erūt et annūcient. Quoniam rectus dñs deus noster: et nō est iniquitas in eo. Laus cantici dauid in die ante sabbatū qñ fundata est terra.

Dominus regnauit decorē indutus ē: indutus est dñs fortitudinē et precinxit se. Etenim firmauit orbē terre qui nō cōmouebitur. Parata sedes tua deus ex nūc: a seculo tu es. Eleuauerūt flumina dñe: eleuauerunt flumia uocē suā. Eleuauerūt flumia fluctus suos: a uocibus aquarū multarū. Mirabiles elatiōes maris: mirabilis in altis dñs. Testimonia tua credibilia facta sūt nimis: domū tuā decet sanctitudo dñe in longitudinē dierū. Psalmus dō quarta sabbati.

Deus ultionū dñs: deus ultionū libere egit. Exaltare q̄ iudicas terrā: redde retributionē superbis. Usq̄quo peccatores dñe: usq̄quo pctōres gloriabunt? Effabunt et loquent iniquitatē: loquent oēs qui operant iniustitiā? Populum tuū dñe humiliauerūt: et hereditatē tuā uexauerūt. Uiduā et aduenā interfecerūt: et pupillos occiderūt. Et dixerūt nō uidebit dñs: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in pl'o: et stulti aliquando sapite. Qui plātauit aurē nō audiet: aut qui finxit oculum nō cōsiderat? Qui corripit gentes non arguet: qui docet hoiem scientiā? Dñs scit cogitationes hoim: q̄m uane sunt. Beatus homo quē tu eruditus dñe: et de lege tua docuens eum. Et mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia nō repellet dñs plebē suā: et hereditatē suā nō derelinquet. Quoadusq̄ iustitia cōuertatur in iudiciū: et qui iuxta illā? oēs qui recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecū aduersus operantes iniquitatē? Nisi quia dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus ē pes meus: misericordia tua dñe adiuuabat me. Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo: consolationes tue letificauerūt aiam meā. Numquid adheret tibi sedes iniquitatis? qui fingis laborem in pcepto.

Captabūt in aiam iusti: et sanguinē innocentē condemnabūt. Et factus est mihi dñs in refugiū: et deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniquitatē ipsorū: et in malicia eorū disperdet eos: disperdet illos dñs deus noster. Laus cantici ipi dauid.

Uenite exultemus dño: iubilemus deo salutari nro. Preoccupemus faciē eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dñs: et rex magnus sup oēs deos. Quia in manu eius sunt oēs fines terre: et altitudines montiū ipius sūt. Quoniam ipius ē mare et ipe fecit illud: et siccā manus eius formauerūt. Uenite adoremus et procidamus et ploremus ante dñm qui fecit nos: quia ipe ē deus noster. Et nos pp'lus pascue eius: et oues manus eius. Hodie si uocem eius audieritis: nolite obdurare corda ura. Sicut in irritatione: secōm diē tentationis in deserto. Ubi temptauerūt me patres uri: probauerūt me et uiderūt opa mea. Quadraginta ānis offensus fui generatiōi illi: et dixi semp errant corde. Et isti nō cognouerūt uias meas: ut iurauī in ira mea si introibunt in requiē meā. Psalmus dauid qñ domus edificabat post captiuitatē.

Cantate dño canticū nouū: cantate domino omis terra. Cantate dño et benedicite nomi eius: annūciate de die in die salutare eius. Annūciate inter gentes gloriam eius: in oibus pplis mirabilia eius. Quoniam magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis est sup oēs deos. Quoniā omes dii gentiū demonia: dñs aute celos fecit. Confessio et pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia et magnificentia in sanctificatiōe eius. Afferte domino patrie gentiū: afferte dño gloriā et honorē: afferte domino gloriā nomini eius. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominū in atrio scto eius. Commoueat a facie eius uniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit. Etenim correxit orbē terre qui nō cōmouebit: iudicabit populos in equitate. etentur celi et exultet terra: cōmoueatur mare et plenitudo eius: gaudebunt campi et oia que in eis sunt. Tunc exultabūt oia ligna siluarū a facie dñi q̄

venit: quoniã venit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate: et populus in veritate sua. Psalmus dauid quãdo terra eius restituta est ei

Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Nubes et caligo in circuitu eius: iustitia et iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipm pcedet: et inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et cõmota est terra. Montes sicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie domini omnis terra. Annũciauerũt celi iustitiã eius: et viderũt omes populi gloriã eius. Confundant omes q̃ adorant sculptilia: et qui gloriant in simulacris suis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata est syon et exultauerũt filie iude: pter iudicia tua domine. Quoniã tu dñs altissimus sup omnẽ terram: nimis exaltatus es sup omnes deos. Qui diligitis dñm odite malũ: custodit dñs aias sanctorũ suorũ: de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto: et rectis corde letitia. Letamini iusti in dño: et confitemini memorie sanctificationis eius. Psalmus dauid prophete.

Cantate dño canticũ nouũ: qr mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius: et brachiũ sanctũ eius. Notũ fecit dñs salutare suũ: in conspectu gentiũ reuelauit iustitiã suam. Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui isrl. Viderunt omnes termini terre salutare dei nostri: iubilate dño omis terra: cantate et exultate et psallite. Psallite dño in cithara in cithara et voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee. Iubilate in cõspectu regis dñi: moueat mare et plenitudo eius: orbis terrarum et qui habitant in eo. Flumina plaudẽt manu simul: mõtes exultabunt a conspectu dñi: qm venit iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terrarũ in iustitia: et pplus in equitate. Psalmus dauid.

Dominus regnauit trascantur populi: qui sedes sup cherubin moueat terra. Dominus in syon magnus: et excelsus sup omnes pplos. Confiteant nomini tuo magno qm terribile et sanctũ est: et honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones: iudicium et iustitiam in iacob tu fecisti. Exaltate dñm deũ nostrũ: et adorate scabellũ pedũ eius qm sanctũ est. Moyses et aaron in sacerdotibus eius: et samuel inter eos qui inuocãt nomen eius. Inuocabãt dñm et ipe exaudiebat eos: in colũna nubis loquebat ad eos. Custodiebant testimonia eius: et pceptũ q̃ dedit illis. Domine deus noster tu exaudiebas eos: deus tu ppicius fuisti eis: et vlciscens in omes adinuẽtiones eorũ. Exaltate dñm deũ nr̃m: et adorate in mõte sancto eius: qm sanctus dominus deus noster. Psalmus in confessione.

Iubilate dño omis terra: seruite dño in letitia. Introite in conspectu eius: in exultatiõe. Scitote quoniã dñs ipe est deus: ipe fecit nos et non ipi nos. Populus eius et oues pascue eius introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniã suauis est dominus: in eternũ misericordia eius: et vsq; in generatione et generationẽ veritas eius. Psalmus dauid.

Misericordiã et iudiciũ cantabo tibi domine: psallã et intelligã in via immaculata quãdo venies ad me. Perambulabam in innocẽtia cordis mei: in medio domus mee. Non pponebã ante oculos meos rem iniustã: facientes puaricatiões odiui. Non adhesit mihi cor prauũ: declinantẽ a me malignũ non cognoscebã. Detrahentẽ secreto pximo suo: hũc psequebar. Superbo oculo et insatiabili corde: cũ hoc nõ edebam. Oculi mei ad fideles terre vt sedeãt mecũ: ambulãs in via immaculata hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiã: qui loquit iniqua nõ dirigit in conspectu oculorũ meorũ. In matutino interficiebã omnes peccatores terre: ut disperderẽ de ciuitate dñi omes operantes iniquitatẽ. Oratio pauperis cũ anxiaretur et coram dño effudit precẽ suã.

Domine exaudi orationẽ meã: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuã a me: in quacumq; die tribulor inclina ad me aurem tuã. In quacumq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerūt. Percussus sū ut fenū et aruit cor meū: q2 oblitus sum comedere panē meū. A voce gemitus mei: adhesit os meū carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui: et factus sum sic passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabāt me aduersum me iurabāt. Quia cinerē tanq̄ panē māducabā: et poculū meū cū fletu miscebā: A facie ire indignatiōis tue: quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: et ego sicut fenū aruī. Tu aūt dñe in eternū pmanes: et memoriale tuū in generatiōe et generationē. Tu exurgēs misereberis syon: quia tēpus miserendi eius q2 venit tempus. Quoniā placuerūt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomē tuū dñe: et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificabit dñs syon: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humiliū: et nō sprauit precē eor. Scribantur hec in generatione altera: et populus q̄ creabitur laudabit dñm. Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorū: ut solueret filios interemptor. Vt annunciet in syon nomen dñi: et laudē eius in ierusalē. In cōueniendo pp̄los in vnū: et reges ut seruiāt dño. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatē dierū meor nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meor: in generatione et generationē anni tui. Initio tu dñe terrā fundasti: et opera manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribūt tu aūt permanes: et oēs sicut vestimentū veterascēt. Et sicut opertoriū mutabis eos et mutabunt: tu aūt idē ipse es: et anni tui nō deficient. Filij seruor tuor habitabūt: et semen eor in seculū dirigē. Psalmus dō.

Benedic anima mea dño: et omnia q̄ intra me sunt nomi sancto eius. Benedic anima mea dño: et noli obliuisci oēs retributiones eius. Qui propiciat omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuā: qui coronat te in misericordia et miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuū: renouabit ut aquile iuuentus tua. Faciens misericordias dñs: et iudiciū omnibus iniuriā patientibus. Notas fecit vias suas moysi: filijs isrl̄ voluntates suas. Miserator et misericors dñs: longanimis et multum misericors. Non in perpetuū irascetur: neq̄ in eternū cōminabit. Non scōm peccata nr̄a fecit nobis: neq̄ scōm iniquitates nr̄as retribuit nobis. Quoniā scōm altitudinē celi a terra: corroborauit misericordiā suā sup timentes se. Quantū distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniq̄tates nostras. Quomodo miseret̄ pater filior misertus est dñs timētibus se: qm̄ ipe cognouit figmentū nr̄m. Recordatus est qm̄ puluis sumus: homo sic̄ fenū dies eius: tanq̄ flos agri sic efflorebit. Quoniā spūs pertrā fibit in illo et nō subsistet: et non cognoscet amplius locū suū. Misericordia aūt dñi ab eterno et usq̄ in eternū: sup timētes eū. Et iustitia illius in filios filior: his q̄ seruāt testamentū eius. Et memores sunt mādatorū ipius: ad faciendū ea. Dñs in celo parauit sedē suā: et regnū ipius omnibus dñabitur. Benedicite dño omnes angeli eius potentes virtute: facientes verbū illius ad audiendā vocē sermonū eius. Benedicite dño omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatē eius. Benedicite dño oīa opera eius: in omi loco dñationis eius: benedic anima mea dño. Psalmus dauid.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehemēter. Confessionē et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendens celum sicut pellē: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorū. Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignē vrentem. Qui fundasti terrā super stabilitatē suā: non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentū amictus eius: super montes stabunt aque. Ab increpatiōe tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi: in locum quem fundasti eis.

Terminū posuisti quē nō transgredient̄:
neq; cōuertent̄ operire terram Qui emitis
fontes in cōuallibus: inter mediū montiū
p transibūt aque: Potabūt oēs bestie
agri: expectabunt onagri in sitī suā Super
ea volucres celi habitabūt: de medio petra
rū dabūt voces: Rigans montes de supe-
rioribus suis: de fructu operū tuoꝝ satiabi
tur terra Producens fenū iumētis: et herbā
seruituti hominū Ut educas panē de terra:
et vinū letificet cor hominis Ut exhilaret
faciem in oleo: et panis cor hominis confir-
met. Saturabunt̄ ligna campi et cedri li-
bani quas plātauit: illic passeres nidificabūt
Herodij domus dux est eorum: montes
excelsi cervicas: petra refugium herinacijs.
Fecit lunā in tempora: sol cognouit occa-
sum suum. Posuisti tenebras et facta est
nox: in ipsa pertransibūt oēs bestie silue.
Catuli leonū rugientes vt rapiāt: et que-
rant a deo escā sibi Ortus est sol et cōgre-
gati sunt: et in cubilibus suis collocabunt̄.
Exibit homo ad opus suū: et ad operatio-
nem suā usq; ad vesperū Quam magnifi-
cata sunt opera tua dñe: omia in sapientia
fecisti: impleta est terra possessiōe tua: Hoc
mare magnū et spacios manibus: illic re-
ptilia quoꝝ non est numerus. Animalia
pusilla cū magnis: illic naues pertrāsibunt.
Draco iste quē formasti ad illudendū ei:
omia a te expectāt vt des illis escam in tē-
pore. Dante te illis colligent: aperiēte te ma
nū tuā omnia implebunt̄ bonitate. Auer-
tente aūt te faciē turbabunt̄: auferes spiritū
eorū et deficient: et in puluerē suū reuertē-
tur. Emittes spiritū tuū: et creabunt̄: et reno
uabis faciē terre. Sit gloria dñi in seculū:
letabit̄ dñs in operibus suis. Qui respicit
terrā et facit eam tremere: qui tangit mon-
tes et fumigāt. Cantabo dño in vita mea:
psallā deo meo q̄diu fuero. Iocundū sit ei
eloquiū meū: ego vero delectabor in dño.
Deficiāt pctōres a terra et iniqui ita ut nō
sint: benedic anima mea dño. Alleluia.
Confitemini domino et inuocate nomē
eius: annūciate inter gētes opa eius.
Cantate ei et psallite ei: narrate omia mi-
rabilia eius: laudamini in nomie sctō eius

Letetur cor querentiū dñm: querite domi
nū et confirmamini: querite faciē eius semp.
Mementote mirabiliū eius que fecit: pdi
gia et iudicia oris eius. Semen abraham
serui eius: filij iacob electi eius. Ipse dñs
deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculū testamenti sui: verbi
q̄ mādauit in mille generationes. Quod
disposuit ad abrahā: et iuramēti sui ad isa
ac. Et statuit illud iacob in p̄ceptū: et isra-
hel in testamentū eternū. Dicens tibi dabo
terrā chanaan: funiculū hereditatis vestre.
Cum essent numero breui: paucissimi: et in-
cole eius. Et pertransierūt de gente in gen-
tem: et de regno ad pp̄l'm alterū. Non reli-
quit hominē nocere eis: et corripuit p̄ro eis
reges. Nolite tangere christos meos: et in
p̄phetis meis nolite malignari. Et voca-
uit famē sup terram: et omne firmamentū
panis contriuit. Misit ante eos virū: in seruū
venūdatus est ioseph. Humiliauerunt in
compedibus pedes eius: ferrū p trāsiit ani-
mā eius donec veniret verbū eius. Elo-
quiū dñi inflammauit eum: misit rex et sol
uit eum: princeps populorū et dimisit eū.
Constituit eū dñm domus sue: et princi-
pem omis possessionis sue. Et erudiret p̄n
cipes eius sicut semetipsum: et senes eius
prudentiam doceret. Et intrauit israhel in
egiptum: et iacob accola fuit in terra cham.
Et auxit populū suū vehemēter: et firma-
uit eum sup inimicos eius. Conuertit cor
eorū vt erudirēt populū eius: et dolū face-
rent in seruos eius. Misit moysen seruū suū:
aaron quē elegit ipm. Posuit in eis verba
signorū suorū et prodigiorū: in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit: et nō exacer-
bauit sermones suos. Conuertit aquas eo-
rum in sanguinē: et occidit pisces eorū. Et
dedit terra eorū ranas: in penetralibus
regū ipsorū. Dixit et venit cynomia et sci-
niphes: in omnibus finibus eorū. Posuit
pluuias eorū in grandinē: ignem comburē-
tē in terra ipsorū. Et percussit vineas eorū
et ficulneas eorū: et contriuit lignū finiū eorū
Dixit et venit locusta: et bruchus cuius nō
erat numerus. Et comedit oē fenū in ter
ra eorū: et comedit omnē fructū terre eorū.

Et pcussit omne pmogenitū in terra eorū:
pmitias omis laboris eorū. Et eduxit eos
cum argento et auro: et nō erat in tribubus
eorū infirmus. Letata est egiptus in pfe-
ctiōe eorū: qz incubuit timor eorū sup eos.
Expandit nubē in ptectionē eorū: et ignē
vt luceret eis p noctē. Petierunt et venit
coturnix: et pane celi saturauit eos. Dirupit
petrā et fluxerūt aque: abierūt in sicco flu-
mina. Qm̄ memor fuit verbi sancti sui: qd̄
habuit ad abraham puerū suū. Et eduxit
ppl'm suū in exultatiōe: et elcōs suos in leti-
tia. Et dedit illis regiōes gentiū: et labores
ppl'orū possederūt. Et custodiāt iustificatio
nes eius: et legē eius requirāt. Alleluia.

Confitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in se
culū misericordia eius. Quis loquet̄
potētias dn̄i: auditas faciet omes laudes
eius. Beati qui custodiūt iudiciū: et faciūt
iustitiā in omi tpe. Memēto nr̄i dn̄e in be-
neplacito ppl'i tui: visita nos in salutari tuo.
Ad vidēdū in bonitate electorū tuorū: ad
letandū in letitia gentis tue: vt lauderis cū
hereditate tua. Peccauimus cū pr̄ibus no
stris: iniuste egimus iniquitatem fecimus.
Patres nr̄i in egipto nō intellexerūt mirabi
lia tua: nō fuer̄t memores multitudinis mi
sericordie tue. Et irritauerūt ascendētes in
mari rubro: et saluauit eos propter nomē
suū: ut notā faceret potentiā suā. Et incre-
puit mare rubrū et exsiccatū est: et deduxit
eos in abyssis sicut in deserto. Et saluauit
eos de manu odiētiū: et redemit eos de ma
nu inimici. Et operuit aqua tribulātes eos:
vnus ex eis nō remāsit. Et crediderūt ver
bis eius: et laudauerūt laudē eius. Cito
fecerunt obliti sunt operū eius: nō sustinue-
runt ꝯsiliū eius. Et ꝯcupierūt ꝯcupiscentiā
in deserto: et temptauerūt deū in inaquoso.
Et dedit eis petitionē ipōrū: et misit saturi
tatē in aīas eorū. Et irritauerūt moisen in
castris: aaron sanctū dn̄i. Aperta est terra
et deglutiuit dathan: et operuit sup cōgre-
gationē abiron. Et exarsit ignis in syna-
goga eorū: flamma cōbussit pctōres. Et fe
cerūt vitulū in oreb: et adorauerūt sculptile.
Et mutauerūt gloriā suā: in similitudinē
vituli comedentis fenū. Obliti sunt deum
qui saluauit eos: qui fecit magnalia in egi
pto mirabilia ī terra cham: terribilia in ma
ri rubro. Et dixit ut disperderet eos: si non
moises electus eius stetisset in ꝯfractiōe in
ꝯspectu eius. Vt auerteret irā eius ne disp
deret eos: et pnihilo habuerūt terrā desi-
derabilem. Non crediderūt verbo eius: et
murmurauerūt in tabernaculis suis: nō ex-
audierūt vocē dn̄i. Et eleuauit manū suā
sup eos: ut psterneret eos in deserto. Et ut
deijceret semē eorū in natiōibus: et disper-
geret eos in regiōibus. Et iniciati sunt beel
phegor: et comederūt sacrificia mortuorū.
Et irritauerūt eū in adinuētionibus suis:
et multiplicata ē in eis ruina. Et stetit fine-
es et placauit: et cessauit quassatio. Et re-
putatū est ei ad iustitiā: in generatiōe et ge
nerationē usqz in sempiternū. Et irritauer̄t
eū ad aquā ꝯtradictiōis: et vexatus ē mo
ises ppter eos: qz exacerbauerūt spm̄ eius.
Et distinxit in labijs suis: nō dispdiderūt
gentes quas dixit dn̄s illis. Et cōmixti sūt
inter gētes: et didicerūt opa eorū et seruie-
runt sculptilibus eorū: et factū ē illis in scā-
dalū. Et immolauerūt filios suos et filias
suas: demonijs. Et effuderūt sanguinē in-
nocentē sanguinē filiorū suorū et filiarū sua
rū: quas sacrificauerūt sculptilibus chanaā.
Et interfecta ē terra in sanguinibus: et cō
taminata est in operibus eorū: et fornicati
sunt in adinuētionibus suis. Et iratus est
furore dn̄s in ppl'm suū: et abhominatus ē
hereditatē suā. Et tradidit eos in manus
gentiū: et dn̄ati sunt eorū qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorū: et hu-
miliati sunt sub manibus eorū: sepe libera-
uit eos. Ipsi autē exacerbauerūt eū in ꝯsi
lio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus
suis. Et vidit cum tribularent̄: et audiuit
orationē eorū. Et memor fuit testamenti
sui: et penituit eū scd̄m multitudinē miseri-
cordie sue. Et dedit eos in misericordias:
in ꝯspectu omniū qui ceperāt eos. Saluos
fac nos dn̄e deus noster: et cōgrega nos de
nationibus. Vt ꝯfiteamur nomini sancto
tuo: et gloriemur ī laude tua. Benedictus
dn̄s deus israhel a seculo et vsqz in seculū:
et dicet omis ppl'us: fiat fiat. Alleluia.

Confitemini dño qm̃ bonus: quoniã in seculũ miserecordia eius. Dicant q̃ redempti sunt a dño: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos. Ab ortu et occasu: ab aquilone et mari. Errauerũt in solitudine i inaquoso: viã ciuitatis habitaculi nõ inuenerũt. Esurientes et sitientes: aĩa eorũ in ipis defecit. Et clamauerũt ad dñm cum tribularent̃: et de necessitatibus eorũ eripuit eos. Et deduxit eos in viã rectã: ut irent in ciuitatẽ habitationis. Confiteant̃ dño misericordie eius: et mirabilia eius filijs hoim. Quia satiauit aiam inanẽ: et aiam esurientẽ satiauit bonis. Sedẽtes in tenebris et umbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro. Quia exacerbauerũt eloquia dei: et consiliũ altissimi irritauerũt. Et humiliatũ est in laboribus cor eorũ: infirmati sunt nec fuit q̃ adiuuaret. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularentur: et de necessitatibus eorũ liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis: et vincula eorũ dirupit. Confiteant̃ domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Quia contriuit portas ereas: et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorũ: ꝓpter iniustitias enĩ suas humiliati sunt. Omnẽ escã abhominata est aia eorũ: et appropinquauerunt usq; ad portas mortis. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularent̃: et de necessitatibus eorũ liberauit eos. Misit verbũ suũ & sanauit eos: et eripuit eos de interioribus eorũ. Confiteãtur dño misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Et sacrificent sacrificiũ laudis: et annũcient opa eius in exultatione. Qui descendũt mare in nauibus: facientes operationẽ in aquis multis. Ipsi viderunt opa domini: et mirabilia eius in ꝓfundo. Dixit et stetit spũs ꝓcelle: et exaltati sunt fluctus eius. Ascendũt usq; ad celos et descendũt usq; ad abyssos: aĩa eorũ in malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius: et omis sapiẽtia eorũ deuorata est. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularent̃: et de necessitatibus eorũ eduxit eos. Et statuit ꝓcellã eius in aurã: et siluerũt fluctus eius. Et letati sunt q̃ siluerũt: et deduxit eos in portũ voluntatis eorũ. Confiteant̃ dño misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ. Et exaltẽt eũ in ecclia plebis: et in cathedra seniorũ laudent eũ. Posuit flumina in desertũ: et exitus aquarũ in sitim. Terrã fructiferã in salsuginẽ: a malicia inhabitãtiũ in ea. Posuit desertũ in stagna aquarũ: et terrã sine aqua in exitus aquarũ. Et collocauit illic esurentes: et ostituerũt ciuitatẽ habitationis. Et seminauerũt agros et plantauerũt vineas: et fecerũt fructũ natiuitatis. Et benedixit eis et multiplicati sũt nimis: et iumenta eorũ nõ minorauit. Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorũ et dolore. Effusa est ohẽtio sup ꝓncipes: et errare fecit eos in inuio & nõ in via. Et adiuuit pauperẽ de inopia: et posuit sicut oues familias. Uidebũt recti et letabunt̃: et omis iniquitas oppilabit os suũ. Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget miserecordias dñi. Canticũ psalmus dauid.

Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cantabo et psallã in gl'ia mea. Exurge psalteriũ et cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in ppl'is dñe: et psallã tibi in nationibus. Quia magna sup celos misericordia tua: et usq; ad nubes veritas tua. Exaltare sup celos deus: et sup omnẽ terrã gloria tua: ut liberent̃ dilecti tui. Saluũ fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo. Exultabo et diuidã sichimã: et cõuallem tabernaculorũ dimetiar. Meus est galaad et meus est manasses: et ephraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus: moab lebes spei mee. In ydumeã extendã calciamentũ meũ: mihi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: q̃s deducet me usq; in ydumeã. Nonne tu deus qui repulisti nos: et nõ exibis deus in uirtutibus nris. Da nobis auxiliũ de tribulatione: q2 vana salus hois. In deo faciemus virtutẽ: et ipe ad nichilũ deducet inimicos nros. In finẽ psalmus dauid.

Deus laudem meã ne tacueris: q2 os peccatoris et os dolosi sup me apertum est. Locuta sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonibus odij circumdederunt me et expugnauerũt me gratis. Pro eo ut

me diligerent detrahebāt mihi: ego autem orabā. Et posuerūt aduersum me mala ꝓ bonis: et odiū ꝓ dilectione mea. Constitue su p eū peccatorē: et diabolus stet a dextris eius. Cum iudicat exeat dēnatus: et oratio eius fiat in peccatū. Fiant dies eius pauci: et episcopatū eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: et uxor eius vidua. Mutantes transferantur filij eius et mendicēt: eiciant de habitationibus suis. Scrutet fenerator omnē substantiā eius: et diripiāt alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereat pupillis eius. Fiant nati eius in interitū: in generatione una deleat nomē eius. In memoriā redeat iniquitas patrū eius in conspectu dñi: et peccatū matris eius nō deleat. Fiant contra dñm semp: et dispereat de terra memoria eorū: ꝓ eo q nō est recordatus facere misericordiā. Et persecutus est hominē inopē et mendicū: et compunctū corde mortificare. Et dilexit maledictionē et veniet ei: et noluit bñdictionē et elongabit ab eo. Et induit maledictionē sic vestimentū: et intrauit sicut aqua in interiora eius: et sicut oleū in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentū q operit: et sic zona qua semp pcingit. Hoc opus eorū q detrahūt mihi apud dñm: et qui loquūtur mala aduersus animā meā. Et tu dñe dñe fac mecū ꝓpter nomē tuū: q suauis est misericordia tua. Libera me q egenus et paup ego sū: et cor meū conturbatū est intra me. Sicut umbra cū declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locuste. Genua mea infirmata sūt a ieiunio: et caro mea immutata est ꝓpter oleū. Et ego factus sū opprobriū illis: viderūt me et mouerūt capita sua. Adiuua me dñe deus meus: saluū me fac scōm misericordiā tuā. Et sciant q manus tua hec: et tu dñe fecisti eā. Maledicēt illi et tu benedices: qui insurgunt in me confundant: seruus aūt tuus letabitur. Induant qui detrahūt mihi pudore: et operiant sicut dyploi confusione sua. Confitebor dñe nimis i ore meo: et in medio multorū laudabo eū. Quia astitit a dextris pauperis: ut saluā faceret a psequētibus animā meam. Psalmus dauid.

Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos: scabellum pedum tuorū. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dominare in medio inimicorū tuorum. Tecū principiū in die virtutis tue in splēdoribus sanctorū: ex utero ante luciferum genui te. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū scōm ordinem melchisedech. Dominus a dextris tuis: cōfregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibus implebit ruinas: cōquassabit capita in terra multorū. De torrēte in via bibet: ꝓpterea exaltabit caput. Alleluia.

Confitebor tibi domine in toto corde: in consilio iustorū et congregatione. Magna opera domini: exquisita in omēs voluntates eius. Confessio et magnificētia opus eius: et iustitia eius manet in seculū seculi. Memoriā fecit mirabiliū suorū misericors et miserator dñs: escam dedit timentibus se. Memor erit in seculū testamēti sui: virtutū operū suorū annūciabit ꝓpl'o suo. Ut det illis hereditatē gentiū: opa manuū eius veritas et iudiciū. Fideles omia mandata eius: confirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate. Redemptionem misit populo suo: mandauit in eternū testamentū suū. Sanctū et terribile nomē eius: initiū sapiētie timor dñi. Intellectus bonus omnibus facientibus eū: laudatio eius manet in seculū seculi. Alleluia.

Beatus vir qui timet dñm: in mādatis eius volet nimis. Potens in terra erit semē eius: generatio rectorū benedicet. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculū seculi. Exortū est in tenebris lumē rectis: misericors et miserator et iustus. Iocundus homo q miseret et cōmodat: disponit sermones suos in iudicio: q in eternū nō cōmouebit. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Paratū cor eius sperare in dño: confirmatū est cor eius: nō cōmouebit donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculū seculi: cornu eius exaltabit in gloria.

peccatoz videbit et irascet: dentibus suis fremet et tabescet: desiderium pctoz perbit.

LAudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Alleluia.
Sit nomē dñi benedictū: ex hoc nūc et vsqz in seculū. Asolis oztu usqz ad occasum: laudabile nomē dñi. Excelsus sup oēs gentes dñs: et sup celos gloria eius. Quis sicut dñs deus noster: qui in altis habitat humilia respicit in celo et in terra? Suscitans a terra inopē: et de stercoze erigēs pauperē. Ut collocet eū pncipibus: cū pncipibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiozum letantem. Alleluia.

IN exitu israhel de egipto: domus iacob de pplo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israhel potestas eius. Mare vidit et fugit: iozdanis cōuersus est retrozsum. Montes exultauerūt ut arietes: et colles sicut agni ouiū. Quid ē tibi mare q fugisti: et tu iozdanis q3 conuersus es retrozsū. Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouiū. A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petrā in stagna aquarū: et rupē in fontes aquarū. Non nobis dñe nō nobis: sed noī tuo da gloriā super misericozdia tua et veritate tua: ne quando dicāt gentes vbi est deus eozum. Deus aūt noster in celo: omia quecūq3 voluit fecit. Simulacra gentiū argentū et aurū: opa manuū hoim. Os habēt et nō loquent: oculos habēt et nō videbūt. Aures habēt et nō audiēt: nares habēt et nō odorabunt. Manus habēt et nō palpabūt: pedes habēt et nō ambulabūt: nō clamabūt in gutture suo. Similes illis fiāt qui faciūt ea: et oēs qui confidūt in eis. Domus israhel sperauit in dño: adiutoz eoz et ptector eoz est. Domus aarō sperauit in dño: adiutoz eoz et ptector eoz est. Qui timent dominū sperauerūt in dño: adiutoz eoz et ptector eoz ē. Dominus memoz fuit nrī: et benedixit nobis. Benedixit domui israhel: benedixit domui aarō. Benedixit omibus qui timēt dñm: pusillis cū maioribus. Adiciat dñs sup vos: sup vos et sup filios vros. Benedicti vos dño: qui fecit celū et terrā. Celū celi dño: terrā aūt dedit filijs hominū. Non mortui laudabunt te dñe: neq3 oēs qui descendūt in infernū. Sed nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc nūc et vsqz in seculū. Alleluia.

DIlexi: quoniā exaudiet dñs vocē oratiōis mee. Quia inclinauit aurē suā mihi: et in diebus meis inuocabo. Circūdederūt me dolozes mortis: et pericula inferni inuenerūt me. Tribulationē et dolozē inueni: et nomen domini inuocaui. O dñe libera aiam meā: misericoz dñs et iustus: et deus noster miseret. Custodiēs paruulos dñs: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere aia mea in requiē tuā: q3 dñs beneficit tibi. Quia eripuit aiam meā de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo dño: in regiōe vivoz. Credidi ppter q3 locutus sū: ego aūt humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omis hō mendax. Quid retribuā dño: p omibus q retribuit mihi? Calicē salutaris accipiā: et nomen dñi invocabo. Vota mea dño reddā coram omi pplo eius: pciosa in ospectu dñi mozs sanctoz eius. O dñe q3 ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis: et nomē dñi invocabo. Vota mea dño reddam in ospectu omis pplī eius: in atrijs domus dñi in medio tui ierusalē. Alleluia.

LAudate dñm oēs gentes: laudate eum oēs populi. Quoniā confirmata est sup nos misericozdia eius: et veritas domini manet in eternū. Alleluia.

COnfitemini dño quoniā bonus: qm in seculū misericozdia eius. Dicat nūc israhel qm bonus: qm in scm misericozdia eius. Dicat nūc domus aaron: qm in seculū misericozdia eius. Dicant nūc qui timēt dñm: qm in seculū misericozdia eius. De tribulatiōe invocaui dñm: et exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutoz: non timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutoz: et ego despiciā inimicos meos. Bonū est confidere in dño: q3 confidere in homine. Bonū est sperare in dño: q3 sperare in pncipibus. Omnes gentes circuierunt me: et in nomine dñi q3 vltus sum in eos.

Circundātes circūdederūt me: et in nomie
dñi q2 vltus sum in eos. Circūdederūt me
sicut apes: et exarserūt sicut ignis in spinis:
et in noie dñi q2 vltus sum in eos. Impul
sus euersus sum vt caderē: et dñs suscepit
me. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: et fa
ctus est mihi in salutē. Vox exultationis
et salutis: in tabernaculis iusto2. Dextera
dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me:
dextera dñi fecit virtutē. Non moriar sed
viuā: et narrabo opera dñi. Castigās ca-
stigauit me dñs: et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitie: ingressus in
eas confitebor dño: hec porta dñi iusti intra-
bunt in eā. Confitebor tibi quoniā exau-
disti me: et factus es mihi in salutē. Lapi
dē quē reprobauerūt edificātes: hic factus
est in caput anguli. A dño factū est istud:
et est mirabile in oculis nr̄is. Hec est dies
quā fecit dñs: exultemus et letemur in ea.
O domine saluū me fac: o dñe bene ꝓsperare: benedictus qui venit in nomine dñi.
Benedixim⁹ vobis de domo domini:
deus dñs et illuxit nobis. Constituite diē
sollennē in condensis: usq3 ad cornu altaris.
Deus meus es tu et confitebor tibi: deus me
us es tu et exaltabo te. Confitebor tibi qm̄
exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Confitemini dño quoniā bonus: quoniā
in seculū misericordia eius. Alleluia.

Beati immaculati in via: qui ambu-
lant in lege dñi. Beati qui scrutātur
testimonia eius: in toto corde exquirūt eū
Non enī qui operant iniquitatē: in vijs eis
ambulauerūt. u mandasti: mādata tua
custodiri nimis. Utinā dirigant vie mee:
ad custodiēdas iustificationes tuas. Tunc
nō confundar: cū ꝓspexero in omībus māda
tis tuis. Confitebor tibi in directione cor-
dis: in eo qꝺ didici iudicia iustitie tue. Iu-
stificationes tuas custodiam: nō me dere-
linquas vsq3quaq3. Beth.

In quo corrigit adolescēt⁹ viā suā:
in custodiēdo sermones tuos. In toto cor
de meo exquisiui te: ne repellas me a man
datis tuis. In corde meo abscondi eloq̄a
tua: ut nō peccem tibi. Benedictus es do-
mine: doce me iustificationes tuas. In la-
bijs meis: pronūciaui omnia iudicia oris
tui. In via testimonior⁹ tuor⁹ delectatus
sum: sicut in omībus diuitijs. In manda-
tis tuis exercebor: et cōsiderabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: nō
obliuiscar sermones tuos. Gymel.

Retribue seruo tuo: viuifica me et cu-
stodiā sermones tuos. Reuela ocu-
los meos: et considerabo mirabilia de le-
ge tua. Incola ego sum in terra: nō abscō-
das a me mandata tua. Concupiuit aīa
mea desiderare iustificatiões tuas: in omī
tempore. Increpasti superbos: maledicti q̄
declinant a mādatis tuis. Aufer a me op-
probriū et despectū: q2 testimonia tua ex-
quisiui. Etenī sederūt principes et aduer-
sum me loquebant̄: seruus autē tuus exer-
cebatur in iustificationibus tuis. Nam et
testimonia tua meditatio mea est: et cōsi-
lium meū iustificationes tue. Deleth.

Adhesit pauimento anima mea: viui
fica me scōm verbū tuū. Vias meas
enunciaui et exaudisti me: doce me iustifi-
cationes tuas. Viam iustificationū tuarū
instrue me: et exercebor i mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma
me in verbis tuis. Viam iniquitatis amo-
ue a me: et de lege tua miserere mei. Viam
veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimonijs tuis domine: noli me
confundere. Viam mandator⁹ tuor⁹ cucurri:
cum dilatasti cor meū. He.

Legem pone mihi dñe viā iustificatio
nū tuarū: et exquirā eam semper. Da mihi
intellectū et scrutabor legē tuā: et custodiā
illā in toto corde meo. Deduc me in semi-
ta mādator⁹ tuor⁹: q2 ipsam volui. Inclu-
na cor meū in testimonia tua: et nō in auā-
ciā. Auerte oculos meos ne videāt vanī-
tatē: in via tua viuifica me. Statue seruo
tuo eloquiū tuū: in timorē tuo. Amputa op
probriū meū qꝺ suspicatus sū: q2 iudicia
tua iocūda. Ecce concupiui mandata tua: in
equitate tua viuifica me. Vau.

Et veniat sup me misericordia tua do
mine: salutare tuum secundū eloquiū
tuū. Et respondebo exprobrantibus mihi
verbum: quia speraui in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq; quia in iudicijs tuis supersperaui
Et custodiam legem tuam sp̃r in seculum et in seculum seculi Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: et non confundebar Et meditabar in mandatis tuis: quę dilexi Et leuaui manus meas ad mandata quę dilexi: et exercebor in iustificationibus tuis. Zain.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. Superbi iniquе agebant usquequaq; a lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo dñe: et consolatus sum. Defectio tenuit me: propter peccatores derelinquentes legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tuę: in loco peregrinationis meę. Memor fui nocte nois tui dñe: et custodiui legem tuam. Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui. Heth.

Portio mea dñe: dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum et non sum turbatus: ut custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi sunt me: et legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tuę. Participeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua. Misericordia tua dñe plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo Teth. dñe: secundum verbum tuum. Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Priusquam humiliarer ego delinquebam: propterea eloquium tuum custodiui. Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum. Bonum mihi quia humiliasti me: ut discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui: super milia auri et argenti. Ioth.

Manus tue fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum ut discam mandata tua. Qui timent te videbunt me et letabuntur: quia in verba tua supersperaui. Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua ut consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebar in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: ut non confundar. Caph.

Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuum superspersaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me. Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudicium. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam viuifica me: et custodiam testimonia oris tui. Lamech.

In eternum dñe: verbum tuum permanet in celo. In generatione et generationem veritas tua: fundasti terram et permanet. Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores ut perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Mem.

Quomodo dilexi legem tuam dñe: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua requisiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos: ut custodiam verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. Nun.

VCerna pedibus meis verbū tuū: et lumē semitis meis. Iuraui: et statui custodire iudicia iustitie tue. Humiliatus sum vsq; quaq; dñe viuifica me scd̄m verbū tuū. Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: et iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semp: et legē tuā nō sum oblitus. Posuerūt peccatores laqueū mihi: et de mādatis tuis nō erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua in eternū: q2 exultatio cordis mei sūt. Inclinaui cor meum ad faciēdas iustificatiōes tuas in eternū: ꝓpter retributionē. Samech.

INiquos odio habui: et legem tuā dilexi. Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbū tuū supsperaui. Declinate a me maligni: et scrutabor mādata dei mei. Suscipe me scd̄m eloquiū tuū et viuā: et nō cōfundas me ab expectatiōe mea. Adiuua me et saluus ero: et meditabor i iustificatiōib⁹ tuis sp. Spreuisti oēs discedētes a iudicijs tuis: q2 iniusta cogitatio eorū. Preuaricantes reputaui oīs pctōres terre: ideo dilexi testimōia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enī tuis timui. Ayn.

FEci iudiciū et iustitiā: nō tradas me calūniantibus me. Suscipe seruū tuū in bonū: nō calūnient me superbi. Oculi mei defecerūt in salutare tuū: et in eloquiū iustitie tue. Fac cū seruo tuo scd̄m misericordiā tuā: et iustificatiōes tuas doce me. Seruus tuus sum ego da mihi intellectū vt sciā testimonia tua. Tempus faciendi dñe: dissipauerūt legē tuā. Ideo dilexi mādata tua: sup aurū et topaziū. Propterea ad oīa mandata tua dirigebar: omnē viā iniquā odio habui. Phe.

MIrabilia testimonia tua: ideo scrutata ē ea anima mea. Declaratio sermonū tuorū illuminat: et intellectū dat paruulis. Os meū aperui et attraxi spīritū: q2 mādata tua desiderabā. Aspice in me et miserere mei: scd̄m iudiciū diligentiū nomē tuū. Gressus meos dirige scd̄m eloquiū tuū: ut nō dñetur mei oīs iniustitia. Redime me a calūnijs hominū: ut custodiā mādata tua. Faciē tuā illumina sup seruū tuū: et doce me iustificatiōes tuas Exitus aquarū deduxerūt oculi mei: q2 nō custodierunt legem tuā. Sade.

IVstus es dñe: et rectum iudiciū tuū. Mandasti iustitiā testimōia tua: et veritatē tuā nimis. Tabescere me fecit zelus meus: q2 obliti sūt verba tua inimici mei. Ignitum eloquiū tuū vehemēter: et seruus tuus dilexit illud. Adolescētulus sū ego et contēptus: iustificatiōes tuas nō sum oblitus. Iustitia tua iustitia i eternū: et lex tua veritas. Tribulatio et angustia inuenerūt me: mādata tua meditatio mea ē. Equitas testimonia tua in eternū: intellectū da mihi et viuam.

CLamaui in toto corde exaudi me dñe: iustificatiōes tuas requirā. Clamaui ad te saluū me fac: ut custodiā mādata tua. Preueni in maturitate et clamaui: in verba tua supsperaui. Preuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocē meā audi scd̄m misericordiam tuā dñe: et scd̄m iudiciū tuū viuifica me. Appropinquauerūt persequentes me iniquitati: a lege aūt tua longe facti sūt. Prope es tu dñe: et oēs vie tue veritas. Initio cognoui de testimōnijs tuis: q2 i eternū fundasti ea.

VIde humilitatē meā et eripe me: Res. q2 legē tuā nō sum oblitus. Iudica iudiciū meū et redime me: ꝓpter eloquiū tuū viuifica me. Longe a pctōribus salus: q2 iustificatiōes tuas nō exquisierūt. Misericordie tue multe dñe: scd̄m iudiciū tuū viuifica me. Multi qui persequūt me et tribulāt me: a testimonijs tuis nō declinaui. Vidi prauaricātes et tabescebā: q2 eloquia tua nō custodierunt. Vide qm̄ mādata tua dilexi: dñe in mia tua viuifica me. Principiū verborū tuorū in eternū: omnia iudicia iustitie tue.

PRincipes persecuti sūt me gratis: et a vbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatē odio habui et abhominatus sum: legē autē tuā dilexi. Septies in die laudē dixi tibi: sup iudicia iustitie tue. Pax multa diligētib⁹ legē tuā: et nō ē illis scandalū. Expectabā salutare tuū dñe: et mādata tua dilexi. Custodiuit aīa mea testimonia tua: et dilexit ea vehemēter. Seruauī mādata tua et testimonia tua: q2 oēs vie mee in cōspectu tuo. Thau.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe: iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ. Intret postulatio mea in conspectu tuo: scõm eloquiũ tuũ eripe me. Eructabũt labia mea hymnũ: cũ docueris me iustificatiões tuas. Pronũciabit lingua mea eloquiũ tuũ: qz oia mandata tua equitas. Fiat manus tua ut saluet me: qm mãdata tua elegi. Concupiui salutare tuũ dñe: et lex tua meditatio mea è. Viuet aia mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabũt me. Errauí sicut ouis q perijt: qrere ꝑuũ tuũ qz mãdata tua nõ sũ oblitus. Canticũ graduũ

Ad dñm cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera aiam meã a labijs iniqs: a lingua dolosa. Quid detur tibi aut q̃d apponat tibi: ad linguã dolosam? Sagitte potẽtis acute: cũ carbonibus desolatorijs. Heu mihi qz incolatus meus ꝓlõgatus è: habitaui cũ habitãtib⁹ cedar: ml̃tũ incola fuit aia mea. Cum his q̃ oderãt pacẽ erã pacificus: cũ loqbar illis impugnabãt me gratis. Canticũ graduũ.

Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ a dño: qui fecit celũ et terrã. Non det in cõmotionẽ pedẽ tuũ: neqz dormitet qui custodit te. Ecce nõ dormitabit neqz dormiet: qui custodit isrl̃: Dñs custodit te: dñs protectio tua sup manuũ dexterã tuã. Per diẽ sol nõ vret te: neqz luna p noctẽ. Dñs custodit te ab oi malo: custodiat aiam tuã dñs. Dñs custodiat introitũ tuũ: et exitum tuũ ex hoc nũc et usqz in scl̃m. Canticũ graduũ.

Letatus sum in his q̃ dicta sũt mihi: in domũ dñi ibimus. Stantes erãt pedes nri: in atrijs tuis ierusalẽ. Ierusalẽ q̃ edificatur ut ciuitas: cuius pticipatio eius in idipm. Illuc enĩ ascẽderũt tribus tribus dñi testimoniũ isrl̃: ad confitẽdũ noi dñi. Quia illic sederũt sedes in iudicio: sedes sup domũ dauid. Rogate q̃ ad pacẽ sũt ierusalẽ: et abũdãtia diligẽtibus te. Fiat pax in virtute tua: et abundãtia in turrib⁹ tuis. Propter fres meos et ꝓximos meos: loquebar pacẽ de te. Propter domũ dñi dei nostri: requesnũ bona tibi. Canticũ graduũ.

Ad te leuaui oculos meos: q̃ habitas in celis. Ecce sicut oculi seruoꝝ: in manibus dñoꝝ suoꝝ. Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue: ita oculi nri ad dñm deũ nrm donec misereat nri. Miserere nri dñe miserere nostri: qz multũ repleti sumus despectione. Quia multũ repleta est aia nra opprobriũ abundãtibus: et despectio superbis. Canti

Nisi qz dñs erat in nobis cũ graduũ. dicat nunc isrl̃: nisi qz dñs erat in nobis. Cum exurgerẽt homines in nos: forte vivos deglutissent nos. Cum irascerẽt furor eoꝝ in nos: forsitã aqua absorbuísset nos. Torrentẽ ptrãsiuit aia nra: forsitã ptrãsisset aia nra aquã intolerabilẽ. Benedictus dñs: q̃ nõ dedit nos in captionẽ dentibus eoꝝ. Anima nra sicut passer erepta è: de laqueo venãtiũ. Laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Adiutoriũ nrm in nomine dñi: qui fecit celũ et terrã. Canticũ graduũ.

Qui confidunt in dño sicut mons syon: non cõmouebit̃ in eternũ qui habitat in ierusalẽ. Montes in circuitu eius: et dñs in circuitu ppli sui ex hoc nũc et usqz in scl̃m. Quia nõ relinquet dñs virgã peccatorũ sup sortẽ iustoꝝ: ut nõ extẽdãt iusti ad iniquitatẽ manus suas. Bene fac dñe: bonis et rectis corde. Declinãtes aũt in obligationes adducet dñs cũ operantibus iniquitatẽ: pax sup isrl̃. Canticũ graduũ.

In cõuertendo dñs captiuitatẽ syõ: facti sumus sicut consolati. Tunc repletũ est gaudio os nrm: et lingua nostra exultatiõe. Tunc dicẽt inter gẽtes: magnificauit dñs facere cũ eis. Magnificauit dñs facere nobiscũ: facti sumus letãtes. Conuerte dñe captiuitatẽ nrã: sicut torrẽs in austro. Qui seminãt in lachrymis: in exultatiõe metẽt. Euntes ibãt et flebãt: mittẽtes semina sua. Veniẽtes aũt veniẽt cũ exultatiõe: portantes manipulos suos. Canticũ graduũ salo

Nisi dñs edificauerit domũ: monis. in vanũ laborauerũt qui edificãt eã. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ: frustra vigilat qui custodit eã. Vanũ est vobis ante lucẽ surgere: surgite postqz sedentis qui mãducatis panẽ doloris. Cum dederit dilectis suis somnũ ecce hereditas dñi: filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu

potētis: ita filij excussorꝫ. Beatus vir q̄ im
pleuit desideriū suū ex ipis: nō ꝯfundet̄ cū
loquet̄ inimicis suis ī porta. Canticū gra-
duū.
Beati om̄es qui timēt dn̄m: q̄
ambulāt in vijs eius. Labores ma
nuū tuarū qꝛ māducabis: beatus es et bn̄
tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundās: in
lateribus domus tue. Filij tui sic̄ nouelle
oliuarū: in circuitu mense tue. Ecce sic bene
dicetur homo: qui timet dn̄m. Benedicat
tibi dn̄s ex syon: et videas bona ierusalē
omībus diebus vite tue. Et videas filios
filios tuorꝫ: pacē sup isrl'. Canticū graduū
Sepe expugnauerunt me a iuuentute
mea: dicat nunc israhel. Sepe expu-
gnauerūt me a iuuētute mea: etenī nō potu
erunt mihi. Supra dorsum meū fabricaue
runt pctōres: ꝓlongauerunt iniquitatē suā
Dn̄s iustus ꝯcidet ceruices pctōrꝫ: ꝯfundā
tur et ꝯuertant̄ retrorsum om̄es q̄ oderunt
syon. Fiant sicut fenū tectorꝫ: qđ priusq̄ꝫ
euellat̄ exaruit. De quo nō implebit ma-
nū suā qui metet: et sinū suū qui manipu-
los colliget. Et nō dixerūt qni p̄teribāt bn̄
dictio dn̄i sup vos: benediximus vobis in
nomīe domini. Canticū graduū.
De profundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e
exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendē
tes: in vocē deprcationis mee. Si iniquita-
tes obſuaueris dn̄e: dn̄e quis sustinebit?
Quia apud te ꝓpiciatio est: et ꝓpter legē
tuā sustinui te dn̄e. Sustinuit aīa mea in
verbo eius: sperauit aīa mea in dn̄o. A cu
stodia matutina vsqꝫ ad noctē: speret isrl' in
dn̄o. Quia apud dn̄m misericordia: et co-
piosa apđ eū redēptio. Et ipe redimet isrl'
ex oībus iniq̄tatibus eius. Canticū grad.
Domine nō est exaltatū cor meū: neqꝫ
elati sunt oculi mei sup me. Neqꝫ am
bulaui ī magnis: neqꝫ in mirabilibus sup
me. Si nō humiliter sentiebā: sed exaltaui
animā meā. Sicut ablactatus est sup ma
trē suā: ita retributio in anima mea. Spe-
ret israhel in domino: ex hoc nūc et vsqꝫ in
seculum. Canticū graduū.
Memento dn̄e dauid: et ōnis man-
suetudinis eius. Sicut iurauit do-
mino: votū vouit deo iacob. Si introiero
in tabernaculū domus mee: si ascendero in
lectum strati mei. Si dedero somnū oculis
meis: et palpebris meis dormitationē. Et
requiē tēporibus meis: donec inueniā locū
dn̄o tabernaculū deo iacob. Ecce audiui-
mus eā in effrata: inuenimus eā in campis
silue. Introibimus in tabernaculum eius:
adorabimus in loco vbi stetert̄ pedes eius.
Surge dn̄e in requiē tuā: tu ꝛ archa sancti
ficationis tue. Sacerdotes tui induant̄ iu
stitiā: et sancti tui exultent. Propter dauid
seruū tuū: nō auertas faciē christi tui. Iu-
rauit dn̄s dauid veritatē et nō frustrabitur
eū: de fructu ventris tui ponā sup sedē tuā.
Si custodierint filij tui testamentū meū: et
testimonia mea hec q̄ docebo eos. Et filij
eorꝫ vsqꝫ in seculū: sedebūt super sedē tuā.
Qm̄ elegit dn̄s syō: elegit eā in habitatio-
nē sibi. Hec requies mea in seculū scl'i: hic
habitabo qm̄ elegi eā. Viduā eius benedi
cens bn̄dicā: pauperes eius saturabo panib⁹
Sacerdotes eius induā salutari: et sancti
eius exultatione exultabūt. Illuc ꝓducā
cornu dauid: paraui lucernā christo meo.
Inimicos eius induā ꝯfusiōe: sup ipm aūt
efflorebit scificatio mea. Canticū graduū
Ecce q̄ꝫ bonū et q̄ꝫ iocūdū habitare fra
tres in vnū. Sicut vnguentū in capi-
te: quod descēdit in barbam barbā aaron.
Quod descēdit in orā vestimēti eius: sicut
ros hermon qui descendit in montē syon.
Qm̄ illuc mandauit dn̄s benedictionē: et
vitā usqꝫ in seculū. Canticū graduū.
Ecce nūc bn̄dicite dn̄m: om̄es serui do
mini. Qui statis ī domo dn̄i: in atrijs
domus dei nr̄i. In noctibus extollite ma-
nus vr̄as in sctā: et bn̄dicite dn̄m. Bene-
dicat te dn̄s ex syon: qui fecit celū et terrā.
Laudate nomen dn̄i: lau- Alleluia.
date serui dn̄m. Qui statis in domo
dn̄i: in atrijs domus dei nr̄i. Laudate dn̄m
qꝛ bonus dn̄s: psallite noī eius qm̄ suaue.
Qm̄ iacob elegit sibi dn̄s: israhel in possessi
onē sibi. Quia ego cognoui q̄ magnus ē
dn̄s: et deus noster p̄ omībus dis. Omnia
quecūqꝫ voluit dn̄s fecit in celo et in terra:
in mari et in omībus abyssis. Educēs nu
bes ab extremo terre: fulgura ī pluuiā fecit.

Qui ꝓduxit ventos de thesauris suis: qui percussit ꝓmogenita egipti ab homine vsq; ad pecus. Emisit signa et ꝓdigia in medio tui egipte: in pharaonē et in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas: et occidit reges fortes. Seon regē amorreoꝝ et og regem basan: et omia regna chanaan. Et dedit terrā eorū hereditatē: hereditatē israhel populo suo. Domine nomē tuū in eternū: dñe memoriale tuū in generatiōe et generationē. Quia iudicabit dñs ppl'm suū: et in seruis suis deprecabit. Simulacra gētiū argentū et aurū: opera manuū hominū. Os habent et nō loquent: oculos habēt et nō videbūt. Aures habent et nō audient: neq; enī est spīritus in ore ipsoꝝ. Similes illis fiant qui faciūt ea: et omnes qui confidunt in eis. Domus israhel benedicite domino: domus aaron benedicite dño. Domus leui benedicite dño: qui timetis dñm benedicite dño. Benedictus dñs ex syon: qui habitat in ierusalem. Alleluia.

Confitemini dño qm bonus: quoniā in eternū misericordia eius. Confitemi deo deorū: qm in eternū. Cōfitemini dño dominorū: qm. Qui facit mirabilia magna solus: qm. Qui fecit celos in intellectu: qm. Qui firmauit terrā supꝑ aquas: qm. Qui fecit luminaria magna: qm. Solem in potestatē diei: qm. Lunā et stellas in ptātem noctis: qm. Qui percussit egiptū cū ꝑmogenitis eorū: qm. Qui eduxit israhel de medio eorū: qm. In manu potenti et brachio excelso: qm. Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: qm. Qui eduxit isral' p medium eius: qm. Et excussit pharaonē et virtutē eius in mari rubro: quo. Qui traduxit ppl'm suū p desertū: qm in. Qui percussit reges magnos: quo. Et occidit reges fortes: qm. Seon regem amorreoꝝ: qm in. Et og regē basan: quo. Et dedit terrā eorū hereditatē: qm. Hereditatē israhel seruo suo: qm. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: qm. Et redemit nos ab inimicis nostris: qm in. Qui dat escā omi carni: quo. Confitemini deo celi: quo. Confitemini dño dominorū: qm in eternū misericordia eius.

Super flumia babilonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur syon. In salicibus in medio eius: suspēdimus organa nostra. Quia illic interrogauerūt nos qui captiuos duxerūt nos: uerba cantionū. Et qui abduxerūt nos: hymnū cantate nobis de canticis syon. Quomodo cantabimus canticū dñi: in terra aliena. Si oblitus fuero tui ierusalē: obliuioni detur dextera mea. Adhereat lingua mea faucib⁹ meis: si nō meminero tui. Si nō ꝓposuero ierusalē: in principio letitie mee. Memor esto domine filioꝝ edom: in die ierusalē. Qui dicūt exinanite exinanite: usq; ad fundamētū in ea. Filia babilonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionē tuam quā retribuisti nobis. Beatus qui tenebit: et allidet parvulos tuos ad petram. Psalmus dauid.

Confiteboꝝ tibi dñe in toto corde meo: qm audisti vba oris mei. In spcū angeloꝝ psallā tibi: adorabo ad templū scm tuū et confiteboꝝ nomi tuo. Super misericordia tua et veritate tua: qm magnificasti supꝑ omne nomē sctm tuū. In quacūq; die invocauero te exaudi me: multiplicabis in aia mea virtutē. Confiteant tibi dñe oēs reges terre: qz audierūt oia verba oris tui. Et cantēt in vijs dñi: qm magna ē gloria dñi. Qm excelsus dñs et humilia respicit: et alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me: et supra inimicoꝝ meoꝝ extendisti manū tuā: et salvū me fecit dextera tua. Dñs retribuet ꝓ me: dñe misericordia tua in sc'm: opa manuū tuarū ne despicias. In finē psalmus.

Domine ꝓbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meā. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitā meā et funiculū meum investigasti. Et omnes vias meas prouidisti: quia nō est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti omia nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti supra me manū tuā. Mirabilis facta ē scientia tua ex me: confortata est et nō potero ad eā. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam. Si ascendero in celū tu illic es: si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo: et habitauero in extremis maris.

Et enim illic manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre calcabunt me: et nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebre non obscurabuntur a te: et nox sicut dies illuminabit: sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: et anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meum viderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur et nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum. Si occidens deus peccatores: viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiat in vanitate ciuitates tuas. Nonne qui oderunt te domine oderam: et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus et scito cor meum: interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna. In finem psalmus dauid.

Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebat prelia. Acuerunt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum. Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecationis mee. Dñe dñe virtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli. Non tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me: ne derelinquas me ne forte exaltent. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones: in igne decides eos: in miseriis non subsistent. Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis: et vindictam pauperum. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: habitabunt recti cum vultu tuo. Psalmus dd.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone dñe custodiam ori meo: et ostium circumstantie labiis meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram: dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te dñe dñe oculi mei: in te speraui non auferas animam meam. Custodi me a laqueo que statuerit mihi: et a scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam. Intellectus dauid cum esset in spelunca. Oratio.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sum. Effundo in conspectu eius oronem meam: tribulationem meam ante ipsum pronuntio. In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me: et non est qui requirat animam meam. Clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi. Psalmus dauid quando persequebatur eum filius suus absalon.

Domine exaudi oronem meam: auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos
seculi: et anxiatus est super me spūs meus:
in me turbatū est cor meū. Memor fui die-
rum antiquorū: meditatus sum in omibus
operibus tuis: in factis manuū tuarū medi
tabar. Expandi manus meas ad te: anima
mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter ex
audi me dñe: defecit spūs meus. Non auer
tas faciē tuā a me: et similis ero descendēti
bus in lacū. Auditā fac mihi mane miseri
cordiā tuā: qr in te speraui. Notā fac mihi
viā in qua ambulē: qr leuaui ad te aīam
meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te
ꝯfugi: doce me facere voluntatē tuā qr deus
meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet
me in terrā rectā: ꝓpter nomē tuū dñe vi-
uificabis me ī equitate tua. Educes de tri-
bulatiōe aīam meā: et in misericordia tua
disperdes inimicos meos. Et perdes om-
nes qui tribulāt aīam meā: qm̄ ego seruus
tuus sum. Psalmus dauid aduersus goliā.

Benedictus dñs deus meus qui docet
manus meas ad p̄liū: et digitos me-
os ad bellū. Misericordia mea et refugium
meū: susceptor meus ⁊ liberator meus. Pro
tector meus et in ip̄o speraui: qui subdit po
pulū meū sub me. Domine quid ē homo
quia innotuisti ei: aut filius hominis qr re
putas eū? Homo vanitati similis factus
est: dies eius sicut vmbra p̄tereunt. Do-
mine inclina celos tuos et descende: tange
montes et fumigabūt. Fulgura choruscā-
tionē et dissipabis eos: emitte sagittas tu-
as et ꝯturbabis eos. Emitte manū tuā de
alto: eripe me et libera me de aquis multis:
et de manu filiorū alienorū. Quorū os lo-
cutum est vanitatē: et dextera eorū dextera
iniquitatis. Deus canticū nouū cantabo ti-
bi: in psalterio decacordo psallā tibi. Qui
das salutē regibus: q̄ redemisti dauid ꝑuū
tuum: de gladio maligno eripe me. Et erue
me de manu filiorū alienorū: quorū os locu
tū est vanitatē: et dextera eorū dextera ini-
quitatis. Quorū filij sicut nouelle plātatio
nes in iuuētute sua. Filie eorū cōposite: cir-
cūornate ut sil'itudo templi. Promptuaria
eorū plena: eructātia ex hoc in illud. Oues
eorū fetose abūdātes in egressibus suis: bo
ues eorū crasse. Non ē ruina macerie: neqꝫ
trāsitus neqꝫ clamor in plateis eorū. Beatū
dixerūt ꝓpl'm cui hec sunt: beatus ꝓpl'us cu-
ius dñs deus eius. Laudatio ip̄i dauid.

Exaltabo te deus meus rex: et benedi
cam nomini tuo in seculū et in seculū
seculi. Per singulos dies benedicā tibi: et
laudabo nomen tuū in seculū et in seculum
seculi. Magnus dñs et laudabilis nimis:
et magnitudinis eius nō est finis. Genera-
tio et generatio laudabit opera tua: et potē
tiam tuā ꝓnunciabūt. Magnificentiā glo-
rie sanctitatis tue loquent̄: et mirabilia tua
narrabūt. Et virtutē terribiliū tuorū dicēt:
et magnitudinē tuā narrabūt. Memoriam
abundantie suauitatis tue eructabūt: et iu
stitia tua exultabūt. Miserator ⁊ misericors
dñs: patiens et multū misericors. Suauis
dñs vniuersis: et miserationes eius super
omnia opera eius. Confiteantur tibi dñe
omīa opa tua: et sancti tui benedicāt tibi.
Gloriā regni tui dicēt: et potentiā tuā lo-
quentur. Ut notū faciāt filijs hoīm poten
tiā tuā: et gloriam magnificentie regni tui.
Regnū tuū regnū oīm seculorū: et dñatio
tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dñs in omnibus verbis suis: et
sanctus in omibus opibus suis. Alleuat
dñs om̄es qui corruūt: et erigit oēs elisos.
Oculi omniū in te sperāt domine: et tu das
escam illorū in tempe oportuno. Aperis tu
manū tuā: et imples om̄e animal benedi-
ctione. Iustus dñs in omibus vijs suis:
et sanctus in omibus opibus suis. Prope
est dñs omibus inuocātibus eū: omibus
inuocātibus eū in veritate. Voluntatē ti-
mentiū se faciet: et deprecationem eorū ex-
audiet: et saluos faciet eos. Custodit dñs
om̄es diligētes se: et om̄es peccatores di-
sperdet. Laudationē dñi loquet̄ os meū:
et benedicat omis caro nomini sancto eius
in seculū: et in seculum seculi. Alleluia.

Lauda anima mea dñm: laudabo do
minū in vita mea: psallā deo meo q̄ꝫ-
diu fuero. Nolite cōfidere in p̄ncipibus: in
filijs hominū in quibus nō est salus. Exi-
bit spiritus eius et reuertetur in terrā suā: in
illa die peribūt omnes cogitationes eorū.

Beatus cuius deus iacob adiutor eius: spes eius in dño deo ipius: qui fecit celū et terrā mare et omia que in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculū: facit iudiciū iniuriā patientibus dat escā esurientibus. Dominus soluit cōpeditos: dñs illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dñs diligit iustos. Dominus custodit aduenas: pupillū et viduā suscipiet: et vias peccatorū disperdet. Regnabit dñs in secula: deus tuus syō in generatione et generationē. Alleluia.

Laudate dominū qm̄ bonus est psalmus: deo nostro sit iocūda decora q3 laudatio. Edificans ierusalē dñs: dispsiones israhelis cōgregabit. Qui sanat cōtritos corde: et alligat contritiones eorū. Qui numerat multitudinē stellarū: et omnibus eis nomia vocat. Magnus dñs noster et magna virtus eius: et sapiētie eius nō est numerus. Suscipiens mansuetos dñs: humilians aūt peccatores vsq3 ad terrā. Precinite dño in cōfessione: psallite deo nostro in cithara. Qui operuit celū nubibus: et parat terre pluuiā. Qui ꝓducit in montibus fenū: et herbam seruituti hominū. Qui dat iumentis escā ipor3: et pullis corui inuocantibus eū. Non in fortitudine equi voluntatē habebit: nec in tibijs viri beneplacitū erit ei. Beneplacitū est dño sup timētes eum: et in eis qui sperant sup misericordia eius. Alleluia aggei et zacharie.

Lauda ierusalē dñm: lauda deum tuū syon. Quoniā confortauit seras portarū tuarū: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacē: et adipe frumēti satiat te. Qui emittit eloquiū suū terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuē sicut lanā: nebulā sicut cinerē spargit. Mittit crystallū suā sicut bucellas: ante faciē frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbū suū et liq̄facet ea: flabit spūs eius et fluent aque. Qui annūciat verbū suū iacob: iustitias et iudicia sua israhel. Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua nō manifestauit eis.

Laudate dñm de celis: Alleluia. laudate eū in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eū omnes virtutes eius. Laudate eū sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorū: et aque omnes que sup celos sūt laudent nomē dñi. Quia ipe dixit et facta sunt: ipe mādauit et creata sūt. Statuit ea in seculū et in seculū seculi: ꝓceptū posuit et nō ꝓteribit. Laudate dñm de terra: draconnes et omnes abyssi. Ignis grādo nix gla cies spiritus ꝓcellarū: que faciunt verbum eius. Montes et omnes colles: lignа fructifera et omnes cedri. Bestie et vniuersa pecora: serpētes et volucres pennate. Reges terre et omnes ppli: pncipes et omnes iudices terre. Iuuenes et virgines senes cū iunioribus laudent nomē dñi: q2 exaltatum est nomē eius solius. Confessio eius sup celū et terrā: et exaltauit cornu ppli sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israhel ppło appropinquante sibi. Alleluia.

Cantate dño canticū nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. Letetur israhel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo. Laudent nomē eius in choro: in tympano et psalterio psallāt ei. Quia beneplacitū est dño in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutē. Exultabūt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorū: et gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendā vindictā in nationibus: increpatiões in populis. Ad alligandos reges eorū in cōpedibus: et nobiles eorū in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudiciū cōscriptū: gloria hec est omnibus sanctis eius. Alleluia.

Laudate dñm in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum scōm multitudinē magnitudinis eius. Laudate eū in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara. Laudate eū in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dñm.

Finit psalterium

Nunc lege nunc ora nunc vim fervore labora
Sic erit hora brevis, et ipse labor levis

Semper

Dum [illegible] zu [illegible] [illegible]

Biblia versatilem Ergo maledicte diabole

Lex Nunc lege nunc

Jacobus Felix [illegible]